SYLLOGE MONUMENTORUM

AD MYSTERIUM

CONCEPTIONIS IMMACULATÆ

VIRGINIS DEIPARÆ

ILLUSTRANDUM.



PARISIIS. — EX TYPIS SIMON RAÇON ET SOCIORUM, VIA DICTA D'ERFURTH, 1.

SYLLOGE MONUMENTORUM

AD MYSTERIUM

CONCEPTIONIS IMMACULATÆ

VIRGINIS DEIPARÆ

ILLUSTRANDUM

CURA ET INDUSTRIA

ANTONII BALLERINI S. J.

PARS PRIOR

ALMA COLLEGE
233.82
LIBRARY
B212
Alma, California

PARISIIS
APUD JACOBUM LECOFFRE ET SOCIOS
VIA DICTA DU VIEUX-COLOMBIER, 29.

MDCCCLV

866

ST. JOSEPH'S SEMINARY
SAN JOSE, CAL.

PRÆFATIO.

Si quando scriptorum veterum monumenta proferri in lucem contingat, non solum consuetudo quædam atque exemplum, verum ipsa rei ratio postulare videtur, ut sive de scriptoribus, eorumve scriptis, sive etiam de utrisque eæ præbeantur notitiæ, quæ et ampliorem operis, quod editur, cognitionem sufficiant, et insito cuidam justoque legentium desiderio satisfaciant, tum maxime cum ignoti vulgo scriptores ignotaque eorumdem scripta sint. Verum si præfando fungi hoc meo munere vellem, in eum me locum adductum viderem, ut prolixa quædam rerum congeries componenda mihi foret, in qua ob scriptorum varietatem plurima eaque maxime inter se dissita cumularentur. Propterea magis e re esse duxi, si monumentis singulis, quæ hoc opere continentur, apponerem ea omnia, quæ uniuscujusque ratio exigere opportune videretur. Hinc fit, ut præfationis loco hoc tantum præstandum mihi sit, ut universam hujusce operis rationem descriptionemque designem : quod quam brevissime potero, expediam.

Cum primum opportunitas temporum me impulit, ut severiore quodam studio animum ad eam controversiam adjungerem, quæ de immaculato Virginis Deiparæ Conceptu agitatur, hoc mecum statui, ut non solum ea omnia christianæ traditionis monumenta consulerem, quæ jam

in lucem edita accidere mihi ad manus possent; sed etiam ut investigando perquirerem, siqua forte de Virgine exarata a majoribus reperire fas esset, quæ oblivione obscurata in tenebris delitescerent. Eo vel magis hujuscemodi investigatio probabilis mihi visa est, quo experientia doctus uberrimam ex editis jam monumentis segetem exsistere, jure arbitrabar non exstituram rariorem, si accuratiore studio diligentiaque monumenta perscrutarer, quæ in manuscriptis codicibus abdita veluti jacent.

Et sane causæ plurimum est, cur providentissimum Dei consilium admirer, qui tantam suæ Genitrici gloriam destinaverit : quandoquidem nonnisi Dei consilio factum puto, ut non pœnitendum studiorum inquisitionumque exitum nanciscerer, cum nihilominus omnibus fere præsidiis commodisque carerem, quæ non opportuna modo sed prorsus necessaria sunt ei, qui animum ad ejusmodi opus laboremque convertat. Quod si cui forte levior angustiorque hæc mea opella videatur, is secum animo reputet, me præsidiis destitutum, aliis distentum curis, brevi temporis spatio haud potuisse ea omnia congerere ac proferre, quæ edidissem profecto, si et tempore et otio uti pro lubito ac pro operis suscepti dignitate valuissem. Atque hæ causæ fuere, quæ me invitum coëgerunt, ut plures non mediocris notæ scriptorum homilias nondum vulgatas, quamquam compertum mihi foret quibus eæ codicibus quibusve bibliothecis asservarentur, minime tamen vulgarem, sed suis veluti tenebris paterer inveterascere. Ceterum defossis, ut ita dicam, tam præclaris nostrorum Patrum sapientiæ reliquiis, operæ pretium me facturum existimavi, si non eas tantummodo sententias producerem, quæ indagationum mearum instituto servirent, sed ipsamet sacra monumenta nulla sui parte imminuta omnium oculis subjicerem. Atque in hanc sententiam deveni non ea tantum de causa, quæ quavis ætate catholicos homines permovit, ut productis veterum doctorum copiis, quæ antea irreperta latebant, communem doctrinarum sanctarum thesaurum cumularent; sed ea me potissimum ratio impulit, quod muneri meo defuturus mihi viderer, si fontes celarem unde hosce sapientiæ rivos deduxeram, quo fieret, ut neque suo unaquæque res pretio existimari, neque sinceritas ipsa fontium internosci tuto posset.

Equidem fateor dubitationem mihi subortam interdum fuisse, ne quis forte supervacaneum arbitraretur, quod hisce monumentis non-

nulla quoque e græcis adnexuerim, quæ non penitus ignota censeri poterant, ut quæ jamdiu prodierant in latinum sermonem versa. Verum ut hanc dubitationem animo pellerem, fecit doctissimorum hominum exemplum, atque in his maxime singularis illius viri Angeli Maii, cujus acerbissimam mortem (quæ ejusmodi viris immatura semper accidere videtur) quotquot sunt scientiarum litterarumque amatores lamentantur. Ecquis enim ignorat, hujuscemodi viros utilissimam suisque laboribus dignam duxisse productionem originalium textuum, non solum cum de græcis textibus ageretur, sed etiam cum linguis exarati forent non ita vulgo compertis, cujusmodi sunt syriaca, coptica, armena, arabica? Nihilominus versiones dudum in omnium manibus erant. Imo non raro contigit, ut præter versiones ipsi quoque originales textus comperti jam omnibus vulgatique haberentur. Tamen sapientes homines rem perutilem se facturos rati sunt, si novam de integro illorum operum editionem concinnarent, ut textus prodirent emendatiores, interpretatio fidelior. Accedebat illa quoque causa quod versiones scriptorum, quæ cum aliis proferenda rebar, etsi jam editæ in lucem exstarent, tamen pro incompertis haberi non immerito poterant. Iis enim opusculis insertæ latitabant, quæ et rara admodum essent, et e memoria fere excidissent, quamquam tam iniqua sorte indigna penitus forent; quod de scriptis præsertim Hippolyti Marraccii dolendum arbitror. Atqui ejusmodi versionibus græcis cum textibus collatis, manifesto comperi novam aliam interpretationem non tempestivam modo, sed quandoque etiam necessariam. Ita, ut rem facto collustrem, cum homiliam perlegerem Germani byzantini Antistitis, in locum incidi, ubi adeo clare Beata Virgo immunis ab originali noxa prædicatur, ut vix clariorem ea de re sententiam penes alios reperire queas. Iste tamen locus adeo legebatur corruptus in latina versione, quam ducentis ante annis Marraccius produxerat, ut nullum omnino tam præclaræ doctrinæ vestigium præferret.

Habes itaque, lector, occasionem rationemque operis hujusce. Quoniam vero illud mihi maxime proposueram, veluti laborum curarumque mearum finem, ut mysterium intemerati Virginis conceptus illustrarem, atque eo ferme omnes adnotationes declarationesque direxeram; propterea statui hoc opus adjungere commentariolo, quod eodem de mysterio exaravi, ac si unicum opus constituerent. Quod non eo dico ac si

alterum opus mancum ac mutilum foret sine altero; sed cum utrumque perfectum ex se sit, nihilominus amice alterum cum altero conspirat, componique in unum veluti opus potest. Ne autem hæc sylloge simul compacta unum nimiæ molis volumen efficeret, in duas veluti sectiones partiri illam placuit, ita ut unumquodque volumen commentarii volumini respondeat.

Abs re heic non erit paucis innuere quæ in utraque sectione habeantur. Quæ quidem priori continentur, subjectus docebit indiculus : in altera vero homilias græco-latinas dabo Antipatri Bostrensis duas, alteram in Salutationem Deiparæ, alteram in ejusdem Annuntiationem, licet potiori ex parte in visitata per S. Virginem cognata Elisabeth versetur; tertiam S. Sophronii Hierosolymitani in Annuntiationem Deiparæ; alias in idem argumentum quinque, quarum auctores Johannes Geometra, Theodorus Sinaita cognomento Moneremita, Jacobus Monachus, Germanus Constantinopolitanus, et Isidorus Thessalonicensis. Has nona excipit Jacobi Monachi Oratio in visitationem SS. Virginis Mariæ; tum duæ in Deiparæ dormitionem, quarum altera Johannem Euchaitarum Episcopum refert auctorem, altera Thessalonicensem Isidorum. Duodecima sequitur Cosmæ Vestitoris homilia in sanctos Joachim et Annam gloriosos Deiparæ parentes. Postremo, præter fragmenta nonnulla, et hymnum in Deiparam e Mss. sublacensibus depromptum, monumentum accedet Lugdunensis Ecclesiæ, unde haud parum lucis controversiæ a S. Doctore Bernardo excitatæ circa festum conceptæ Deiparæ diem affunditur.

DISSERTATIO

IN QUA

QUÆSTIO DEFINITUR, AN S. HILDEFONSUS EPISCOPUS TOLETANUS DEIPARÆ CONCEPTÆ FESTUM IN HISPANIIS INSTITUERIT.

NONNULLA SUBDUNTUR DE S. TARASII HOMILIA IN DEIPARÆ PRÆSENTATIONEM [1].

> Carissimos nostros, qui nostris laboribus sincerissime favent, hoc potius quanta possumus instantia doceamus, quo sciant fieri posse, ut inter carissimos aliquid alterutro sermone contradicatur, nec tamen caritas minuatur, nec veritas odium pariat, quæ debetur amicitiæ. *S. Augustinus Epist. LXXXII ad Hieronymum, cap. IV, n.* 32.

I.

Quod alios quispiam monendos censeat, si quid minus recte dictum in libris, qui circumferuntur, advertat, id laudi sane tribuendum est, præsertim si hæc ille præstat, qui, ut cum S. Hieronymo dicam [2], *non de adversario victoriam, sed contra mendacium quærit veritatem.* Neque suum abest emolumentum, si qui alieno timuit ab errore, rem forte acu ipse non tangat. Impellit enim ad plenius inquirendam veritatem, quæ, ut ait Augustinus [3], *negligentius quæreretur, si adversarios.... non haberet.* Grato

[1] Hæc dissertatio in Romana editione alteri Sylloges parti præfigitur; ratione tamen argumenti opportuniorem locum hic habet.

[2] *Dial. contra Pelagian.* lib. I, n. 21.

[3] *Serm.* LI, cap. VII, n. 11.

igitur, nedum æquo animo excipiendum et mihi fuit, quod nonnulla in priore Sylloges meæ parte[1] a præcl. viro fuerint notata; et eadem de causa nec huic ingratum, sat scio, continget, quod eumdem quodammodo appellans rursus judicem, quid ea de re sentiam, libere promam. Neque erit profecto, cujus alterutrum pœniteat, quando utriusque animo defixum illud est ejusdem S. Hipponensis Doctoris[2] : *Non bonum hominis est hominem vincere, sed bonum est homini, ut eum veritas vincat.*

II.

Et quod ad primum attinet, in monito Chartæ Ugonis præmisso scripseram[3], haud leve eidem instrumento pretium propterea accedere, quod exinde valedicendum jam sententiæ foret, quæ certa inter eruditos ferebatur, initia cultus Conceptæ Deiparæ in Latina Ecclesia a celebri Abbatis Helsini revelatione desumenda esse : quippe ex Ugonis Charta constare, hanc religionem in hac ipsa nostra Italia ante illud tempus viguisse. At enim vir egregius, mihique et amicitiæ et sodalitii immo et contubernii vinculis conjunctissimus P. Carolus Passaglia in peramplo suo commentario *de immaculato Virginis Deiparæ conceptu*[4] e re esse censuit admonuisse, me hæc aliaque ejusmodi scripturum fuisse numquam, si ad ea animum advertissem, quæ de Festi hujus institutione *Edmundus Martenius ex iis non ultimus qui veterem Ecclesiæ disciplinam in Sanctorum mysteriorumque festis celebrandis dili-*

[1] Prodiit prior hæc pars Romæ, typis *Civilitatis Catholicæ*, mense Novembri anni 1854.

[2] *Epist.* CCXXXVIII *ad Pascentium Episc.* cap. V, n. 29.

[3] § V, hujus Syllog. part. I, pag. 4.

[4] *De immaculato Deiparæ semper virginis conceptu Caroli Passaglia S. J. commentarius*, Rom. 1855, part. III, n. 1607, p. 1755. *Not.*

gentius investigarunt et antiquitatis hac de re monumenta perscrutati sunt operosius, de festo Conceptæ Deiparæ penes Occidentis ecclesias scribit : videlicet *hujus festi institutionem apud Hispanos esse antiquissimam, utpote quæ sanctum Hildefonsum Toletanum Episcopum agnoscat auctorem,... quamque Ervigius quoque rex lege lata a Judæis præceperit observandam*[1].

III.

Gravis sane hæc est postulatio, et præter veritatis causam necessario tuendam duplex plane ratio exigit, ut ipsi faciam satis; tum nempe ne postulantem egregium sodalem, quem alioquin magni facio, contempsisse, tum etiam ne lectori illudere in ipso opellæ meæ initio voluisse videar. Videlicet cum probe persentirem, nec ingenii mihi inesse præstantiam, neque doctrinæ copiam, neque opportuna alia huic operi adminicula, unum tamen, quo reliquis utcumque supplerem, polliceri me posse censui, accu-

[1] Hac ipsa de causa P. P. etiam nonnulla alia reprehendit, quæ in Præfatione ad Homiliam Petri Argivi (§ XI, part. I, pag. 116) scripsi. At fortassis abs re. Neque enim ibi vertebatur quæstio, ubinam prius Deiparæ Conceptæ cultus invaluisset, sed utrum negare quis jure posset, Petri Argivi homiliam habitam in Sicilia fuisse, ideo quod in Occidente ac *præsertim in Italia* ante Helsinum Abbatem incompertus adhuc cultus ille esset. Ad hoc autem eluendum dubium satis erat superque, Neapolitanæ ecclesiæ IX sæculo idem festum agentis exemplum protulisse. Quin etiam si falso putassem, ante hoc tempus ab Hildefonso in Hispania festum fuisse institutum, tamen, cum *præsertim de Italia* ageretur, nescio an dialecticis plane probaretur, quod, posthabito Neapolitanæ aut Cremonensis ecclesiæ exemplo, consuetudinem Hispaniæ huc advocassem. Sed insuper Neapolitanæ ecclesiæ ritum etiam Cremonensi instrumento (quod propterea per transennam dumtaxat innui) præferendum ideo duxi, quia non de consuetudine Latinorum propria heic agebatur, sed generatim de festo Conceptionis; cumque Sicilia ritum a Græcis fuisset mutuata, sane opportunius visum est ex Neapolitana urbe argumentum petere, quippe quæ eumdem ritum, ut palam faciebat dies IX Decembris festo assignata, et ipsa e Græcis acceperat.

ratam aliquam in rebus indagandis perscrutandisque diligentiam. Porro si in ipsis initiis, si in controversia tanti momenti adeo graviter jam lapsus viderer, tamque insigne indiligentiæ specimen in ipsa ferme fronte liber præ se ferret; quo tandem vultu, quove animi sensu sistere se opella illa mea litteratorum hominum conspectui posset? Præsertim cum jam non de re quapiam nova aut abditiore agatur, sed de tritissima ac pervulgatissima, et cujus mentio prope in omnibus sive parvæ sive magnæ molis libris, qui ab aliquot retro sæculis de hoc argumento prodiere, recurrat, quamque propterea cum nosse nullius sit laudis, tum sit turpissimum ignorasse. His vero accedit, quod non incassum forte cessurus sit hujusmodi labor. Nam cum plures nonnulla de hac controversia deliberaverint, nemo tamen (quod sciam) plene adhuc et quaqua versus eam pertractavit. Non igitur actum agam, si accuratius eam versabo, præsertim si quæ lectoris oculis subjiciam, ejusmodi videri queant, ut hæc quæstio in posterum inter res judicatas jam censeri possit.

IV.

Atque ut ad rem accedamus, scripsi, primordia cultus Conceptioni Deiparæ tribuendi inter Latinos ex eruditorum sententia computari huc usque consuevisse a revelatione, quæ Helsino Abbati sub Guillelmo Conquæstore facta ferebatur; hæc autem ex P. P. sententia ita inconsulto a me scripta jam censenda essent, ut mea me imprudentia in duplex peccatum impulerit: 1° quod mecum sentire ea de re dixerim eruditos quosque sive immaculatæ Conceptionis Deiparæ impugnatores ii fuerint, sive propugnatores: 2° quod nihil animum adverterim ad illa monumenta, quibus Martenius, Conceptæ Deiparæ festum jam inde a

medio circiter sæculo VII in Hispaniis per S. Hildefonsum Toletanum fuisse institutum, demonstravit.

. Atqui ut sincere fatear, res prorsus e converso se habet; videlicet ea scripsi, non quia animum ad Martenii argumenta et ad eruditorum sententiam non adverterim, sed immo quia sedulo adverti. Nec consilii mei reddere rationem cunctabor.

V.

Et de hujus quidem cultus impugnatoribus quod dixi, eos in eadem mecum esse sententia de hoc ritu serius inter Latinos instituto, nulli, ut puto, dubitationi potest esse obnoxium. Tota igitur quæstio de propugnatoribus vertetur. Verum hos bifariam juverit secernere. Sunt enim ex his, qui recogitantes [1], *Edmundum Martenium ex iis non ultimum* esse, *qui Ecclesiæ disciplinam in Sanctorum mysteriorumque festis celebrandis diligentius investigarunt, et antiquitatis hac de re monumenta perscrutati sunt operosius*, re nullatenus per se perpensa, Martenio cum plurimo obsequio crediderunt, Martenium cum summis laudibus allegarunt, e Martenio fidelissime transcripserunt [2]. Atqui horum suffragium, uti patet, ad suffragiorum numerum augendum nihil omnino confert. Alii vero exstiterunt, qui rem ad trutinam revocarunt. Verum ex his qui Martenio neutiquam acquieverint, plures egomet novi, eorumque nonnullos etiam P. P. [3] et quidem adjecta *saga-*

[1] *De immacul. Deip. Concept.* part. III, n. 1607, pag. 1754.

[2] Inter hos adnumerandus est Marcus Antonius Gravois, a P. P., ut videbimus, laudatus. Videsis ejus opusculum, cui titulus : *De ortu et progressu cultus ac festi Immaculati Conceptus Beatæ Dei Genitricis Virginis*, Lucæ, 1764, art. II, pag. 41.

[3] *De Immacul. Deipar. Concept.* part. III, n. 1608, pag. 1756. Inter illos, qui Martenii sententiam minus probandam duxerunt, digni sunt, qui

citatis laude memorat; contra vero qui post examen diligenter institutum pro Martenio steterint, ubinam, quæso, isti sunt? Pro hac ergo opinione reliquos habemus Martenium ac Mabillonium, quamquam neque omnino hunc postremum, quippe qui aquam sibi deinde hæsisse, ut suo loco videre erit, satis significavit. Itaque cum pro institutione Festi Deiparæ Conceptæ S. Hildefonso vindicanda jam prope unus videretur militare Martenius, hujus autem opinatum communiter *sagaciores* viri exploderent; quid demum me moraretur, quominus affirmarem, exploratum ratumque penes eruditos viros hoc esse, initia illius cultus apud Latinos a sequiori ætate esse deducenda?

VI.

Quod autem ad alterum caput pertinet, cur nempe institutionem Festi per S. Hildefonsum sic tacitus præterierim, ut suspicari P. P. potuerit, incomperta mihi, quæ Martenius ac Mabillonius scripserant, fuisse, plane dicam, quod tunc silentio premendum duxi[1]: ideo nullam ejus

non premantur silentio, Benedictus XIV (*De Festis B. Mariæ Virginis*, cap. XV); Joseph. Simon. Assemanius (*Kalendaria Ecclesiæ Universæ*, tom. V, pag. 435-459); Benedictus Piazza (*Causa Immaculat. Conception.* act. III, art. II, § I, n. 43-44, pag. 245); Franc. Antonius Zaccaria (*Dissertazioni varie italiane*, vol. II, Dissert. V, *sulle feste istituite ad onore di Maria Santissima nostra Signora*, § I, n. II, pag. 207-208); Faustinus Arevalo (*Hymnodia Hispanica*, pag. 227 in not.); Jo. Baptista Federici (*La Immacol. Concezione della B. V. Maria comprovata da' sentimenti de' SS. Padri*, Napoli, 1792; vide pag. 44 seqq. et p. 160-166); Alphonsus Muzzarelli (*Esame critico delle principali feste di Maria Santissima* cap. I, p. 29), et eximius Præceptor meus P. Johannes Perrone, qui (*De Immac. B. Mariæ Conceptu*, etc. cap. XV, § III, p. 105, edit. Rom. 1847) monumentum omnium vetustissimum in Occidente habendum esse illud, quod prostat in Kalendario Neapolitano, re perpensa decernit.

[1] In hoc silentio prudenter servando præeuntes habui cum alios plures tum

rei mentionem me injecisse, quod re accurate pro viribus inspecta totam hanc historiam, quanta ipsa est, de Festo Conceptionis Deiparæ per S. Hildefonsum instituto atque ejusdem constitutione per universam Hispaniam propagato ad puras putasque fabulas amandandam censuerim.

Re, inquam, *inspecta;* nam *sagaciorum*, quos superius memoravimus, virorum ea de re judicium, quippe quos alioquin studiosissimos nossem eorum omnium, quæ ad tuendum singulare illud S. Virginis privilegium conferrent, permovere utique me ad ambigendum de opinionis Martenianæ soliditate potuit; verum memoriæ hærebat illa

Benedictum XIV; qui quidem cum non modo sententias certas, verum etiam probabiles opiniones circa festorum origines referre consuesceret, ubi tamen egit de hoc Festo Conceptionis, opportunum duxit, ut ne verbum quidem de Hildefonsi historia adderet (Conf. *De Festis*, lib. II, cap. XV). Equidem si res tulisset, ut eo loci memorarentur quæcumque falsæ de antiquiori Conceptæ Deiparæ cultu opiniones ferebantur, profecto hanc historiam, reliquis, jam vulgo cognitis, fabulis plane accensere debuissem, v. g. de eodem festo instituto vel a quodam Gundisalvo Tolosano episcopo, vel a Friderico quopiam, Regis Hungariæ fratre et Patriarcha Aquileiensi ætate Caroli Francorum Regis, vel (si adhuc vetustiora promenda erant) a S. Jacobo apostolo; et huc quidem revocanda fuissent tum Flavii Dextri et Luitprandi ac Juliani chronica, tum Marci Maximi Cæsaraugustani episcopi carmina, tum Missa de Conceptione a S. Isidoro Hispalensi inserta Missali Mozarabico, tum etiam plumbeæ laminæ anno 1595 in Granatensi agro effossæ, quæ arabicis characteribus exaratæ de Concilio Apostolico ad immaculatam Deiparæ Conceptionem definiendam celebrato testarentur; quibus addendæ fuissent tum Segoviensis atque Abulensis Ecclesiæ traditiones a B. Hierotheo Pauli Apostoli discipulo deductæ, tum prophetæ Heliæ visiones a Johanne Hierosolymitano in libro *de Institutione primorum monachorum* descriptæ, tum Pauli Orosii ad Eustochium aut ad Heliodorum epistola. Hæc omnia, inquam, si pro rei veritate scribendum fuerat, eodem loco habenda erant. At enim, quoniam horum nonnulla v. g. quæ de Hildefonso ferebantur, quibusdam etiam præclaris viris placuerant, qua demum fruge, nisi ut in memoriam revocarentur horum lapsus, ista commemorassem? Atqui ubi nulla postulat necessitas aut saltem utilitas, refricari hæc vulnera nec caritas nec prudentia suadet. Proinde cum de harum opinionum falsitate satis jam monuissent non pauci *sagaciores* viri, e re esse mihi videbatur, ut ab oblivionis tenebris, in quibus sepultæ delitescebant, in lucem rursus non excitarentur.

S. Augustini sententia[1], *tutiorem esse affectum vera quærendi, quam incognita pro cognitis præsumendi;* et diuturna insuper edoctus experientia didiceram, male profecto sibi illum consulere, qui hisce in rebus tantum aliorum judicio deferat, ut suis ipse oculis, ubi facultas suppetat, rem haurire prætermittat. Meis ergo ipse oculis rem hausi; et quam amplexus sum sententiam, ad hanc libratæ hinc inde rationes me adduxerunt, non aliorum auctoritas.

Neque erit, crediderim, qui suspicetur, cupidius me in hanc partem inclinasse. Quid enim me impelleret? Non sane concertationis ardor, cum sagaciores immo præeuntes haberem; non partis susceptæ studium, cum e converso causæ, quam tuebar, id obesset potius quam prodesset, nec gratius mihi contingere quidpiam posset, quam si vera ea reperissem, quæ antiquissimum Deiparæ Conceptæ cultum in Hispania quoque evincerent. Si quid ergo hac de re decrevi, decretum mihi non cupiditas ulla imposuit, sed necessitas, quæ a perspecta veritate profluit. Sic autem se rem habere facile ea suadebunt, quæ subjicio.

VII.

Et quidem ad controversiam dirimendam vel unum mihi satis esse potuit argumentum. Adeo enim invictum in se est, ac tanta refulget luce, ut rem et prorsus et manifestissime per se definiat. Statui videlicet certo debet, nullo pacto fieri potuisse, ut festum Conceptæ Deiparæ ab Hildefonso institueretur, et hujus festi celebrandi mos ex ejusdem Hildefonsi constitutione per universam Hispaniam inolesceret, et tamen nullum festivitatis hujus indicium, vestigium nullum reperire interim esset in iis instrumen-

[1] *De Trinitate* lib. IX, cap. I.

tis, quæ suapte natura atque adeo ex canone critico penes omnes recepto tessera fallere nescia sunt festorum, quæ alicubi ex stata lege aut consuetudine peragantur. Ejusmodi autem instrumenta libri præsertim liturgici habentur, qui sacros ecclesiarum ritus horumve leges ac statuta exhibent: kalendaria scilicet, quæ in singulis quibusque ecclesiis servabantur, breviaria, quibus continentur sacra Officia in festis decantanda, Missalia denique, in quibus Missæ ad quasque solemnitates recitandæ prostant.

Dixi, debere id certo statui; non enim heic sermo est de uno quopiam kalendariorum exemplari, ut quæstio moveri possit, an forte festi omissio oscitantiæ librarii sit tribuenda; non sermo heic est de unius cujuspiam ecclesiæ libris, ut dubitari queat an forte in iis deesse quæ spectant ad hoc festum, peculiari de causa factum sit; non sermo denique heic est de festo unius aut aliquot tantummodo ecclesiarum proprio, ut subesse suspicio possit, an qui supersunt liturgici libri ad illas potius quam ad alias ecclesias pertineant; verum de festo agitur, quod et constanter et in omnibus Hispaniarum ecclesiis celebrandum fuisset, et simul agitur de omnimoda hujus festi absentia ab omnibus earum ecclesiarum libris. At vero fingamus licet quasvis et quotquot vis demum hypotheses, profecto, nisi somniis lubeat indulgere, fiet numquam, ut omnimoda hæc festi a liturgicis libris absentia cum constanti penes omnes ecclesias ejusdem festi celebratione componi possit.

VIII.

Hoc certo præstituto principio, jam duo veniunt inquirenda: 1° An cognoscere certo liceat, cujusmodi fuerint sacri antiquæ Hispaniæ libri; 2° An celebratum olim Con-

ceptæ Deiparæ festum hi libri testentur. Utraque porro hæc quæstio facilem plenamque habet solutionem; neque enim ejusmodi ista sunt, quæ ullis obvolvantur tenebris, aut ullum ambigendi locum relinquant.

Namque ad primum quod spectat, ad nostram usque ætatem servati sunt manuscripti codices, quibus Hispanæ ecclesiæ sævo olim Saracenorum jugo pressæ utebantur, et in quibus vetus liturgia Gotho-Hispana continetur. Hos siquidem plures jam collegerat Card. Ximenius; de quo Franciscus Antonius Card. Lorenzana sic scribit[1]: *Christianus et politicus heros* (*Ximenius*) *sparsos undique Gothicos, Isidorianos, seu Muzarabicos codices in unum collegit, viros doctissimos undequaque accivit, peritiores in Muzarabico ritu sacerdotes elegit, iisque divitiis onustus Breviarium secundum regulam S. Isidori anno* 1502 *prælo commisit.* Et quidem *autographa manuscripta Gothica, quæ ad excudendum Missale ac Breviarum Isidorianum* sub Ximenio *deservierant*, summo se studio quæsivisse subdit Lorenzana, votique compotem ex parte factum se dicit[2], aliquam eorum partem in Bibliotheca S. Theresiæ Toletanæ tandem nactus. De his autem aliisque codicibus, quibus usi sunt viri lectissimi, cum de Breviario Isidoriano emendatius edendo proxime elapso sæculo ageretur, hæc habet idem vir eminentissimus[3]: *Huic operi* (edendi scil. Muzarabici Breviarii) *obnixe incumbentes, præ oculis habuimus, propriisque manibus pervolvimus pervetustos codices veterem liturgiam redolentes, octingentis abhinc ferme annis manu exaratos;* quos deinde codices sic describit[4]: *Gothici codices, quos evolvimus, senio confecti,*

[1] *In Præfat. ad Breviarium Gothicum* pag. I, edit. Matrit. 1775.
[2] Ibid. pag. IX.
[3] Ibid. pag. I.
[4] Ibid. pag. IX.

disrupti, *lacerati*, *characteribus fere obliteratis et absumptis*, etc. Ergo, quod primum quærebamus, jam patet, ejusmodi instrumenta viris doctis ad manum affuisse, ut internoscere certo potuerint, cujusmodi fuerint sacri antiquæ Hispaniæ libri, seu qualis reipsa exstiterit vetus Gothica liturgia.

IX.

Sed insuper opportunissime in rem nostram addendum est, doctos illos viros qui edendo sive Breviario sive Missali Gothico adlaborarunt, diligentissimas eo curas contulisse, ut in Missali ac Breviario per Ximenium editis accurate secernerent, quidnam ad veterem Gothicam liturgiam, quid vero ad additiones posterioris ætatis referendum foret. Ut enim laudatus Card. Lorenzana inquit [1], erant qui *ex festivitatibus et Sanctis Officio Muzarabico adjectis*, cujusmodi sunt v. gr. Festa *Corporis Christi*, *S. Thomæ Cantuariensis*, *S. Francisci*, etc., ansam sumebant impugnandi vetustam liturgiæ Gothicæ auctoritatem, quam Cardinalis Ximenius se restaurasse gloriabatur. Hujus vero controversiæ occasione mirum est, quanto omnes desiderio arderent certo illud sciendi, quod ex editionibus Ximenii nosse non dabatur, quænam festivitates ad veterem liturgiam Muzarabicam, quænam ad additamenta Ximenii pertinerent. *Huc usque*, inquit idem vir Eminentissimus [2], *omnes studiosi solemnitates seu Sanctorum festivitates, quas Patres Gothici celebrabant, avidissime scire cupiebant : ex ipso enim Breviario a Card. Ximenio typis exarato decerpere non poterant.* Huc igitur studia viri illi

[1] *Præfat. cit. Breviarii* pag. VIII.
[2] Ibid. pag. XVII.

docti converterunt, ut vetera ab additiliis discriminarent, atque hac ratione palam facerent, ut Lorenzana inquit[1], in genuinam veterem liturgiam *mutationem inducere non posse festivitates desumptas a Cardinali Ximenio ex ritu antiquo Toletano, cujus Missale postea typis ediderunt*[2] *Cardinales Johannes de Tavera et Martinez Siliceo ante correctionem Pii V.*

Quomodo autem doctissimi illi viri assecuti sint, ut vetera a recentioribus, ac liturgiam Gothicam ab additionibus secernerent, id juverit ex ore ipsius Cardinalis Lorenzana excepisse[3] : *Nunc autem ex pervetustis* (inquit) *nostris codicibus manuscriptis secernuntur festivitates, de quibus tempore Gothorum seu paulo ante Maurorum invasionem agebatur, facilique negotio* (studiosi viri) *percallebunt id quod optabunt.* Norma ergo, ad quam velut ad lydium lapidem singula exigerentur, antiquane essent an novitia, probatissima illa fuit, quæ in pervetustorum manuscriptorum codicum ineluctabili testimonio prostabat. Quod vero ibidem subditur, facili nunc negotio id percallere eos omnes posse, qui hoc exoptent, plane verissimum juxta ac perspicuum est, postquam egregii editores, præsidiis illis instructi, tum Kalendarium præmiserunt, quod festa vere Gothica brevi schemate repræsentat, tum in *Appendicem* ad calcem Breviarii rejecerunt, quidquid posterius adjectum cognoscitur. Et exinde merito concludit Lorenzana, ex veterum recentiorumque mixtione nihil auctoritatis deperire monumentis antiquis in Breviario Ximeniano editis; quandoquidem non ita antiquis nova adjecta sunt, ut vel primo intuitu cognosci modo non possit, quænam veteri liturgiæ accensenda sint. *Additione*

[1] *Præfat. cit. Breviarii* pag. XVI.

[2] Anno scilicet 1550.

[3] *Præfat. cit. Breviarii* pag. XVII-XVIII.

ergo, inquit[1], *quorumdam Sanctorum, qui post expulsos ex Hispania Saracenos floruerunt, Breviarii Isidoriani a Magno Cardinali* (Ximenio) *editi auctoritas non obumbratur.* Quin et aliud ex instituto hoc examine indicium se prodidit, quo festivitates recentius Breviario Ximeniano insertæ a veteribus facile secernerentur. Recentiores enim, ut ibidem Lorenzana prosequitur, *nec officium proprium, lectiones, responsoria, aut orationes habent; sed omnia sunt de communi.*

Concludendum ergo ex his est, ita nobis præsto esse antiquæ Hispanæ liturgiæ instrumenta, ut facili æque ac certo indicio discere liceat, quænam antiquitus agerentur festa, quænam recentius sint inducta.

X.

Illud itaque unum jam quærendum superest: an doctissimi illi viri in antiquis Patrum Gothicorum festis etiam Deiparæ Conceptæ festivitatem invenerint.

Atqui hæc plane omnium una vox est, ab antiqua illa liturgia hoc festum penitus abfuisse. Et in primis luculentissime id facto ipso testantur Breviarii Gothici editores; quippe qui in Kalendario, quod Breviario ipsi præmittunt, et in quo festivitates in vetustis Gothicis codicibus adnotatas describunt, festum Conceptæ Deiparæ prorsus omittunt. Juverit ad rei evidentiam laterculum mensis Decembris, prout ibi prostat[2], heic oculis subjicere.

[1] *Præfat. cit. Breviarii,* pag. XII.
[2] *Breviar. Gothic.* Edit. Matrit. anno 1775.

DECEMBER

Habet dies XXXI, luna XXX. Nox habet horas XVI, dies vero VIII.

1 . . . . . .
2 . . . . . .
3 . . . . . .
4 *Barbaræ Virginis et Martyris.*
5 . . . . . .
6 *S. Nicolai Episcopi et Confessoris.*
7 . . . . . .
8 . . . . . .
9 *Leocadiæ Virginis.*
10 *Eulaliæ Virginis et Martyris.*
11 . . . . . .
12 *Eugeniæ Virginis et Martyris.*
13 . . . . . .
14 *Justi et Abundantii Martyrum.*
15 . . . . . .
16 . . . . . .
17 . . . . . .
18 *Annuntiatio Sanctæ Mariæ Virginis.*
19 . . . . . .
20 . . . . . .
21 *Thomæ Apostoli.*
22 . . . . . .
23 . . . . . .
24 . . . . . .
25 *Nativitas D. N. Jesu Christi.*
26 *Stephani Martyris.*
27 *Johannis Apostoli et Evangelistæ.*
28 *Sanctorum Innocentium.*
29 *Jacobi fratris Domini.*
30 *Jacobi fratris Johannis Ap. et Evangelistæ.*
31 *Columbæ Virginis.*

Hisce testibus, qui, uti patet, oculares sunt, satis nunc sit (nam plura congerere nihil est opus), suffragium addidisse Faustini Arevali, qui et Hispanarum rerum peritissimus fuit, et Missali Mozarabico edendo manum adhibuit: *Sedulo adverto*, inquit[1], *in Officio Mozarabico-Hispano antiquo nullum hujus solemnitatis* (Conceptæ Deiparæ) *vestigium apparere.*

Quod si et antiquius testimonium lubet audire, præsto illud est nobis et quidem duplex. Alterum prostat in scripto, cui titulus[2]: *Ordo divini Officii Gothici Muzarabum, excerptus et in Latinum sermonem conversus ex Hispanico libro de Vita et Gestis Francisci Ximenii.* Ubi enim præcipua heic per annum festa enumerantur, de beata Dei Genitrice hæc recensentur[3]: *Nativitas Beatæ Virginis, ejus Conceptio, Annuntiatio, vocata Maria de O, Purificatio et Assumptio;* et mox subditur: *Quædam ex his festis desumpta sunt ex antiquo Officio Toletano*[4]. Constat ergo, haud omnes quinque hasce festivitates veterum Muzarabum proprias fuisse, sed utique earum quasdam penes eos olim exstitisse, quasdam vero, cum illud Officium Card.

[1] *Hymnod. Hispan.* pag. 227, in Notis.

[2] *Apud Card. Thomasium* Opp. tom. I, pag. CXVII, edit. Rom. 1741.

[3] Ibid. cap. XXXV, pag. CXXI.

[4] Ferdinandus Quirinus de Salazar in Opere, cui titulus, *Pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione Defensio*, cap. XXXV, § II, n. 18, censuit, postrema illa verba, *Quædam ex his festis desumpta sunt ex antiquo Officio Toletano*, spectare non ad memorata dumtaxat Deiparæ festa, sed etiam ad festa Christi Domini, quæ ibidem sic præmittuntur: *Nativitas D. N., Circumcisio, Epiphania, Festum Corporis Christi, Paschalis dies, Ascensionis et Pentecostes.* Verum etiamsi hoc admittas, nihil inde infirmatur conclusio, quam ex hoc testimonio deduximus. Namque inter dominicas festivitates unam tantum habes, quæ a Ximenio adjecta dici possit, solemnitas nempe *Corporis Christi.* Atqui ex præmisso testimonio constat *plura* adita fuisse festa. Ergo et aliquod Deiparæ festum certe adjectum apparet. Binas autem Deiparæ festivitates adjunctas ex Lorenzanæ testimonio manifestius disces.

Ximenius restauraret, adjectas fuisse ex antiquo Officio Toletano, ex eo nempe, quo non Muzarabes, sed communiter utebatur Clerus Toletanæ Ecclesiæ, quodque, ut superius ex Lorenzana audivimus[1], anno 1550 curantibus Cardd. De Tavera et Siliceo editum est. At vero quænam ex his quinque sunt, quæ veteres habebant Mozarabes, quænam sunt (namque non unum, sed plura B. Virginis festa addita fuisse discimus ex laudato instrumento), quæ adjecit Ximenius? Res enimvero est in facto apertissimo posita; pervolve enim vetus Officium Gothicum, et festivitates, atque adeo officia tum *Purificationis*, tum *Assumptionis*, tum *Annuntiationis* Deiparæ apud veteres Gothos certissime exstitisse cognosces. Quæ ergo additæ sunt a Ximenio, nullæ profecto sunt aut esse possunt, nisi binæ reliquæ, *Nativitatis* scilicet et *Conceptionis* festivitates.

Alterum vero testimonium habemus in Opere Hispanice per Alphonsum Villegas conscripto cum titulo[2], *Flos Sanctorum*. Ubi enim auctor de festivitatibus ac Sanctis Hispaniarum propriis scribit, et gesta enarrat S. Isidori Hispalensis Episcopi, occasionem arripit addendi brevem de Officio Mozarabico tractatiunculam, in qua nonnulla recurrunt in rem nostram apprime conducentia[3]. Ac primo quidem ea præmittit, quæ cum idoneum esse hac de re testem egregie evincunt, videlicet addictum sese

[1] Vid. num. præc.

[2] Integer titulus est: *Flos Sanctorum : Historia general de la Vida y Hechos de Christo, Dios y Señor nuestro, y de todos los Sanctos, de que zeza y haze fiesta la Iglesia Catholica conforme al Breviario Romano reformado, junto con las Vidas de los Sanctos proprios de España, etc., collegido todo de autores graves y approvados, dirigido a la S. C. R. M. del Rey Don Phelippe Segundo deste nombre por el licenciado Alonso Villegas Theologo y predicador, natural de la ciudad de Toledo. En Çaragoça, 1585.*

[3] Op. cit. Part. I, fol. 388 verso. Titulum hunc tractatio gerit: *Del Officio Moçarabe.*

fuisse sacello, in quo ritus Mozarabicus servabatur, ac plusquam triginta annorum spatio in eo se versatum. *De Officio*, inquit[1], *quod sanctus hic Præsul Isidorus instituit, quodque communiter Mozarabicum appellatur, non abs re erit, ut, in gratiam eorum qui nihil de eo norunt, nonnulla subjiciam, quippe qui plusquam triginta annis in illo versatus, certa de ipso tradere possum.*

Quod vero ad præsentem quæstionem attinet, mirum prorsus est, Alphonsum Villegas de se prope illa omnia enarrare, quæ etiam ætate sua, post ducentos nempe annos, accidisse sibi testatus est Card. Lorenzana: videlicet etiam decimo sexto sæculo declinante quosdam exstitisse, qui dubitarent, an in Breviario ac Missali, quod ritus Mozarabici dicebatur, ullum antiquæ liturgiæ Gothicæ vestigium superesset; Officia enim in eo reperiri, quæ ætatis multo posterioris essent: sese vero, ope comparationis cum vetustis codicibus Gothicis institutæ certo didicisse, integra quidem servata fuisse quæ veterum Gothorum propria erant, additas vero fuisse tantummodo 1° aliquas Sanctorum festivitates, et 2° aliquot missas, in quibus et Missam de Beatæ Virginis Conceptione. Erit autem operæ pretium ejus verba referre. Postquam enim narravit Card. Ximenium tum jussisse ut Mozarabum Officia, quæ solum characteribus Gothicis exarata exstabant, litteris Latinis describerentur, ac typis imprimerentur, tum primum illud munus quibusdam e clero ejusdem ritus peritis demandasse, sic prosequitur[2]: *Hinc factum*

[1] *Acerca del Officio que este sancto Perlado Isidoro instituyó, llamado comunmente Moçarabe, porque puedo yo dar buena relacion, por aver me exercitado en el mas de treynta años, para los que del no tienen noticia, no vendra fuera de proposito darsela* (l. c.).

[2] Ibidem. *Sucedio de aqui, que juntandose destos Clerigos para hazer esta transmutacion de la letra, aunque les dieron por acompañado un doctor Theologo y famoso en su tiempo en esta facultad, llamado Alonzo Ortiz,*

est, ut cum simul isti clerici convenirent ad permutationem illam litterarum exsequendam, socius eis additus fuerit etiam doctor quidam Theologus et ætate sua in hac facultate celeberrimus, Alphonsus scilicet Ortiz, ejusdem sanctæ Ecclesiæ (Toletanæ) Canonicus; cumque in isto Officio festa Sanctorum deessent, propterea quod officia præferebat illorum tantummodo Sanctorum, qui Isidorum ejusdem auctorem præcesserant, hinc factum, ut addendos permiscendosque statuerent multos Sanctos ex iis quorum festa per eam ætatem in Hispaniis agebantur. Id vero omnem ipsi auctoritatem abstulit penes quosdam, qui arcanum hoc ignorabant. Ut enim sæpius ipsemet audivi, alienigenæ doctique viri, cum in eo memoriam celebrari cernerent Sanctorum qui recentius ac multis annorum centenis post sanctum Isidorum floruerant, arbitrabantur, omnia in eo sus deque versa, ac ne minimum quidem Isidoriani Officii vestigium in ipso exstare. Hunc porro istorum errorem ipse abigo, quippe qui Officium illud accurate perpendi, et undequaque inspexi, postquam multa veterum Gothicorum codicum fragmenta in manus meas pervenerunt; et dico nullam esse rationem cur illi Officio sua depereat auctoritas, neque

Canonigo de la misma sancta Iglesia, estando este Officio falto de Sanctos, porque solo rezava de los que avian precedido a sant Isidoro que le compuso, acordaron de mezclarle, añadiendo muchos Sanctos de los que rezava España en aquella sazon. Esto desautorizó el Officio acerca de algunos ue ignoran el secreto. Porque como yo he oydo muchas vezes a personas estrangeras y doctas, que viendo como en el se reza de Sanctos modernos y que fueron muchos centenares de años despues de sant Isidoro, pareceles que está todo confundido, y que ni rastro queda ya del Officio de sant Isidoro. A estos desengaño yo, como persona que lo ha bien examinado y visto, pues vinieron a mis manos muchos pedaços de los libros Goticos antiguos. Y digo que no ay porque el Officio pierda de su autoridad, ni se crea que está confundido, sino en la misma forma que sant Isidoro le dexo, pues solo tiene añadidos Sanctos modernos, y algunas missas, como es la de la Concepcion de Nuestra Señora.

ipsum quis existimet confusum esse vel in ea forma, quam S. Isidorus illi dedit; quandoquidem adjectos habet solummodo recentiores Sanctos, et nonnullas Missas, cujusmodi est de Dominæ nostræ Conceptione.

XI.

At enim, inquiet quispiam, quæ in editis Missalibus Gothico-Hispanis Missæ exstant propriæ tum *Nativitatis* tum *Conceptionis* Deiparæ, eæ veterem Gothico-Hispanam liturgiam plane redolent. Quo ergo jure e veterum Gothorum monumentis hæc expunguntur? Quo jure editor Missalis Gothici Alexander Lesleus affirmavit[1], *Missam Conceptionis B. Virginis, quam in Missali Ximenii habemus, recentiorum Mozarabum opus esse?* Quo jure affirmavit, *festivitatem istam ignotam fuisse Gotho-Hispanis, et tam Officium quam Missam ex orationibus hinc inde ab antiquis Missis et Officiis Gotho-Hispanis desumptis composita fuisse?*

Verum enimvero pronum, uti patet, Lesleo foret reponere, ea affirmandi non modo jus sibi plenissimum, sed necessarium affuisse officium, quod in re evidentissima cuique hominum honestas et recta ratio districte præscri-

[1] *Præfat. et not. ad Missale Mixtum secundum regulam B. Isidori, dictum Mozarabes*, § II, p. 1153 et p. 1457, edit. Rom. 1804, curante Faustino Arevalo.

Clar. P. P. (*De Immac. Deip. Conceptu* P. III, n. 1608, pag. 1757, nota 3) hæc de Lesleo scribebat : *E quibus* (ex iis nempe, quæ Martenii monumentis innixus ipse disputaverat) *pronum est de his arbitrari, quæ in notis ad Missale Mozarabum, occasione Missæ de Concepta Deipara Lesleus scribit.* Et allatis Leslei verbis subdit : *Videlicet sunt hæc ex errore dicta, et quemadmodum superioribus, ita hisce refelluntur, quæ Mabillonius scribit in notis ad Bernardi epistolam CLXXIV.* Ita ille. Verum quæ oculis subjicimus, satis probant, Lesleum reipsa non ex errore, sed ex certis instrumentis ea affirmasse. Quæ vero scripsit Mabillonius, sint necne paria ad refellendam Leslei sententiam, inferius perpendemus.

bit. De re autem evidentissima in præsens agi, quis demum non videat? Nam cum in antiquis manuscriptis Gothicæ Ecclesiæ codicibus, ut diserte tradunt oculares testes, nullum omnino vestigium neque Festi, neque Officii, neque Missæ exstet *de Concepta Deipara;* insuper vero [1] historia gestorum Cardinalis Ximenii diserte testetur, virum istum eximium, dum Mozarabicum ritum restauraret, adjiciendi hoc festum eidem ritui auctorem exstitisse, ac demum id ipsum validissimo Alphonsi Villegas testimonio confirmetur, quis hominum hærere incertus ea de re possit?

Quod autem Missæ de Deiparæ *Conceptione* aut *Nativitate* antiquitatem Gotho-Hispanæ liturgiæ redolere videantur, nil mirum iis accidit, qui noverint, quam sibi œconomiam in festorum, quæ adjiciebantur, statuendis ritibus Ximenius proposuit. Nam quod attinet ad *Breviarium*, pro festis Sanctorum, si pauca quædam excipias, generatim Officium *de Communi* Martyrum, aut Confessorum, aut Virginum, etc., adsignavit. Pro festivitatibus autem, quas adjecit, SS. Deiparæ, quæ quidem tres sunt, nempe die XXIV Januarii *Sancta Maria de Pace*, die VIII Septembris *Nativitas*, die VIII Decembris *Conceptio*, jussit ut recitaretur Officium *Assumptionis*, mutato tantum nomine *Assumptionis* in nomina vel *Descensionis* [2], vel *Nativitatis*, vel *Conceptionis*. Quapropter de festo Conceptionis in

[1] Quæ superius de hac re attulimus ex Card. Thomasio, ea legi possunt tum apud Card. Aguirrium (*Conc. Hispan.* tom. III, pag. 270), tum apud Bollandianos (*Tract. Histor. Chronol. de Liturg. antiq. Hispan.* n. 422, init. Tom. VI Jul pag. 77).

[2] Hoc festo videlicet recolebatur memoria *descensionis* Beatæ Mariæ Virginis ad templum Toletanum, quando et pretiosam vestem S. Hildefonso dedit. Vid. *Martyrol. Hispan. per Johannem Tamayo Salazar* ad diem XXIV Januar. vol. I, pag. 271. Cur vero idem festum appellari consueverit *S. Maria de pace*, tradit ipse Tamayo l. c. pag. 274.

Breviario nihil reperies, nisi in appendice ista verba[1] : *In festo Conceptionis Virginis Mariæ omnia dicantur ut in Assumptione Virginis Mariæ fol. CCLXXXII, et ubi dicitur Assumptio, dicatur Conceptio.*

Quoad Missas vero, pro prima trium illarum festivitatum Ximenius eamdem Missam ac pro Assumptione præscripsit; pro Nativitate tamen et Conceptione maluit Missas veluti novas cudere, licet nonnulla (quod instituta collatione patet) ex veteri Mozarabum Missali hinc inde decerpserit, et præsenti mysterio utcumque aptaverit[2].

[1] *Breviarium Gothico-Hispanum, in Appendic.* pag. 24, edit. Matrit. 1775.

[2] Illa igitur, quæ P. P. ex Missa *de Nativitate Deiparæ* allegat, ut ex Missali Gothico ostendat, quis olim scopus in celebranda Virginis nativitate propositus esset (cf. *De Immac. Deipar. Concept.* Part. III, n. 1636, pag. 1806), minus ad rem faciunt; neque enim ea ad vetustam Gothorum liturgiam aut ad ejusdem excerpta, sed ad Ximeniana additamenta pertinent. Et plurimum sane interest, ut quisquis uti vult Missali Muzarabico ceu veteri instrumento ad confirmandas doctrinas idoneo, præ oculis habeat ea quæ sic monuit Petrus Le Brun (*Explic. de la Messe*, tom. II, dissert. V, art. II, § I, pag. 301) : *Ce Missel Mozarabe imprimé à Tolède en 1500 par l'ordre du Cardinal Ximenès, a trompé plusieurs personnes qui en ont cité des endroits comme étant du vrai mozarabe, lesquels cependant n'en sont certainement pas. Afin qu'on ne s'y trompe plus, il est important de remarquer que ce Cardinal inséra dans son Missel mozarabe (sans le marquer nullement) plusieurs Rubriques et plusieurs Oraisons du Missel qui était en usage de son temps dans la Cathédrale de Tolède; et l'on jugera facilement par là qu'il contient beaucoup de choses récentes, et par conséquent beaucoup postérieures à S. Léandre et à S. Isidore.* Quod quidem prudentissimum *Bruni* monitum et Bollandiani detigendum memoriæ scripserunt in *Tractatu Historico Chronologico de Liturgia Antiqua Hispanica*, cap. X, § I, n. 505, pag. 102 init. Tom. VI mens. Julii.

Neque ceterum movere debet, quod *de Deiparæ Nativitate* quidam feratur S. Ildefonsi sermo, cujus dimidiam prope partem P. P. eodem loco sub ipsius Ildefonsi nomine exscribit (l. c. n. 1635, pag. 1805-1806). Jamdiu enim obsolevit opinio, quæ istum aliosve ejusmodi sermones, S. Ildefonso tribuebat (V. Admonit., quam his sermonibus præfixere editores PP. Toletanor. Tom. I, pag. 332-333); et quod nunc ex antiquis Mozarabum codicibus petitur argumentum, invicte illam confirmat eruditorum sententiam, quæ

Hinc vero factum, ut in Missa de Conceptione Deiparæ nonnulla occurrant, quæ ad eamdem solemnitatem nihil spectare videantur. Sic in *Illatione*[1] hæc legimus : *Merito quidem et gloriosior Virgo Maria cœli petivit intimum, dum cœli et terræ sola visceribus sacris portavit Deum et Dominum. O ineffabilis castitas, o immaculata virginitas! Quæ novo ineffabili modo assumi superna meruit sede : visura cum angelis ibidem perpetim Deum, cujus Verbi in terra sacrum effecta est templum. Cui nullo modo ibidem incomprehensibilis frustratur sedes : sicuti incomprehensibilis partus non denegatur in terris. Talium est enim divinitus ascendisse, qualium in novo Virginis partu similem non invenisse*, etc. Quæ quidem cum nihil ad mysterium Conceptionis pertineant, mira sane videri eo magis possent, quod notum sit, apud Gotho-Hispanos mysterii celebrandi rationem præsertim in *Illatione* consuevisse apte enarrari et collaudari. At stupor omnis aberit, si consideres, hæc desumpta fuisse ex Illatione Missæ de *Assumptione* Deiparæ[2]; et reipsa huic solemnitati prorsus illa congruunt, utut ii, qui hanc Illationem composuerunt, Conceptionis vocem in fine sic addiderint[3] : *in hoc Conceptionis festo non cessant* (cœlites) *clamare ita dicentes.* ℟. *Sanctus*, etc. Haud obscura ergo ratio est, cur Missa de *Conceptione* aut de *Nativitate*, quanquam veterum Mozarabum opus non

spuriis operibus, S. Ildefonsi nomine falso inscriptis, et hunc sermonem *de Deiparæ Nativitate* accenset. Et sane palam est, genuinos S. Ildefonsi sermones *de Beatæ Virginis Nativitate* admitti non posse, quando certo constat, Gotho-Hispanas Ecclesias hanc festivitatem agere non consuevisse. Et hæc quidem memorata fuerint, non quod circa egregium P. P. opus censoris partes mihi nunc assumam, sed tantum ut pauca quædam ad hoc argumentum, ad Ildefonsi scilicet resque Hispaniæ pertinentia, attingam.

[1] *Missal. Goth.* col. 1012-1013, Rom. 1804.

[2] Conf. idem Missale col. 893.

[3] Ibid. col. 1013.

sit, sed Cardinalis Ximenii studio fuerit concinnata, quamdam tamen Gothicæ vetustatis faciem præferre videatur.

XII.

Ut itaque paucis complectamur ea quæ ad rei perspicuitatem fusius prosecuti sumus, tamquam penitus explorata haberi hæc debent : 1° conciliari nullo modo posse hinc quidem celebrationem festi Conceptionis Deiparæ a S. Hildefonsi ætate institutam ac per Hispanias universim receptam, inde vero omnimodum de eodem festo in libris liturgicis Gothico-Hispanis silentium; 2° instrumenta suppetere, quæ firmissimam in se habent auctoritatem, quæque certissimam facere fidem possunt de omnimodo hoc librorum liturgicorum penes Mozarabes silentio : quandoquidem exstant pervetusti manuscripti liturgici codices, quibus Mozarabes ante restauratam a Card. Ximenio Gothicam liturgiam utebantur; 3° hosce codices pluries ac tanta diligentia inspectos a viris probitate juxta ac scientia insignibus fuisse, ut eorum testimonium certam pariat fidem; 4° multiplici horum testimonio constare, frustra in vetustis Mozarabum libris liturgicis ullum festi Conceptionis Deiparæ requiri vestigium; 5° non modo ex eorumdem codicum fide, verum etiam ex historia gestorum Cardinalis Ximenii et ex Alphonsi Villegas de Mozarabico Officio narratione certo resciri, si quæ nunc in liturgia Mozarabum de hoc festo cernimus, ea posterius fuisse adjecta; 6° denique, quod necessario ex præmissis consequitur, non licere ex sanæ rectæque rationis præscripto existimare, antiquis illis septimi aut octavi sæculi temporibus Deiparæ Conceptæ festum in Hispania a Gothicis Ecclesiis celebratum fuisse; atque adeo quæcumque demum feruntur de hac festivitate a S. Hildefonso Toletano

instituta, atque ejusdem mandato per universas Hispaniæ Ecclesias propagata, ad falsas opiniones fabulasque posterius confictas pertinere.

Quæ quidem cum aperta sint, ac plane conspicua niteant evidentia, jam et iis perpendendis, quæ pro falsa illa opinione afferri in medium solent, parcere possemus. Verumtamen ut majus aliquod huic controversiæ lumen accedat, scrupulique omnes ita eximantur, ut ambigendi in posterum de hac causa quælibet tollatur occasio, nonnulla subdam tum de Martenii argumentis, tum de iis quibus argumenta Martenii corroborari posse P. P. existimavit.

XIII.

Duplex est monumentum, quo sententiam suam firmavit Martenius[1]; alterum est *Vita S. Hildefonsi Toletani Episcopi*, in qua diserte affirmatur, *Festum Conceptionis Sanctæ Mariæ, qua scilicet ipsa concepta est*, S. Hildefonsum habere auctorem[2]; alterum est Regis Ervigii lex, qua Judæis cum quædam alia festa observanda præcipiuntur, tum *festum S. Virginis Mariæ, quo gloriosa ejusdem Genitricis Domini Conceptio celebratur*[3].

Porro, ut nulla interposita mora candide aperiam, quid hisce de monumentis sentiendum mihi videatur, plane dixerim, primum quidem, *utpote adulterinum, nullius ad*

[1] *De antiquis Monachorum ritibus* lib. IV, cap. II, n. 15, pag. 575, edit. Lugd. 1690; et rursus *De Antiq. Ecclesiæ Disciplina in div. fest. celebrand.* cap. XXX, n. XII, pag. 552, edit. Lugd. 1706.

[2] Hanc Vitam posterius edidit Mabillonius in *Actis SS. Ord. Bened.* Sæc. II, pag. 521-522.

[3] Legitur in *libro duodecimo Legis Visigothorum*, Tit. III, Leg. VI, cui titulus : *Ut omnis Judæus diebus Dominicis et in prænotatis festivitatibus ab opere cesset.*

fidem faciendam esse pretii; alterum vero *minus dextere a Martenio fuisse intellectum.*

XIV.

Atque, ut a postremo hoc capite, quod leviori negotio expediri potest, initium ducam, ita se habet lex Ervigii: *Dies tamen ipsi, qui ab iisdem Judæis sollicita devotione sunt observandi, hi sunt: id est, Festum Sanctæ Virginis Mariæ, quo gloriosa Conceptio ejusdem Genitricis Domini celebratur. Item Natalis Christi vel Circumcisionis, vel Apparitionis suæ dies,* etc.

Et Martenius quidem nihil dubitasse videtur de sensu qui allatis verbis subjiciatur. Ast alii, qui probe noverant in libris Gotho-Hispanæ liturgiæ nullum *Conceptionis* Deiparæ festum contineri, recte animadverterunt, duplicem subesse sensum vocabulo *Conceptionis*, adeo ut festum, de quo lex, intelligi æque possit de Virgine aut *concepta*, aut *concipiente;* ac proinde, quo utraque monumenta conciliarent, merito statuerunt Ervigii legem posteriore sensu, id est de Virgine *concipiente*, esse intelligendam. *Merito*, inquam; nam prima artis criticæ elementa hoc præscribunt, ut non quidem invicem opponendis, sed potius, ubi fieri possit, conciliandis monumentis studium adhibeatur, si quando horum quædam specie tenus inter se pugnantia occurrant.

XV.

Verum ejusmodi interpretationem P. P. neque admittit ipse, neque ab aliis admitti posse sic contendit[1]: *Fas non*

[1] Op. cit. n. 1608, pag. 1757.

est, inquit, *verbis formulisque virtutem subjicere a recepto loquendi usu alienam atque abhorrentem. Sed ut lex Ervigii de festo Deiparæ Unigenitum concipientis intelligi possit, necesse est verbis significationem tribuere a vulgato loquendi usu dissidentem. Verba namque legis sic habent....* Festum Sanctæ Virginis Mariæ, quo gloriosa Conceptio ejusdem genitricis Domini celebratur.... *Atqui numquam in Kalendariis, numquam in martyrologiis, et numquam in reliquis ecclesiasticis monumentis festum Annuntiationis sive concipientis Deiparæ appellatur Festum Sanctæ Virginis Mariæ, quo gloriosa Conceptio ejusdem Genitricis Domini celebratur.* Sic ille.

XVI.

Atqui, nisi totus fallor, vel in ipso instrumento cui maxime idem in re præsenti innititur, in Vita inquam S. Hildefonsi a Martenio allegata, habebat ipse sane, unde conjiceret, virtutem vocabuli *Conceptionis* non ita constringi olim consuevisse, ut de Deipara *concipiente* intelligi non posset. Sic enim in Vita illa legimus[1] : *Festum Conceptionis Sanctæ Mariæ, quo scilicet ipsa concepta est, celebrari* (*Hildefonsus*) *constituit.* Cur, quæso, Auctor subjecit illam interpretationem seu glossam, *quo scilicet ipsa concepta est*, nisi priora verba, *festum Conceptionis*, accipi etiam sic potuissent, ut significarent *quo ipsa concepit?*

XVII.

Sed missum modo faciamus adulterinum hoc instrumentum, quod vel inopportuna hæc ipsa cura explicandi,

[1] Apud Mabillonium, *Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 522.

quænam ibi *Conceptio* intelligenda sit, merito suspectæ arguit fidei. Potius huc advocetur, quod passim usurpatum penes Græcos scimus, ut festum Conceptæ Deiparæ innuerent per illa verba : *Conceptio sanctæ Annæ*, ἡ Σύλληψις τῆς ἁγίας Ἄννης. Numquid enimvero contendemus, in his non satis servatam fuisse verborum proprietatem, adeo ut, si intelligantur non de ipsa Anna concepta, sed de Anna Deiparam concipiente, jam a communi loquendi usu aliena et abhorrentia censenda ea sint? Quod si huic dicendi formæ satis sua constat proprietas, etiamsi de Anna concipiente intelligantur, nescio profecto cur interire ipsa putanda sit, si aliquantulum eamdem formam sic protraxerim : *Festum beatæ Annæ, quo gloriosa ejusdem Conceptio celebratur.* Quid enim absoni aut obscuri hæc formula præferret? Et reipsa sic protractam cernis formam apud Græcos, ubi celebrantes Deiparæ generationem ita canunt [1] : Τὴν Σύλληψιν σήμερον, θεόφρον Ἄννα, τὴν σὴν ἑορτάζομεν, *Tuam, o divina sapiens Anna, Conceptionem hodie solemni festo celebramus.*

XVIII.

At enim, dices, esto id de Græcis, penes quos ea loquendi forma usu recepta erat, immo et tritissima. Quid ista in rem nostram? Si enim, quod omnes cum Poeta ratum habemus, potestas vocabulorum definitur usu, *quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi;* jam ostendi debet, etiam apud Latinos usitatum fuisse, ut *Festum Conceptionis Deiparæ* significaret festum *Annuntiationis.* Atqui, inquit P. P.[2], *numquam in Kalendariis, numquam*

[1] *Men.* ad diem IX Decembr. Ode α'.

[2] *De Immacul. Deiparæ Concept.* Part. III, n. 1608, pag. 1757.

in Martyrologiis, et numquam in reliquis ecclesiasticis monumentis festum Annuntiationis sive concipientis Deiparæ appellatur festum Sanctæ Virginis, quo gloriosa Conceptio ejusdem genitricis Domini celebratur.

Verumtamen Johannes Mabillonius, qui et ipse Kalendaria et reliqua monimenta pervolverat, paulo aliter hac de re sentit. Etenim in notis ad S. Bernardi epistolam CLXXIV perpendens quæ in libello vulgo Anselmi leguntur, nempe *Conceptionem S. Mariæ priscis temporibus frequentiori usu fuisse celebratam*, expressissime hæc dicit[1]. *Quod priscis temporibus hanc celebritatem obtinuisse dicit, vereor ut pro conceptione Beatæ Mariæ acceperit conceptionem Verbi seu Annuntiationem, quæ Conceptio Beatæ Mariæ in quibusdam Kalendariis pervetustis inscripta est.* Mabillonium igitur habemus testimonio suo sancientem, in antiquis Kalendariis *festum Annuntiationis* hac quoque formula fuisse designatum, *Conceptio Beatæ Mariæ*. Hujus autem viri hisce præsertim in rebus testimonio, nemo, ut puto, plurimum deferendum esse inficiabitur. Quin idem Mabillonius etiam e reliquis ecclesiasticis monumentis quidpiam addit. Ita enim in eadem Nota prosequitur[2]:

[1] Nota 139 ad calcem Opp. S. Bernardi, pag. LX, edit. Paris. 1719.

[2] *Ibidem*. Cum P. P. particulam postremam hujus Notæ Mabillonii descripserit illo eodem in loco (vid. pag. 1757, not. 3), in quo contendit, numquam in Martyrologiis, seu in Kalendariis, seu in reliquis monumentis Conceptionis vocabulo venisse festum Annuntiationis, ac propterea cum adversum sibi Mabillonii testimonium plane perspectum habuisse putandus sit (non enim videtur exscribere potuisse posteriorem partem brevis illius notulæ, nec tamen paulo præcedentia vidisse), erit fortasse qui putet, ex ejusdem P. P. judicio nutare Mabillonii fidem, atque adeo testimonium illud ceu falsum habendum esse, ac porro contemnendum.

Ego vero id ægre crediderim. Cur enim, cum de re non quidem abstrusa, sed in facto patenti posita agatur, Mabillonium quasi mendacem P. P. traduceret, præsertim cum etiam Abælardi verba diserte ille referat? Insuper si Mabillonii dicta P. P. falsa judicasset, profecto et refellere ipsa non esset

Sic Abælardo in Sermone de Assumptione vocatur (Annuntiatio scilicet) *Conceptio Dominicæ Matris.* Ex quo rursus discimus, non adeo inusitatam eam dicendi formam fuisse. Neque enim putandus est Abælardus a recepto loquendi usu tantopere discessisse.

XIX.

Ceterum quanquam longissime ipse absim ab ea mihi vindicanda monimentorum ecclesiasticorum peritia, quam tum in Martenio, tum in Mabillonio suspicimus omnes; attamen levis quædam inspectio aliquod mihi obtulit exemplum, quo laudata Mabillonii sententia confirmetur. Nam in vetusto Kalendario, quod Genebrardus præmisit *Commentariis in Psalmos*[1], ad diem XXV Martii hæc vidi :

cunctatus ; quæ enim versabatur controversia, id necessario exigebat. Ergone, inquies, incommodam sibi Mabillonii sententiam resecuit ac dissimulavit? Neque hoc, inquam, necesse est existimasse; et ut plane dicam, non arduum est, mea quidem sententia, duo hæc, quæ merito videri inter se pugnantia queant, componere, quando ea componendi facilem rationem ipse P. P. nobis suppeditat. Et sane vixdum particulam Mabillonianæ Notæ descripsit, hæc continuo addit (l. c.) : Cf. *Antonii Gravois op. cit. art. II, pag.* 41-42, quibus candide ipse aperit unde ea mutuatus fuerit. Et reipsa absurdam hanc et vix aliqua venia dignam disputandi rationem apud Marc. Antonium Gravois (*De ortu et progressu cultus*, etc., p. 41) reperire est, ut eodem loco, quo ex lege Ervigii antiquitatem festi Conceptionis evincere studet, mox afferens particulam illam Notæ Mabillonianæ, præcedentia verba dissimulet, quæ argumentum ex illa lege petitum infirmassent. In Marcum Antonium Gravois igitur incomposita hæc sunt rejicienda, nisi tamen et ipse ideo sit excusandus, quod, non lecta per se Mabillonii Nota, eamdem laciniam aliunde emendicarit. Eam autem particulam non ex inspecto Mabillonio, sed ex Marco Antonio Gravois in Commentarium P. P. profluxisse, illud etiam manifeste suadet, quod utrobique ipsam eodem modo interpolatam videre est. Cum ergo P. P. postremam Notæ Mabillonianæ particulam ita exscripserit, ut priorem tamen ejusdem partem non legerit, apertissima se prodit ratio, cur neque testimonium Mabillonii ceu falsum rejecisse, neque illud dissimulasse, dicendus sit.

[1] Edit. Lugd. 1607; hoc autem exemplum legere erat etiam apud Arevalum

Mariæ Conceptio, Filii Dei incarnatio. Insuper, quod sane magis mireris, aliud exemplum reperi apud illos Bollandianos, ad quos P. P. [1] et ante ipsum Benedictus Piazza [2]

(*Hymnod. Hisp.* l. sup. cit.), immo et apud Salazarium et quidem in illo capite XXXV, quod P. P. (Op. cit. n. 1608) impugnandum assumpsit; quo quidem in loco Salazarius (*Imm. Deip. Concept. defens.* cap. XXXV, § II. n. 16) plura alia exempla congerit ut evincat *Conceptionis* seu *Conceptus Deiparæ* nomine in veterum monumentis sæpius designari mysterium incarnationis Dominicæ consuevisse.

[1] *De Immacul. Virg. Concept.* Part. III, n. 1608, pag. 1757, not. 2, P. P. scribit : *Cf. quæ habent tum Bollandiani* T. III Martii, die XXV, pag. 536, *tum Martenius De antiq. eccles. disciplina in div. celebrand. officiis* cap. XXXI, n. 26, pag. 562.

[2] Benedictus Piazza in eximio Opere cui titulus, *Causa Immaculatæ Conceptionis*, etc., de Kalendariis, ac Martyrologiis, eamdem, ac P. P. sententiam secutus est, eamque his verbis expressit (Act. III, art. II, § 1, n. 44, pag. 245) : *Hoc festum (Annuntiationis) in antiquis Martyrologiis et Kalendariis nusquam nomine Conceptionis Genitricis Domini est designatum, ut videre est apud Bollandum et apud laudatum Martene.* Ac dein easdem ac P. P. subjicit allegationes : *Bolland.* Tom. III Martii, die XXV, pag. 536 ; *Marten. de Antiq. Eccl. Discipl.* cap. XXXI, n. 26, pag. 562.

Fato autem prorsus misero factum dixeris, ut Piazza Commentarii Bollandiani secundam dumtaxat paragraphum (id ex pagella 536 allegata patet) inspexerit, ubi de Annuntiationis festo *apud Græcos* agebatur. Si etiam sequentem paragraphum (pag. 537-538) legisset, ubi sermo est de eodem festo *apud Latinos* (quæ quidem pars magis ad rem faciebat, et ideo non erat omittenda), illico opinionis illius falsitatem perspexisset. Hanc tamen indiligentiam non ipsi Piazza tribuendam putaverim, quippe prudens vir facile nosset, non satis esse illa perlegisse, quæ ad Græcos pertinebant, sed potius cuipiam alii, a quo idem Piazza mutuatus ea fuerit. Quo sane exemplo iterum edocemur, nusquam monumentorum usum minus felicem accidere, quam cum fontibus non inspectis emendicatas hinc inde e rivulis allegationes aut monumentorum lacinias corrogamus. Inde etiam fieri videmus, ut luto, quo semel infectæ undæ fuerint, plures deinde per longum decursum alveoli sordescant.

Id vero Benedicto Piazza laudi omnino vertendum, quod licet falso putaret, nulla in antiquis monumentis exempla suppetere, quæ festum *Annuntiationis* etiam nomine *Conceptionis* appellatum evincerent, falsas tamen Martenii de tota hac re opiniones secutus non fuerit, et insuper acri judicio perviderit, ex Ervigii lege nullum firmum duci posse argumentum ad institutionem festi Conceptæ Deiparæ S. Ildefonso vindicandam. Cf. locus sup. citatus.

nos remittunt, ut ipsismet oculis nostris videamus festum *Annuntiationis* nuspiam nomine festi *Conceptionis* fuisse appellatum. Namque in tertio paragrapho Commentarii de *Annuntiatione Deiparæ*, ubi de festi hujus celebratione apud Latinos disserunt, ac porro referunt quomodo idem festum varie in variis Kalendariis ac Martyrologiis enuntietur, hæc etiam habent [1]: *MS. Trevirense S. Maximini parvum sed valde antiquum : Conceptio Sanctæ Mariæ de Spiritu Sancto.*

XX.

Neque vero arduum est pervidere cur veteres hac quoque appellatione ad illud festum significandum uterentur. Perinde est enim, sive de annuntiatione mentio fiat, sive de re annuntiata, de *Virgine* scilicet *concipiente* seu etiam de *Verbo concepto* [2]. Quod sane factum videmus etiam de *Conceptæ* Virginis mysterio. Homilias enim de hoc festo habemus inscriptas tum *in Annuntiationem SS. justorum Joachimi et Annæ*, tum *in Conceptionem S. Annæ*, tum etiam *in Conceptionem S. Deiparæ* [3]. Utrumque autem, annuntiationem nempe et rem annuntiatam, expressum habes in illa formula, quæ passim apud scriptores rei liturgicæ cernitur, quamque etiam P. P. retulit ex Marte-

[1] *Bolland.* Tom III Mart. ad diem XXV *Comment. de Annuntiat.* § III, n. 13, pag. 538.

[2] Ea de re Adr. Baillet (*Les Vies des Saintes*, 25 Mart. p. 318) : *On voit encore quelques calendriers du temps de Louis le Débonnaire, à l'usage de la France, qui la marquent au XXV de Mars, non pas sous le nom d'Annonciation, mais sous le double titre de Conception de Jésus-Christ et Passion du Seigneur.*

[3] Syllog. Part. I, pag. 47, not. *a* : εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῶν ἁγίων δικαίων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης. — Pag. 121 : εἰς τὴν σύλληψιν τῆς ἁγίας Ἄννης. — Pag. 47 : εἰς τὴν σύλληψιν τῆς ἁγίας Θεοτόκου.

nio[1] : *Annuntiatio Sanctæ Mariæ de Conceptione, quando ab Angelo est salutata.*

XXI.

Verum ad rationem reddendam cur demum Ervigius *Conceptionis* vocabulo usus fuerit, cum tamen nullum aliud festum nisi *Annuntiationis* seu *concipientis Deiparæ* designaret, nihil opus reipsa erat, ut in vetustis Kalendariis, aliisque ecclesiasticis monumentis, exempla aut causas quæreremus, quando hæc ratio manifestissime sese prodit in ipsa antiquissima Gotho-Hispana liturgia, et quidem in Officio *Annuntiationis*, cujus solemne festum ex Toletanæ X Synodi decreto die XVIII mensis Decembris celebrabatur. Hoc officium si inspexisset Martenius, sane neque errasset ipse, neque alios in eumdem secum errorem pertraxisset.

Rationem itaque cur hæc festivitas etiam *Conceptionis* appellatione ornaretur, in eo profecto habes, quod nihil magis aut sæpius per Officii decursum laudibus extollatur, quam Deiparæ *Conceptio*. Sic, ut pauca quædam innuam, in ipsis initiis hæc occurrunt[2] : *Magnum miraculum vidimus in Virginis Conceptione, ut nec virginitatem amitteret*, etc. Et in subjecta mox Oratione[3] : *Magnum valde miraculum vidimus in Virginis Conceptione, ut nec decore pudoris careret, nec genitricum onera sustineret*, etc. Et in alia Oratione[4] : *Tanto nobis copiam gratiæ cœlestis impendas, quanto Genitricem tuam gloria conceptionis exor-*

[1] *De Immacul. Deipar. Concept.* l. c.
[2] *In sec. Antiph.*, p. CCCLI *Brev. Goth.* ed. Matrit. an. 1775.
[3] Ibid.
[4] *Orat. Goth.-Hisp.* apud Card. Thomas. T. I., pag. 25. Rom. 1741.

nas. Et rursus[1] : *Jesu virtutum omnium Deus, qui per beatæ Genitricis tuæ mysterium consecras tibi multitudines populorum, dum novo miraculo Virginem conceptione mirabili ditas, et Matrem honore virginitatis non privas*, etc.

XXII.

Quod si non meram *Conceptionis* Mariæ vocem, sed insuper quamdam formulam quis cupiat, quæ ad Ervigianæ legis propriam accedat, eamque veluti præformet, illam habet in prece ad Virginem, quæ apud Thomasium[2] titulum gerit *Completuria*, in Matritensi vero Lorenzanæ Breviario[3] inscribitur *Capitula*, et in qua hoc pacto fideles Deiparam exorant : *Simus tuo præmuniti suffragio...; et omnes qui ob honorem Conceptionis tuæ hoc in loco tuis decantamus in laudibus, in tua perpetuo servitute vivamus.* Ubi vides in communi loquendi usu fuisse, ut per hoc festum honos deferretur Virginis Mariæ *Conceptioni.*

Multo autem luculentius id ipsum cernitur in illa ejusdem Officii Oratione, cui apud Thomasium titulus est[4], *Oratio ad vesperum dicenda in eodem die quo missa Sanctæ Mariæ celebratur*, in Matritensi vero Breviarii editione[5], *Capitula;* sic enim in ea Deus rogatur : *Præsta ergo nobis, exposcimus, ut qui Conceptum Virginis celebrantes peregimus, ad festum Nativitatis tuæ immaculatis cordibus veniamus.* In quibus profecto habes festum Annuntiationis expressum nomine Conceptionis, non secus ac festum Paschatis enuntiatur in orationibus quas Sab-

[1] *Breviar. Goth.* edit. Matrit. 1775, pag. CCCLII.
[2] Opp. Cardin. Thomas. Tom. I, pag. 29, edit. Rom. 1741.
[3] Edit. Matrit. an. 1775, pag. CCCLV.
[4] Opp. Card. Thom. l. c. pag. 29.
[5] Pag. CCCLVI.

bato ac Dominica in Albis recitandas ita præscribit Romanum Breviarium : *Concede, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui festa paschalia venerando egimus, per hæc* etc. *Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui paschalia festa peregimus, hæc te largiente* etc. Erat ergo in communi loquendi usu, ut hæc festivitas vocabulo *Conceptionis* designaretur.

XXIII.

Denique si vel omnino ipsam verborum formam, quibus Ervigii lex constat, cernere in sacra hujus festi de Annuntiatione Virginis liturgia quis desideret, perspicue enuntiatam eam habet in sequenti Oratione ad Virginem [1] : *Virgo Maria gloriæ nunc vestimentis induta, et ornamentis sanctis ornata..., concurrentis ad te plebeculæ suscipe vota.... ut.... qui meritorum ornamentis ornari non possumus, tuo interventu a criminibus expiati, Conceptionis tuæ sacratissimum festum annuis recursibus celebremus.*

Quinimmo ex ipsa liturgia etiam ratio elucet cur ad hoc festum designandum notissima inter fideles et tritissima esse ea verborum forma debuerit. Quippe eam expressam intueri licet in illis benedictionibus, quibus sacra explebantur Officia, ac plebs sacro solemnique ritu dimittebatur. Nam, quemadmodum mos apud nos viget, ut in sacrorum Officiorum fine sacerdos discessurum populum benedicens certa quadam verborum forma utatur, v. g. : *Benedicat vos omnipotens Deus, Pater*, etc., vel formam adhibeat festivitati congruam, uti v. g. : *Per lignum sanctæ Crucis* etc., vel in festis beatæ Mariæ illum usurpet versiculum :

[1] *Breviar. Goth.*, pag. CCCLI-CCCLII.

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria;

quæ quidem benedicendi formæ rationem, quam exprimunt, mysterii et docent et memoriæ audientium infigunt; sic in hujus diei Gothica liturgia duplicem huic scopo aptissimam benedictionem usurpatam videmus, alteram in fine Officii, in fine Missæ alteram.

Et benedictio quidem, qua sacrum expletur Officium, tribus constabat distichis, ad quorum unumquodque populus respondebat, *Amen*. Horum autem tertium erat ejusmodi [1]:

Ut qui conceptum matris celebratis ovando
Lux sitis in mundo justificante Deo. ℟. *Amen.*

Et postrema pariter e tribus benedictionibus, quibus finiebatur Missa, sic se habet [2]: *Quique hodie virgineæ festum Conceptionis devotissime celebratis, ad Nativitatem nostri Redemptoris exsultantibus animis et mundo corde perveniatis.* ℟. *Amen* [3].

[1] *Breviar. Goth.* pag. CCCLVI; et apud Thom. l. c. pag. 29.

[2] *Missal. Goth.* col. 84, edit. Rom. 1804.

[3] Constans videlicet mos est Gothicæ Liturgiæ, ut in hisce benedictionibus rationem festi recurrentis exprimat. Ad rei evidentiam juverit id nonnullis exemplis confirmare.

Sic itaque in festo S. Andreæ (Thomas. Opp. tom. I, pag. 12): *Jesu Dei Filius, qui ea crucis appensione, qua se pati voluit, discipulum quoque Andream affigi permisit, det vobis, in omnibus quæ præcepit, suæ voluntatis vestigia sequi; et qui illius animam suscepit in cruce, corda vestra ab omni mundana conluvione depurget; ut veritas, quæ illum fecit pro se constanter passionem excipere, ea vos faciat ad Christum sine confusione venire.*

Et in festo S. Leocadiæ (ibid. pag. 15): *Christus Dominus, qui beatissimam Leocadiam se digne confiteri coram hominibus fecit in terris, confiteatur vos coram Patre suo, qui est in cœlis; et qui in ore ejus ac-*

Verborum ergo formula, quam in lege Ervigii cernimus, adeo non erat aliena et abhorrens ab usu loquendi inter fideles in Hispania tunc recepto, ut immo lex ipsa festum indicet per ea verba quæ in sacra ejusdem festi liturgia usurpabantur, atque formula legis Ervigianæ evidenter desumpta appareat ex ea liturgiæ particula, e qua populus et notionem et appellationem festi discebat.

cepta sibi confessionis contulit cantica, ipse confessionem vestram remunerandam suscipiat.

In festo S. Eulaliæ (ibid. pag. 19) : *Deus virtutum, qui sanctam Eulaliam, dum ad passionem vocat, ad gloriam provehit, det vobis, nec vitiorum passionibus adstringi, et a passionum vitiis liberari.*

Et in Officio Dominici Adventus (in quinto sabbato, ibid. pag. 4) : *Christus Dominus, ob cujus adventus proximitatem hilarescitis, exsultare vos faciat de præmiis sempiternis; et qui illum sustinetis, ut veniat ad faciendum judicium, æmulatores vos faciat judiciorum justorum : ut cum venerit, non de peccato vos arguat, sed æterna muneris collatione reficiat.* Et rursus (ibid. pag. 5) : *Christus Dei Filius, quem venturum in proximo sustinetis, proximitate sui adventus emundet corda vestra a cunctis mundanæ vitæ illecebris. Ipsum quoque, quem judicem venturum metuitis, liberatorem indulgentissimum sentiatis; quo omnes, qui hic primi adventus sui gaudia devote incolitis, secundi adventus sui præmia capiatis.*

In Nativitate vero Domini (ibid. pag. 34) : *Benedicat vobis Dominus Jesus Christus, qui olim in hoc die pastoribus in præsepio apparuit gloriosus. Ipse vos in omnibus protegat ac defendat, qui pro vobis misericors humanam suscepit infantiam.* Et rursus (pag. 39) : *Dominus Jesus Christus, qui sua vos Nativitate redemit, ipse vos in fide confirmet.*

Et in festo S. Stephani (ibid. pag. 39) : *Dominus Jesus Christus, qui primum passionis suæ sequacem Stephanum martyrem fecit, det vobis suo exemplo victoriam ferre de mundo.*

Et in festo sancti Johannis apostoli (ibid. pag. 42) : *Christus Dominus, qui dilectum a se discipulum suo fecit recubare in pectore, illæsos vos custodiat in sinu matris Ecclesiæ; et qui fluentis gratiæ ex sinu suo promanantibus recubantis animam abluit, dono vos sempiterni muneris jubeat consolari : ut per quem discipulus hic dilectus effectus est virgo, per eum peccatores in Angelorum, commutati, evocentur consortio.*

Ita et in festo Dominicæ Circumcisionis (ibid. pag. 46) : *Dominus Jesus Christus, qui se pro nobis circumcidi permisit, ipse in vobis mundi voluptates divini verbi gladio desecet : et qui ritum veteris legis, ut legem adimpleret, suscipere voluit, ipse vos novi testamenti gratia renovet.* Et

XXIV.

Neque vero in Ervigii legem ex sacra liturgia profluxit illa tantummodo pars, ubi dicitur, *quo gloriosa conceptio ejusdem Genitricis Domini celebratur;* sed ex eodem fonte dimanasse dicenda sunt et prima illa verba, *Festum sanctæ Virginis Mariæ.* Et sane, sive amplectaris eorum sententiam, qui opinantur per Ervigii ætatem hoc unicum apud Hispanos viguisse Virginis Deiparæ Festum, sive malis putare, huic festo antonomástice eam inditam fuisse appellationem; hoc interim exploratum est, hanc festivitatem apud Hispanos absolute et sine addito appellari consuevisse *Festum sanctæ Virginis Mariæ.* Sic in Officio Gothico, quod Cardinalis Thomasius edidit, orationibus hujus diei propriis nullus alius, nisi sequens, titulus præcedit[1]: *Incipiunt orationes de festivitate gloriosæ sanctæ Mariæ Virginis.*

Pari modo, cum in decreto quo Patres Synodi X Tole-

rursus (ibid.): *Christus Dei Filius, qui olim ad complementum legis signum accepit circumcisionis, purificet vos ab omnibus iniquitatibus vestris: abscidat quoque vestri cordis præputia, qui est dignatus suscipere circumcisionem corpoream.*

Denique, ut alia omittamus, in solemnitate Epiphaniæ (ibid. pag. 51): *Dominus Jesus Christus, qui hodie apparitionis suæ mirabile signum ostendit in cœlo, majestatis suæ præsidio vos gubernet in sæculo. Acceptet credulitatis vestræ vota fidelia, sicut magorum suscepit munera pretiosa. Jubeat peccatorum vestrorum sordes abstergere, qui, ut omnem justitiam adimpleret, non est dedignatus a famulo baptizari.* Et rursus (ibid.): *Christus Dei Filius, qui novo est ostensus in sidere, sui vos amoris innovet ubertate. Quique magos admonuit ne per viam qua venerant reverterentur, numquam vos patiatur iter repedare iniquum.*

Patet igitur ex hisce *Benedictionibus* facili negotio et citra errandi discrimen ediscere nos posse, quibus verborum formulis ad designandam unius cujusque festi rationem Gotho-Hispana Ecclesia uteretur.

[1] Opp tom. I, edit. Rom. 1741, pag. 24.

tanæ hoc festum celebrandum die XVIII Decembris statuerunt, sæpe se offerat occasio hoc festum memorandi, numquam tamen aliter nominatur, quam absolute aut *festivitas Gloriosæ Matris ejus* (Verbi), aut *hujus sanctæ Virginis festum*, aut *festivitas Matris*, aut *festum Matris*, aut *solemnitas Dominicæ Matris;* quin et titulus ejusdem decreti nil habet aliud quam *De celebritate festivitatis Dominicæ Matris*[1]. Et, ne plura congeram, Cixilanes quoque in vita Hildefonsi[2] narraturus visionem qua, recurrente hoc festo, beatus Episcopus dignatus est, sic illud indicat: *Superveniente vero die sanctæ et semper Virginis Mariæ ante tres dies* etc.; et rursus[3]: *Ast ubi ventum est ad ejus sanctam solemnitatem, supradictus rex* etc. Oportet ergo ut concludamus, Ervigii legem, totumque illum verborum circuitum, quo istud festum indicatur, videlicet, *Festum sanctæ Virginis Mariæ, quo gloriosa conceptio ejusdem Genitricis Domini celebratur*, nihil nobis exhibere, nisi formulas quibus vulgo significabatur *Festum Virginis concipientis;* hanc autem verborum formulam non aliunde quam ex sacra liturgia, qua *Virgo concipiens* celebrabatur, profectam fuisse.

XXV.

Ceterum, ut postremum hoc de præsenti argumento addam, vel ipsa Ervigii lex in se spectata ac levis aliqua Gotho Hispanorum rituum cognitio satis interpretationis falsitatem aperire, aut saltem falsæ interpretationis suspicionem Martenio injicere potuisset. Nam lex ipsa hoc unum Deiparæ festum et quidem hoc unicum ante Nativi-

[1] Concil. Tolet. an. 656, cap. I.

[2] § 5, apud Mabillon. *Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 518.

[3] Ibid.

tatem Domini (in festis enim enumerandis servat ordinem temporum) observandum præscribit. Quapropter si de Conceptæ Deiparæ festivitate decretum intelligendum esset, omissa in eo jam fuisset *Annuntiationis* seu *Virginis concipientis* solemnitas, quæ, uti notum est, octava die ante Dominicam Nativitatem agebatur. Atqui vix aut ne vix quidem id suaderi illi poterit, qui sciat quanto studio quantaque cum pompa et cultus magnificentia *Concipientis Virginis* festum Gotho-Hispani celebrabant. Quam solemnis enim illis esset hæc festivitas, non modo ex Cixilane discere licet, ubi miraculum Virginis Hildefonso apparentis enarrat[1], sed et luculentissime significatur in laudato decreto Patrum Toletanorum, quod Ervigio ipso jam vivente, licet nondum regnante, editum fuerat, et in quo Patres illi non dubitant idem festum cum festo Nativitatis Christi comparare. Inquiunt enim : *Quoniam die qua invenitur Angelus Virgini Verbi conceptum et nuntiasse verbis et indidisse miraculis, eadem festivitas non potest celebrari condigne, cum interdum quadragesimæ dies vel paschale festum videtur incumbere... : cum etiam et ipsam Incarnationem Verbi non conveniat tunc celebritatibus prædicari, quando constat id ipsum Verbum post mortem carnis gloria resurrectionis attolli; ideo speciali constitutione sancitur, ut ante octavum diem, quo natus est Dominus, Genitricis quoque ejus dies habeatur celeberrimus et præclarus. Ex pari enim honore constat, ut, sicut nativitatem filii sequentium dierum insequitur dignitas, ita festivitatem matris tot dierum sequatur sacra solemnitas. Nam quod festum est Matris, nisi incarnatio Verbi? Cujus utique ita debet esse solemne, sicut est et ejusdem nativitas Verbi.... Proinde, ut de cetero quidquid est dubium sit*

[1] Apud Mabillon. l. c.

remotum, solemnitas Dominicæ Matris die XV Kalendarum Januariarum omnimodo celebretur, etc. Cum ergo tam manifeste ex monumentis constet, quodnam esset Deiparæ festum, quod tanta tamque singulari solemnitate penes Hispanos agebatur, et cujus proinde observationem a Judæis quoque exigere par erat, nequaquam existimare fas est, Ervigium in ferenda ea lege ita alteri festo locum dedisse, ut hoc prorsus omitteret. Omisisset autem, si lex illa de Virginis *Conceptæ* potius, quam de *Concipientis* festo intelligenda esset. Deprehendere igitur ex hoc ipso Martenius potuisset, sub eo *Conceptionis* nomine ipsam *Annuntiationem* seu *Concipientis Virginis* festum Ervigium intellexisse; et hoc quidem festum aptissime ante Nativitatem Domini fuisse collocatum, propterea quod recenti Patrum Toletanorum decreto diei XVIII Decembris fuerat assignatum.

Et hæc quidem satis fuerint, ut ratum ac prorsus extra aleam controversiæ positum habeatur, 1. festum *Conceptionis* Deiparæ, de quo lex Ervigii, non ad *Conceptæ* Virginis, sed ad Virginis *Concipientis* cultum spectasse; ac proinde 2. hoc monumentum omnino abs re proferri, quo suadeatur *Conceptæ* Deiparæ festum jam inde a sæculo septimo in Hispania viguisse; et 3. denique falsam ejusmodi opinionem inde solum esse profectam, quod Martenius nec legem ipsam nec veteris Hispanæ Ecclesiæ ritus consuetudinesque satis perpendens, ac proinde Ervigii legem perperam interpretatus, et se et quotquot nimia fortasse fiducia ipsi crediderunt, eodem errore implicavit.

XXVI.

Restat, ut ad trutinam revocemus aliud monumentum, quo innixi et Martenius, et alii post eum contenderunt,

Conceptæ Deiparæ cultum ab institutione Sancti Hildefonsi Toletani Episcopi esse repetendum. Est autem hoc monumentum quædam Vita S. Hildefonsi, e qua primus, quod sciam, Martenius hæc verba, nulla profecto sensus ambiguitate laborantia, deprompsit[1] : *Unde etiam festum Conceptionis sanctæ Mariæ, quo scilicet ipsa concepta est, celebrari constituit* (S. Hildefonsus), *et ejus constitutione per totam Hispaniam solemniter colitur VI idus Decembris :* totam vero eamdem Vitam e tenebris, in quibus delituerat, primus, ut jam diximus, in lucem Mabillonius edidit.

XXVII.

Fuerunt qui nodum hunc solvi posse arbitrati sunt, statuendo, incuria librariorum mendum in notas temporis irrepsisse, et pro notis, quibus indicabatur dies octava ante Nativitatem Dominicam, substitutas perperam fuisse notas, *VI Idus Decembris*[2]*;* nullum aliud itaque festum ibi intelligendum esse, nisi Annuntiationis Deiparæ, quod,

[1] Apud Mabillon. *Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 522.

[2] Vid. Trombellius (*De SS. Mariæ Vita*, part. II, dissert. XIII, quæst. II, n. 14, pag. 400) *Aiunt itaque* (Trombellii sunt verba) *legendum esse non VI Idus Decembris, qua die Conceptio Virginis Mariæ postea celebrata est, sed XVI* (*Decemb.*) *die, qua die Toleti Conceptio* (*seu Annuntiatio*) *Mariæ Virginis celebrari cœpit, id est memoria illius diei, qua Maria ex Spiritu Sancto Unigenitum Dei concepit.* Verum alium hoc errorem subrepsisse palam est. Solemnis enim memoria *virgineæ Conceptionis* seu *Dominicæ Incarnationis* octava die ante Domini Nativitatem, id est die Decembris XVIII, non autem XVI, celebrabatur. Miror vero, eumdem hunc errorem irrepsisse etiam in Dissertationem eximii viri Franc. Antonii Zaccaria (est quinta, uti alias monuimus, in altero volumine Dissertationum italice scriptarum, et fert titulum : *Sulle feste istituite ad onore di Maria Santissima.* Vid. § I, n. II, pag. 207); sed cum hic alleget Trombellium (*Not.* 2), jam undenam error in opusculum Zaccariæ dimanaverit, satis patet.

ut supra dictum est, die octava ante Dominicæ Nativitatis solemnitatem celebrari eo tempore per Hispanias cœperat.

Ad quæ P. P.[1] : *Nihil quidem pronius*, inquit, *quam amanuensium sphalmata comminisci, sed nihil vicissim ejusmodi commentis levius, nisi ea probabili saltem conjectura suadeantur.*

Verum temperantiori, ut puto, utendum forte erat calamo, pauloque mitius res agenda. Nam in illa quoque Vita S. Hildefonsi, in qua totum situm est robur virium ad tuendam causam quam idem P. P. propugnat, ille error gravissimus occurrit, quo S. Hildefonso triginta episcopatus anni tribuuntur[2], cum tamen, ut certo constat Juliani testimonio[3], novem dumtaxat annorum spatio Toletanam sedem Hildefonsus tenuerit. Ergo Martenium quoque, eosque qui se asseclas Martenio dederunt, eadem premit dura necessitas, ut amanuensium sphalmata, quo tueantur scriptoris famam, comminiscantur.

Ceterum probabilior præsto erat respondendi ratio : nam cum diserte Vitæ Auctor affirmet ab Hildefonso institutum fuisse festum *Conceptionis, quo ipsa concepta est*, jam satis liquet, vanissimum esse responsum quod ex sphalmate in notas temporis inducto quæratur, neque difficultatem exinde dissolvi aut imminui.

XXVIII.

Quod ergo caput est controversiæ, inquirere opus est

[1] *De Immac. Deiparæ Concept.* Part. III, n. 1608, pag. 1757.

[2] Sic Auctor hujus Vitæ : *Beatus vero Hildefonsus XXX annis in episcopatu expletis, beato fine a præsentis vitæ laboribus quievit.* Apud Mabillon. *Act. SS. O. B.* Sæc. II, pag. 522.

[3] Vita S. Hildef. n. 4 : *Novem annis et duobus fere mensibus clarus habitus fuit vitæ meritis et retentione regiminis.* Apud Mabill. *Act. SS. O. B.* Sæc. II, pag. 616.

diligenter, cujusnam tandem pretii sit opusculum, e quo illa sunt excerpta.

Et P. P. quidem quo majorem aliquam, ut puto, auctoritatem isti opusculo tribueret, de ipso hæc scribebat[1]: *Hildefonsi vita, ad quam se Martenius recipit, illa ipsa est quam referunt Bollandiani et multo accuratiorem Mabillonius describit.*

At in primis prorsus nescio quorsum Bollandianorum auctoritas hoc in loco invocetur. Nam *binas* utique S. Hildefonsi Vitas a Bollandianis editas video; quarum altera[2] *Cixilanem*, altera vero[3] *Julianum* præfert auctorem. At nihil istæ habent commune cum Vita illa Hildefonsi, quam *tertiam* Mabillonius edidit[4], et ex qua Martenius suum illud ducit argumentum; neque ullum tertiæ hujus biographiæ vestigium apud Bollandianos sive eo loco, quem P. P. allegat, sive alibi reperire est.

Quinimmo tantum abest ut ad duarum illarum, quas Bollandiani edidere, alterutram recipere se Martenius posset, ut contra ex his ipsis (quippe quæ de festivitate quapiam Deiparæ ab Hildefonso instituta ne verbum quidem habeant) arma alii adversus Martenium desumpserint; quos quidem et idem P. P. paulo post[5] refellere aggreditur.

XXIX.

Atque heic (liceat enim tantisper ab instituto digredi) malim hac eadem in re paulo æquius ipse decrevisset.

[1] Op. cit. Part. III, n. 1607, pag. 1755.
[2] Bolland. *Januar.* Tom. II, ad diem XXIII, pag. 536.
[3] Ibid pag. 537.
[4] *Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 521.
[5] Op. cit. n. 1608, pag. 1756-1757.

Argumentum e Cixilæ et Juliani silentio ductum vocat *imbecillum*, duasque silentii promit causas, opusculorum nempe brevitatem, et tempus quo scripta fuerunt, ante omnem scilicet de Virginis conceptu ortam quæstionem. Sic ille [1] : *Imbecillum est argumentum ex silentio ductum, eoque imbecillius, quo evidentius constat, tam Hildefonsi elogium, Juliano auctore, quam libellum de ejusdem vita, auctore Cixila, ea esse brevitate conscriptum, ut sanctissimi præsulis gesta attingantur potius quam enarrentur. Quid ergo mirum, quod silentio prematur institutio festi Conceptæ Deiparæ, præsertim cum ad illorum usque ætatem nulla de mysterio Conceptionis quæstio exarserit?*

Atqui quod de libellorum Juliani et Cixilæ brevitate ait, inde forte repetendum, quod ipse non satis attente has Vitas apud Mabillonium inspexerit. Cernere enim ibi erat, Cixilanis libellum [2] multo prolixiorem esse, quam ille sit, in quo institutio festi enarratur. Insuper si quis inspiciat Hildefonsi elogia vel a Vincentio Bellovacensi vel a Johanne Trithemio concinnata, ista vel brevi elogio per Julianum scripto breviora reperiet; et nihilominus institutionem festi, quam Julianus silet, in hisce brevioribus memoratam videmus. Non ergo in elogiorum brevitate causa silentii illius quærenda videtur.

Itidemque minus feliciter, ni fallor, silentii causam P. P. quærit in controversia de mysterio Conceptionis nondum tunc temporis exorta. Nonne enim ipse contendit, etiam biographiam illam, in qua fit mentio institutionis festi, vetustiorem exorta controversia habendam esse? Fateatur ergo oportet, etiam ante controversiæ exordia, causam aliquam affuisse cur festi institutio ab Hildefonsi

[1] Op. cit., pag. 1757.

[2] Apud Mabillon. *Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 517.

biographo narraretur. Nam secus jure concludendum foret, biographiam illam, quæ de instituto Conceptionis festo verba facit, post exortam controversiam fuisse conscriptam, tam sera nempe ætate, ut omne ad fidem faciendam robur ipsi plane deficiat. Porro si admittendum est, causam aliquam exstitisse, quæ ad scribendum de eo argumento impellere posset biographum; profecto ut cesset vis argumenti negativi, quod ex aliorum silentio profluit, ejusmodi fingatur ea causa oportet, quæ dumtaxat tertiæ illius Vitæ auctorem, non vero Julianum et Cixilanem ad egregium hoc Hildefonsi facinus memorandum permovere potuerit.

At enim quæ tandem ejusmodi causa fingi possit? Quæ enim scriptoribus gestorum Hildefonsi causa fuit, ut falsa opinione ducti institutionem festi in honorem Deiparæ inter ejus facta enarrarent, eadem nullaque ex parte minor Cixilani erat, ut illam referret, si vere institutio illa et ea ætate et Hildefonso auctore facta fuisset. Et sane quæ causa illos permoverit, in promptu est, et hanc ita legis in tertia ista Hildefonsi Vita[1]: *Episcopus vero* (post Virginis Deiparæ sibi sacram vestem tradentis visionem) *quanto gaudio, quanta devotione festum illud Dominæ nostræ celebraverit, quantumque deinceps in ejus servitio magis confortatus fuerit, nulla lingua promere, nullum cor facile valet explicare. Unde etiam festum Conceptionis S. Mariæ.... celebrari instituit, et ejus constitutione per totam Hispaniam solemniter colitur.* Perspicue igitur instituendi festi ratio exponitur: *Hildefonsi nempe fervens amor et devotio in Deiparam, studium ei deserviendi, eamque impense honorandi.* Hoc ipsum legis in quarto Miraculorum libro, qui tribus ab Hermanno monacho conscriptis

[1] Apud Mabillon. l. c. pag. 522.

adjectus fuit [1] : *Ille* (inquit) *cupiens eam altius honorare, constituit ut celebraretur solemnitas ejus singulis annis ante festivitatem Natalis Domini, ita videlicet, ut si solemnitas Annuntiationis Dominicæ* etc. Nec aliter Vincentius Bellovacensis [2] : *Volens autem Beatam Virginem altius honorare, constituit ut ejus solemnitas celebraretur singulis annis octavo die ante Natale Dominicum.* Eadem denique vides apud Trithemium [3] : *Ille vero cupiens eam altius honorare, constituit ut celebraretur solemnitas ejus singulis annis octavo die ante Natalem Domini.* E quibus tria hæc manifestissime elucent : 1° concordes esse scriptores in celebrando summo Hildefonsi studio Deiparam honorandi ; 2° iisdem unanimiter scriptoribus luculentissimum talis studii argumentum visum fuisse, quod Hildefonsus in Deiparæ gloriam festum instituerit ; 3° utut iidem pauca quædam tantummodo, ac brevissime de Hildefonso scripserint, duo hæc tamen, studium nempe augendi honoris Deiparæ, atque adeo festi institutionem, utpote quæ omnium splendidissima ac memoria dignissima Hildefonsi gesta viderentur, silentio prætermittenda nullatenus eos duxisse.

Et pro certo utique id habendum est, quod sæpius monuimus, ea omnia quæ ab iis narrantur de ejusmodi festivitate ab Hildefonso instituta, falsa omnino inniti opinione. Nam decretum de eo festo die octava ante Dominicam Nativitatem celebrando latum fuit in Synodo Toletana X anno 656 [4] ; Hildefonsus vero factus est Toletanus episcopus post Eugenium, qui mense Novembri sequentis anni

[1] Apud Mabillon. l. c. pag. 522, n. 11.

[2] *Specul. Historial.* lib. VII, cap. CXX.

[3] *De Script. Eccl.* cap. LV.

[4] Vid. *Acta Concilii Toletani X*, et *Episcoporum subscriptiones*, in quibus non Hildefonsum sed Eugenium reperies Toletanæ Ecclesiæ episcopum.

657 decessit; unde liquet, festum illud reipsa institutum antea fuisse, quam Hildefonsus episcopali sede potiretur. Verumtamen non minus illud manifestum est, imaginaria hæc gesta omnibus visa esse ejusmodi, quæ, utpote præcipua ac potissima, præ ceteris memoriæ prodenda essent.

Cum igitur res ita se habeant, curnam vero, quæso, Cixilanes præclara illa facinora parvi adeo pendisset, ut ne leviter quidem commemoranda duceret? Num dicemus, Cixilanem, animo ad alia Hildefonsi gesta intento, nihil de studio sancti episcopi erga Deiparam efferendo cogitasse? Atqui e converso diligenter adeo et studiose laudandam Hildefonsi erga sanctam Virginem pietatem ac devotionem suscepit, ut non modo *summum cordis ejus affectum, libellumque pro tuenda Dominæ suæ Virginitate* concinnatum commendet, sed narret præterea de *Missa*, quam Hildefonsus *perfecit, ut in ejus laude decantaretur*, et ne *musicam* quidem *harmoniam* taceat, quam S. episcopus in illius honorem composuit[1]. Ratio ergo, quæ alios

[1] Vid. *Vit. S. Hildef.* auctore Cixilan. n. 5, apud Mabillon. l. c. pag. 518, ubi de missa a S. Hildefonso composita hæc leguntur: *Superveniente vero die sanctæ et semper Virginis Mariæ, ante tres dies tribus diebus letanias peregit, et missam superscriptam* (Bollandiani in *Tract. hist. chron. de liturg. antiq. Hisp.* n. 157, pag. 27, init. Tom. VI Jul., putant cum Antonio Nicolao, forte legendum esse, *subterscriptam*) *quæ in ejus laude decantaretur, perfecit, quæ est septima.* Ex postremis autem hisce verbis inferre quidam voluerunt, septem a S. Hildefonso missas de Virgine Deipara conscriptas fuisse. Verum, prout animadvertit Antonius Nicolaus (*Biblioth. vet. Hisp.* lib. VI, cap. VI, n. 305, pag. 230), ac Bollandiani (l. c.) consentiunt, *huncne numerum* (sc. *septimum*) *habuerit in iis, quæ de B. Virgine, an in omnibus de aliis solemnitatibus ab eo formatis missis, non satis* (*Cixila*) *explicuit.* Posteriori autem sensu ea verba esse intelligenda, suaderi ex illis videtur, quæ idem Cixilanes scribit de aliis Missis ab Hildefonso compositis. Nam paragrapho prima ejusdem Vitæ, cum narrasset Hildefonsum præfectum fuisse Abbatem Ecclesiæ SS. Cosmæ et Damiani, quæ sita erat in suburbio Toletano, mox subdit (apud Mabillon. l. c. pag. 517): *Ubi statim in officio*

omnes ad enarrandam festi institutionem permovit, quin Cixilani defuerit, immo validior affuisse videtur. Cum itaque, omnibus perpensis, primo quidem nulla probabilis ratio silentii afferri queat, deinde vero graves subsint rationes, cur illa festi institutio præteriri silentio a Cixilane non posset, siquidem reipsa Ildefonsus ejusmodi festum aliquod instituisset; manifestum est, nequaquam per receptos artis criticæ canones licere, ut argumentum negativum, ductum scilicet a silentio eorum, qui, utpote ætati Hildefonsi viciniores, melius ac sincerius ejusdem gesta nosse potuere, hoc loco *imbecillum* appelletur.

clarus duas missas in laude ipsorum Dominorum, quas in festivitate ipsorum psallerent, miro modulationis modo perfecit : quas missas infra adnotatas habemus. Et rursus de missa S. Leocadiæ (ibid. n. 3) : *Et idipsum repetens clerus vehementer psallebat* Alleluia, *et canticum, quod ipse Domnus Ildefonsus nuper fecerat.* Speciosa facta es, Alleluia, et odor tuus ut balsamum non mistum, *et alia, quæ in ipsa missa subter adnotata in laude ejus deprompserat.* Porro vides utroque loco Cixilanem indigitare seriem missarum, quæ ipsi Vitæ subnexa fuisse ac missas tum SS. Cosmæ et Damiani, tum S. Leocadiæ continuisse videtur. Cum ergo Cixilanes etiam missam de B. Virgine dicat *subter scriptam* haberi, satis elucet, voces additas *quæ septima est,* ad illam eamdem seriem, non ad aliam, esse referendas.

Ceterum ne cui mirum videatur, quod suspicari quidam potuerint, ab Ildefonso conscriptas fuisse septem de B. Virgine missas, quando constat nedum olim, sed ne recentiori quidem ætate Mozarabes totidem festa de SS. Deipara celebrare solitos fuisse, is advertat oportet quod Antonius Nicolaus notat ex Jo. Baptista Perezio (Op. cit., lib. V, cap. VI, n. 304), alio scilicet sensu hoc nomen *missæ* usurpari, ac apud nos vulgo sonet. *Vocant autem* (inquit Perezius) *Mozarabes missas, non totum officium, sed quædam quasi præambula, sive adhortationes ad celebrandum tale officium.* Quibus verbis subdit Antonius Nicolaus : *Quæ missæ nominis acceptio adjungenda est iis quas doctissimus vir Joannes Bona S. R. E. Card. post alios collegit.* Et exinde facile intelliges, quomodo duas missas de SS. Cosma et Damiano, uti supra a Cixilane audivimus, Ildefonsus scripserit, cum tamen unica festivitate eorum memoria coleretur. Neque enim res postulabat, ut una tantum ejusmodi adhortatio seu hymnodia officio præiret.

XXX.

Sed spartam paulo intermissam jam resumamus. Hoc unum de tertia illa Hildefonsi Vita animadvertimus, sine causa tum in ejus tum in Martenii, qui ea usus est, patrocinium vocari Bollandianos[1]; quandoquidem neque ejusmodi Vita apud ipsos reperiatur, neque binæ aliæ, quæ apud illos leguntur, ullo pacto eidem suffragentur. Nunc itaque ad gravioris momenti quæstionem deveniendum, de auctoritate scilicet istius monumenti, cui tota Martenii res nititur, disquirendum est.

In Præfatione seu Prologo, qui tertiæ isti Vitæ a Mabillonio primum editæ præfixus est, hæc inter alia de ejusdem auctore præmittuntur[2]: *Ut vero sciretur cujus auctoritatis idem Hildefonsus fuerit, etiam Vitam ejus simul detulit*[3], *editam a successore ejus Juliano Toletanæ Sedis episcopo*. Manifestum ergo est, Vitam illam hcic proponi nobis ceu Juliani Toletani opusculum. At vero Hildefonsi Vitam Juliano Toletano adscriptam jam aliam habebamus, eamque plures jam et quidem accuratissime vetustorum codicum ope emendatam ac perpolitam ediderant, et quibus satis sit nunc et Bollandianos[4], et editores Patrum Toletanorum[5], et ipsum quoque Mabillonium[6] commemorasse. Neque vero nova illa Vita, quam tertio loco Mabillonius refert, et quam P. P. *accuratiorem*[7] appellat, emendatior

[1] Sup. n. XXVII.

[2] Apud Mabillon. l. c. pag. 520–521, n. 7.

[3] Sermo est de Godescalco Anicii in Gallia Episcopo, qui sæculo X peregrinatus per Hispaniam fertur.

[4] Tom. II Januar. ad diem XXIII, pag. 557.

[5] Tom. I, pag. 94.

[6] L. c. pag. 516.

[7] Vid. sup. n. XXVII. Ut P. P. Hildefonsi Vitam *accuratius* diceret a Ma-

quædam est prioris editio, neque prior illa est quædam novæ istius epitome; sed binæ sunt biographiæ plane inter se diversæ; idque Mabillonius quoque diserte monuit, ejusmodi notula ad marginem adjecta[1]: *Differt a Juliano, ut ex collatione patet.* Alterutrum ergo dicendum est: aut Julianum binas beati Hildefonsi Vitas plane diversas conscripsisse, aut falso earum alterutram Juliano affictam fuisse. Porro binas Hildefonsi Vitas fuisse a Juliano exaratas nemo suspicatus est unquam; manifesta insuper styli diversitas per sese clamat, non unum eumdemque esse utriusque Vitæ auctorem. Restat ergo, ut alterutra spurium opus sit, Juliano Toletano perperam adscriptum. Sed rursus utra earum genuinus Juliani fœtus, utra sit adulterinus, adeo ambigendum non est, ut et ipse demum Mabillonius fateri coactus fuerit, tertiam illam Hildefonsi Vitam posteriore ætate exaratam fuisse. Sic enim ipse de hac re[2]: *Si auctori*, inquit, *credimus, qui ejus* (Hildefonsi) *gesta litteris mandavit ante annos septingentos* etc. Septingentis autem annis a Mabillonio si ascendamus, ad ætatem Juliano Toletano posteriorem, ut patet, devenimus.

Hoc ergo jam certe tenemus, Vitam Hildefonsi, e qua Martenius aliique nonnulli vestigiis ejus insistentes contenderunt, legem festi Conceptæ Deiparæ celebrandi ei-

billonio editam quam a Bollandianis, forte ea effecerunt, quæ Mabillonius in observationibus prævis ad Hildefonsi Vitam adnotaverat. Hæc enim scripserat (*Act. SS. O. B.* Sæc. II, pag. 515, n. 1): *Bollandianam editionem cum Regio exemplari contulit rogatu nostro vir humanissimus juxta et doctissimus Stephanus Baluzius..., multisque in locis, prout eam hìc subjicimus, emendavit.* At si quis integram illam legat paragraphum, facile perspiciet, id Mabillonium utique de binis biographiis, quæ Julianum et Cixilanem auctores habent, affirmasse, non autem de hac tertia; quæ profecto non in Regio aliquo Codice, sed in Codice Corbeiensi, ut Mabillonius ipse testatur (ibid. pag. 520, n. 6), reperta est.

[1] L. c. pag. 521.

[2] In not. 139 ad Bernardi Epist. CLXXIV. col LIX.

dem Hildefonso auctori deberi, nihil esse aliud quam opus spurium, opus Juliani Toletani nomen falso affictum gerens, opus incerti auctoris, incertæque ætatis[1], opus denique, quod per se, videlicet quando agatur de factis recipiendis ideo tantum quia inibi narrantur ac solum propter scribentis auctoritatem, omni ad faciendam fidem robore destituitur.

XXXI.

Persensit id deinceps et Mabillonius; quocirca in prolixioribus suis ad S. Bernardum notis[2] de antiquitate cultus Conceptæ Deiparæ disserens, primo quidem advertit, uti vidimus, *Conceptionis* nomine in vetustis Kalendariis indicatam fuisse etiam *Annuntiationem*[3]; quo tacite innuit, se nuntium jam remisisse argumento, quod olim[4] ex Ervigii lege pro ea opinione desumi posse putaverat: deinde vero memorat quidem, quæ de institutione festi Conceptionis leguntur in spuria illa Vita; sed de fide hujus narrationis se trepidare palam facit, atque insuper non dissimulat, trepidandi adesse rationem tum ex Cixilanis silentio, tum ex eo quoque, quod alii eruditi viri non *Conceptionis festum, quo ipsa concepta sit*, sed festum *Annuntiationis* institutum ab Hildefonso perhibeant. Juverit ipsum audivisse: *Quamquam*, inquit[5], *S. Hildefon-*

[1] Paulo ante a Mabillonio audivimus, eam Vitam septingentis annis vetustiorem existimandam; idque eruditus vir affirmavit, quia sibi visus est deprehendisse, idem opusculum jam inde a sæculo decimo notum, immo et in Gallias ex Hispaniis asportatum fuisse. At inferius patebit, hanc opinionem nulli solido fundamento inniti.

[2] Not. 139 ad Epist. CLXXIV, col. LXI.

[3] Vid. supr. n. XVIII.

[4] In not. ad Sæc. II *Act. SS. O. B.* pag. 1095.

[5] Not. 139 ad S. Bernard. Epist. col. LXI.

sus Toletanus episcopus festum Conceptionis sanctæ Mariæ, quo scilicet ipsa concepta est, celebrari constituit, si auctori credimus, qui ejus gesta litteris mandavit ante annos septingentos, Julianus dictus[1], *et ejus constitutione per totam Hispaniam, inquit, colitur VI Idus Decembris; attamen nulla ejus festi mentio in libello Zixilanis episcopi Toletani de Vita Hildefonsi : qui auctor fuisse ab aliis dicitur, ut festum Annuntiationis mense Decembri coleretur, approbante Concilio Toletano X in canone I*[2]. Hinc, quod scite animadversum video etiam ab egregio Præceptore meo P. Johanne Perrone[3], Mabillonius demum eo se recipit, ut saltem sæculo X Conceptionis festum in Hispania usu receptum fuisse affirmet. *Sed tamen*, inquit[4], *quin Conceptio sæculo X, quo libellus sub nomine Juliani de gestis Hildefonsi ex Hispania in urbem Anicium est allatus, apud Hispanias celebrata sit, in dubium vix revocari potest.* Quasi nempe diceret : utut nutet fides libelli, dum narrat hoc festum ab Hildefonso institutum, tamen cum sæculo X a Godescalco episcopo idem libellus allatus ex Hispania fuerit, videtur idcirco affirmari posse

[1] Putaverim, Mabillonium hoc loco voluisse tantummodo significare, quodnam nomen falso præfixum illi Vitæ fuerit, non autem affirmare, eamdem cuipiam *Juliano* auctori esse tribuendam. Unde enim hoc constaret? Profecto si ex falsa illa inscriptione id arguas, eodem plane jure alius concluderet, homilias omnes, quæ v. g. S. Augustino vel S. Athanasio falso adscriptæ fuerunt, alicui aut Augustino aut Athanasio auctori esse vindicandas.

[2] Jam monuimus, Concilium Toletanum, in quo decretum est de festo Annuntiationis Deiparæ celebrando, habitum fuisse antequam Hildefonsus sedem Toletanam obtinuisset. Mabillonius tamen ne hoc quidem loco falsam opinionem exuisse videtur, quam expresserat etiam in notula apposita ad Hildefonsi Vitam hisce verbis (*Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 521) : *Hildefonsus* (*festum Annuntiationis*) *octo diebus ante Nativitatem* (*Domini*) *celebrari præcepit.*

[3] *De Immac. Vir. Concept.* cap. XII, pag. 75, not. 1, Edit. Rom. 1847.

[4] In not. ad S. Bernard. l. c.

per hoc saltem tempus in Hispaniis hujus celebrandi festi morem jam receptum fuisse.

XXXII.

Verum utut tantisper referendum pedem Mabillonius duxerit, non sic tamen P. P., qui plane dextere ad vindicandam spuriæ illius Vitæ antiquitatem detorquet illa argumenta, quibus Mabillonius cultum Conceptæ Deiparæ in Hispaniis saltem ad decimum sæculum referre satagebat.

Quæ argumenta, ut paucis ea exhibeam, eruuntur ex brevi prologo, qui, uti dictum est, spuriæ illi Vitæ præmittitur, estque hujusmodi[1] : *Libellum sancti Hildefonsi Toletanæ civitatis archiepiscopi, quem composuit de Virginitate sanctæ Mariæ contra Judæos nec non Jovinianum et Helvidium hostes catholicæ fidei, rescriptum transtulit ab Hispania Godescalcus Aquitaniæ episcopus cum iret in Galliciam orandi gratia ad sanctum Jacobum apostolum. Ut vero sciretur, cujus auctoritatis idem Hildefonsus fuerit, etiam vitam ejus simul detulit editam a successore ejus Juliano Toletanæ sedis episcopo, qui scripsit Prognosticon utilem valde et luculentum de resurrectione mortuorum.*

Quibus P. P. ista subjicit[2] : *Atqui Godescalcus librum Hildefonsi de Virginitate beatæ Mariæ una cum illius Vita ex Hispania in Galliam atque in urbem Anicium transtulit anno* 951, *quemadmodum idoneis ad faciendam fidem testimoniis Mabillonius ostendit, iisque confirmatur, quæ Nicolaus Antonius docet. Vita igitur Hildefonsi, qua institutum ab ipso Deiparæ festum narratur, antiquitate*

[1] Apud Mabillon. *Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 520, n. 7.

[2] *De Immac. Deipar. Concept.* Part. III, n. 1607, pag. 1756.

insignis est, neque omnino indigna, cui assensio deferatur. Sic ille.

XXXIII.

Ego vero suspicor, non defuturos forte qui stupeant, ad fidem spurio opusculo faciendam testem adhiberi hoc idem opus spurium, et quidem testimonium peti ex illo prologo, qui dum ejusdem spuriæ Vitæ auctorem esse Julianum Hildefonsi in Toletana Sede successorem tradit, manifestissime se falsum testem omnibus probat.

Verum id missum nunc fiat; cumque falsis vera quædam permisceri interdum possint, duo inquiremus : 1. an exploratum sit, Godescalcum aliquam Hildefonsi Vitam ex Hispania attulisse; 2. an, si aliquam attulisse dicendus sit, spuriumne illud opus, de quo nobis est quæstio, an vero quidpiam aliud ab hoc plane diversum in Gallias asportaverit.

XXXIV.

Ratum itaque habebimus, Godescalcum Anicii seu Podii (nunc *Puy*) in Aquitania Episcopum medio decimo sæculo semet in Galliciam orandi gratia contulisse; ratum habebimus, Godescalcum ex Hispania in Gallias libellum Hildefonsi de Virginitate sanctæ Mariæ asportasse. Exstat enim quidam ejusdem libelli prologus et quidem eidem Godescalco inscriptus, in quo Gomesanus quidam, Ildensis Archisterii in finibus Pampeloniæ Abbas, non solum hæc diserte testatur, sed præterea addit, suis se manibus eum libellum descripsisse. Nulla autem subest causa, cur fidem in dubium vocemus hujus prologi, quem e vetustis codicibus in lucem ediderunt non modo Maurini Galliæ Chri-

stianæ Scriptores [1], ac Mabillonius [2], sed et longe ante eos Abbas Constantinus e nobili Caietanorum familia in opusculo Romæ an. 1606 vulgato cum titulo : *Sanctorum trium episcoporum Religionis Benedictinæ luminum, Isidori Hispalensis, Hildefonsi Toletani, Gregorii Card. Ostiensis Vitæ et Actiones* [3].

Verum ex hoc ipso Gomesani prologo haud leve dubium exoritur, an reapse simul cum libello *de Virginitate sanctæ Mariæ* etiam Hildefonsi Vitam Godescalcus receperit. Abbas enim Gomesanus mentionem utique facit libelli *de Virginitate;* at de Hildefonsi Vita prorsus silet, et quidem in eo orationis contextu silet, qui per se utrumque commemorari plane postulabat. Ita siquidem se prologus iste habet : *Ego quidem Gomesanus, licet indignus, Presbyterii tamen ordine functus, in finibus Pampeloniæ Abba Ildense in Archisterio* [4], *infra atria sacra ferens* [5] *reliquias sancti ac beatissimi Martini Episcopi, regulariter degens sub regimine Patris almi, videlicet Dalquinti* [6] *Abbatis, inter agmina Christi servorum, ducentorum fere monachorum, compulsus a Gothiscalco Episcopo, qui gratia orandi egressus e partibus Aquitaniæ, devotione promptissima, magno comitatu fultus, ad finem Galliciæ pergebat concitus, Dei misericordiam, sanctique Jacobi Apostoli suffragium* [7] *humiliter imploraturus, libenter conscripsi libellum a Beato Hildefonso, Toletanæ Sedis episcopo, dudum luculentissime editum : in quo continetur de laude Virginitatis san-*

[1] *Gall. Christ.* Tom. II, *Instrum.* pag. 222.
[2] *Act. SS. O. B.* Sæc. III, part. I, pag. 477.
[3] Pag. 141. Codex tamen a Caietano editus multis scatet mendis.
[4] In edit. Caietani, *Abbas Ildensis Archisterii.*
[5] Edit. Caietan. *in antro sacro ferente reliquias.*
[6] Caiet. et Gall. Christ. Scriptt. *Dulquitti.*
[7] Apud Mabillon. *Dei misericordia S. Jacobi Apostoli suffragia.*

etæ Mariæ perpetuæ Virginis, Jesu Christi Domini nostri Genitricis[1]. Et nonnullis ejusdem libelli laudibus additis subjicit : *Unde æstimo incunctanter, ut pari gloria ditetur a Christo Pontifex Gothiscalcus, quo hanc laudem Genitricis Domini nunc Aquitaniæ sanctæ Mariæ Annicio in propriam sedem specialiter advexit : sicut Hildefonsus Episcopus, qui eam universæ Ecclesiæ catholicæ dudum generaliter tradidit; quia etsi materia defuit laboris, æquiparatur tamen sacra devotio retributione mercedis.... Transtulit hunc libellum sanctissimus Gothiscalcus Episcopus ex Hispania ad Aquitaniam tempore hyemis, diebus cœptis Januarii mensis, currente feliciter Æra DCCCCLXXXIX.... Ipsis diebus igitur obiit Gallicianensis Rex Ranimirus.*

Cum ergo Gomesanus minutiora quæque adnotet, et tum quid Godescalcus petierit, tum quid ipse descripserit, tum rursus quid Godescalcus acceperit, diligenter commemoret, et insuper hæc omnia pompa quadam, styloque turgido et effuso describat; sane ab omni specie

[1] Nicolaus Antonius (Lib. V *Bibliothecæ Veteris Hispanæ*, cap. VI, n. 289, pag. 288) apud Caietanum Constantinum legerat Gomesani prologum, et ex eo sic evincit, opusculum *de Virginitate S. Mariæ* auctorem habere S. Hildefonsum : *Liber quo usus fuit Caietanus, perantiquo eo, manuque exarato, non sine exscriptoris nomine consignatus venit ad posteros. Exstat enim ad calcem adnotatio, ut jam indicavimus, prolixior ea quam ut hîc integra referatur, sed quæ id continet, Gomesanum Abbatem Ildensem rogatu Gotthiscalci Episcopi illac (in finibus Pampiloniæ, ut jam diximus) ex Aquitania in Gallæciam invisendi Sancti Jacobi corporis gratia transeuntis conscripsisse hunc libellum; eumdem vero episcopum transtulisse eum ex Hispania in Aquitaniam erâ CMLXXIIX (sive anno CMLI) tempore hyemis, diebus cœptis Januarii mensis, quibus ipsis diebus obiit Gallicanensis Rex Ranimirus. Hæc fere Gomesani notula.* Hæc describenda ideo censui, quia P. P. (sup. n. XXXI) ut antiquitatem evincat spuriæ illius Vitæ S. Hildefonsi, eamque ab Hispaniis asportatam in Gallias confirmet, etiam Nicolaum Antonium testem appellat. Porro Nicolaus, uti patet, utique de opusculo adversus hostes Virginitatis Deiparæ sermonem instituit; sed de Vita S. Hildefonsi reipsa nullum verbum facit.

veri abhorret, voluisse eum silentio hoc unum premere, sese nempe simul cum Hildefonsi libello etiam ejusdem beati Episcopi Vitam ac gesta, Godescalco petente, exarasse, illique tradidisse : proindeque merito ex hujusmodi silentio licet inferre, Godescalcum ex Hispania utique Hildefonsi libellum secum detulisse, Vitam autem Hildefonsi nullo modo.

XXXV.

Neque vero præsto est firma quæpiam ratio, quæ ab hac nos opinione deterreat. Duo enim omnino sunt, e quibus confici posset, etiam Hildefonsi Vitam ex Hispania a Godescalco advectam fuisse : videlicet 1. quod spurii illius opusculi prologus id testetur; 2. quod Mabillonius codicem manuscriptum viderit, in quo Gomesani prologo Vita S. Hildefonsi subjiciebatur [1].

At vero 1. prologus ille ita jam prodidit se falsi testimonii reum, ut nulla ipsi inesse possit auctoritas; 2. quod Gomesani prologo in quopiam codice subjecta cernatur Vita S. Hildefonsi, est argumentum plane æquivocum; fatetur enim Mabillonius [2], codice illo non jam exemplar ipsum Godescalci contineri, sed ejusdem *apographum;* at vero quodnam demum suppetit indicium, quo dijudicari queat, exscriptane ea omnia sint e Godescalci exemplari, an vero Hildefonsi Vita fuerit ex alio fonte deducta et utcumque adsuta? Id sane innotescere ex ipso codice nullatenus potest. Aliunde vero ex Gomesani prologo satis licet dignoscere, Godescalcum nihil aliud ex Hispania asportasse, quam Hildefonsi *de Virginitate Sanctæ Mariæ*

[1] *Acta SS. O. B.* Sæc. III, part. I, pag. 477.
[2] Ibid.

libellum. Merito ergo concludi potest, opinionem de Vita S. Hildefonsi a Godescalco ex Hispania in Aquitaniam delata nulli inniti argumento, atque idcirco nullam sibi vindicare fidem [1]; quin et Gomesani eloquentissimo silentio explodi.

XXXVI.

Verum hæc eatenus tantummodo dicta fuerint, ut sua gestis veritas constet; nam ceterum nihil reapse opus est, ut his tenacius insistamus. Indulgenter ergo quin et liberaliter agentes demus, Godescalcum Anicii episcopum ex Hispania in Gallias S. Hildefonsi vitam detulisse : demus et illud, quod Mabillonius sibi assumit [2], codicem a se visum habendum esse ceu apographum ex codice Godescalci deductum.

Atqui ista omnia quin causæ spurii illius opusculi seu Vitæ S. Hildefonsi minimum prodesse queant, obstant ipsi quam maxime, et manifeste id evincunt, quod contendimus, biographiam istam nullo alio nisi adulterini operis loco habendam esse. Neque vero multis est opus, ut id evincatur. Satis enim fuerit illud heic subjecisse, quod ea de re candide scripsit Mabillonius [3] : *Quoniam Godescalci*,

[1] Mirum omnino videri debet, quot commentis locum dederit historia hæc Godescalci, qui codices ab Hispania asportaverit. Sic *Franciscus Feuardentius* (utar enim verbis Editorum PP. Toletanorum Tom. I, pag. 350), *nobilis Theologus Parisiensis e Fratr. Minorum familia, ex antiquo codice MS., quem a Gotiscalco inter Aquitanos Episcopo ex Hispaniis asportatum scribit, una cum libro* de Virginitate perpetua sanctæ Mariæ *et altero libello* De Parturitione *superius excusso sermones duodecim sub nomine S. Doctoris* (*Hildefonsi*) *evulgavit.* Godescalci igitur historiæ illud etiam debemus, quod Paschasii Ratberti opus *de Partu Virginis* facilius S. Hildefonso fuerit attributum.

[2] Loc. cit.

[3] Ibid.

inquit, *mentio, sese offert, huc adscribam quæ de eo legi in quodam manuscripto codice Carolilocensi diœcesis Silvanectensis in hæc verba.* Et continuo totum Gomesani prologum, de quo supra, refert; quo descripto, pergit : *Deinde sequitur in eo apographo, quod sine dubio excerptum est ex Godescalci exemplari, Vita S. Hildefonsi per Julianum, hoc exordio :* Julianus loquitur episcopus. Hildefonsus memoria sui temporis clarus, etc., *ut eam edidimus sæculo nostro secundo ad annum* 667; *cui Vitæ subjicitur liber Hildefonsi de Virginitate Beatæ Mariæ, præmissis titulo et initio in hunc modum :* Incipit confessio Hildefonsi. Deus, lumen verum, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, etc., *eodem prorsus ordine et modo, quo nostra hoc de opusculo censura procedit loco jam citato.*

Ita quidem Mabillonius; cujus plane diligentiæ debemus, quod dilucidissime præsens controversia solvi possit. Nam quod ad *S. Hildefonsi Vitam* spectat, cum accuratissime hujus tum titulum tum initium ipse describat; nullo jam negotio, si facilis quædam comparatio instituatur, cognoscere licet, spuriumne illud opus, de quo sermo, an aliud quidpiam ex Hispania advectum a Godescalco fuerit. Age igitur, jam ista fiat comparatio. Vitæ itaque *titulus* in Carolilocensi Codice, in eo scilicet, quem ex Godescalci exemplari excerptum Mabillonius contendit, est hujusmodi : *Julianus loquitur episcopus;* in spurio vero opusculo [1] *titulum* sic legimus : *Incipit Vita S. Hildefonsi Toletani episcopi.* Rursus in Carolilocensi codice hoc ponitur Vitæ initium, *Hildefonsus memoria sui temporis clarus*, etc.; in spurio vero opere hoc habes : *Beatus Hildefonsus Toletana civitate ex nobilissima prosapia ortus*, etc.

[1] Apud Mabillon. *Act. SS. O. B.* Sæc. II, pag. 521.

Evidens ergo est, et titulos et initia plane differre, atque adeo spurium illud opus cum Vita, quam in Godescalci codice exstitisse vult Mabillonius, nihil habere commune. Contra vero si et *titulum* et *initium* Vitæ Hildefonsi, prouti in Codice Carolilocensi exhibentur, conferas cum *titulo* et *initio* genuinæ Vitæ S. Hildefonsi, quam ut alias diximus, et idem Mabillonius præmiserat [1], et ante ipsum ediderant Bollandiani [2], atque, ut alios plures omittam, rursus accurate vulgarunt Editores PP. Toletanorum [3], plane inter se consentire cernes, non secus ac a spurio illo opere plane discrepare vidimus.

Sed iterum hoc discrimen se prodit etiam in S. Hildefonsi libello *de Virginitate sanctæ Mariæ*. Nam in Codice Carolilocensi hic titulus et prologus ei præmittitur : *Incipit Confessio Hildefonsi. Deus, lumen verum, qui illuminas omnem hominem*, etc. Exemplar vero, quod spuriæ Vitæ conjungitur (utar verbis Mabillonii [4]), *incipit hoc modo : Domina mea, Dominatrix mea*, etc., *omisso prologo*. Præterea Hildefonsi opus spuriæ Vitæ subjectum *in tres libros*, ut Mabillonius testatur [5], *divisum est;* quam divisionem Carolilocensis Codex, quem idem Mabillonius exscriptum ex Godescalci exemplari dicit, nullo modo præfert.

Ergo si qua Hildefonsi Vita ex Hispania in Gallias a Godescalco delata dici debet, ea quidem non illa ipsa dicenda est, quæ spurio opusculo, de quo agimus, continetur ; sed ea potius, quæ tanquam genuinum Juliani opus a Bollandianis edita est, et in qua ne verbum quidem de festivitate

[1] *Act. SS. O. B.* Sæc. II, pag. 516.
[2] Januar. Tom. II, pag. 557.
[3] Tom. I, pag. 94.
[4] *Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 522, n. 9.
[5] Ibid.

ab Hildefonso instituta legitur; proindeque ex qualicumque hac historia de Godescalco Vitam S. Hildefonsi ex Hispaniis deferente neque præsidium Mabillonius habet ad asserendam Cultus Conceptæ Deiparæ in Hispaniis a decimo usque sæculo vetustatem, neque argumenta haurire P. P. potuit, ad antiquitatem spurii illius opusculi vindicandam.

Quæ omnia quod neque Mabillonius, qui cuncta hæc monumenta ipse vulgaverat, neque P. P., qui ea omnia diligenter allegat, ullatenus viderint, proindeque non adverterint, sententiam, quam defendebant, ex iis non modo non confirmari, sed manifestæ argui falsitatis, id sane mirum videri debet; sed nihilominus cum adeo perspicua sint, vocari in dubium nulla ratione possunt.

XXXVII.

Ne quis vero vel minimus ambigendi locus circa præsentem quæstionis partem supersit, atque ut plane evidenter eluceat, 1. quam nulla fides sit historiæ, quæ spurium illud opus ex Hispania delatum in Gallias perhibet, 2. quam perperam spurio illi operi ulla addatur ex vetustate auctoritas, quasi sæculo decimo ex Hispania fuerit advectum, et 3. denique quam longe a vero abhorreat, per sæculum decimum in Hispania Deiparæ Conceptæ cultum viguisse; instrumentum heic juverit protulisse, quo vel uno tria ista manifeste falsa ostenduntur.

Eo autem opportunius hoc monumentum accidit, quod illud quin dubiæ fidei videri possit, notissimum immo sit ac probatissimum, atque ejusmodi ut illud paulo post et describat, et laudet et pro solidissimo habeat ipse P. P.; tum etiam quia agitur in eo de illa Hispaniarum parte, quæ maxime ad præsentem controversiam spectat. Gome-

sanus enim diserte tradit[1], monasterium Ildense, in quo scripsit pro Godescalco episcopo quæcumque demum scripsit, in finibus Pampelonis exstitisse. Pampelon autem, seu, ut Gomesanus habet, Pampilonia caput est, ut omnes norunt, illius in Hispania Provinciæ, cui nomen *Navarra*. Quocirca si vera sunt quæ in spurio illo opusculo de institutione et propagatione festi Conceptæ Deiparæ enarrantur, et si vere e Pampelonensibus finibus Godescalcus sæculo X illud detulit, jam in Provincia Navarræ non modo Godescalci ætate per decimum sæculum Conceptionis B. Mariæ cultum viguisse constaret, sed insuper necessario concludendum foret, eumdem cultum jam inde ab Hildefonsi ætate fuisse ibi receptum. Navarram enim ad Gothorum Hispanum regnum pertinuisse, et in ecclesiasticis Hispaniæ Provinciis fuisse adnumeratam, res est compertissima[2]. Præterea inferri ex eadem Vita posset ac deberet, quæcumque ibidem de hujus cultus institutione narrantur, ea penes Navarræ incolas certa fuisse atque explorata.

Contra vero quid tandem de regno Navarræ certa, quæ ad manus habemus, monumenta produnt? Hoc nobis edicit ipse P. P.; qui cum ex veterum testimoniis de festo Conceptionis Deiparæ apud Anglos affirmasset[3], *nihil esse manifestius, quam ipsa Anselmi ætate hoc idem festum fuisse Anglorum usu receptum*, dein de eodem cultu ex Anglia in Navarram propagato hæc addit[4]: *Porro quod iis usuvenit, quæ cum præceptis animo sententiis consentanea, vix dum semet exserunt, latissime propagantur*[5], *festum Con-*

[1] Vid. sup. n. XXXIII.

[2] Vid. *Mariana de Reb. Hispan.* lib. VI, cap. XV, ubi enumerantur Hispaniæ Gothis subjectæ Episcopatus.

[3] *De Immac. Deip. Concept.* Part. III, n. 1613, pag. 1765.

[4] Ibid. n. 1614.

[5] Si recte ista affirmantur, non ergo velut inanis aut improbabilis contemn

ceptæ Deiparæ incredibili quadam populorum conspiratione Navarram, Galliam.... celerrime occuparit.

Ergo præclarissimus quoque P. P. non admittit modo, sed insuper contendit, in Navarram Deiparæ Conceptæ festum propagatum ex Anglia fuisse, idque Anselmi, ut

debuit eorum argumentandi ratio, qui fabulam de instituta et per Hispaniam propagata a S. Ildefonso Conceptæ Deiparæ festivitate, ex eo etiam falsitatis convincebant, quod incredibile videretur, non modo ipsum ritum, verum etiam ejusdem famam ad alias gentes per tot sæculorum decursum nullatenus dimanasse. Dixi, *si recte ista affirmantur;* nam ut nunc præteream quæ de Cremonensi Ecclesia alias adnotavi, pro certo tenemus omnes, sæculo IX in Neapolitana Ecclesia hoc festum agi consuevisse; attamen festi celerrime et latissime a Neapolitana ad alias Italiæ Ecclesias propagati nullum vestigium apparet. Ergo ne committamus, ut ex nulla festi propagatione quispiam concludat, festum illud in Italia non fuisse *præceptis animo sententiis consentaneum*, res ita temperanda videtur, ut celerrima ac latissima festi alicujus propagatio utique tanquam sententiæ animo præceptæ indicium, non vero tanquam consectarium habeatur; adeo ut ex festo celerrime propagato inferri quidem possit consona populorum sententia, non autem e converso hoc consonæ sententiæ ceu proprium haberi, ut festa celerrime et latissime propagentur.

Ratio vero est, quia etsi Ecclesiæ in alicujus mysterii fide prorsus concordes sint, dissidere tamen de opportunitate ejusdem mysterii peculiari festo celebrandi possunt. Hinc fit ut etiam nunc (quod oculis nostris ipsi videmus) quædam mysteria Deiparæ vel etiam Servatoris nostri Christi Domini peculiari solemnitate alicubi recolantur, alibi autem nullo modo. Et plane huc faciunt, quæ apud Pothonem Prumiensem de novis solemnitatibus non inducendis sic legimus (*De statu domus Dei* lib. III in fin. *Bibl. PP. Lugd.* tom. XXI, p. 502) : *Miramur ergo satis, quid visum fuerit hoc tempore* (floruit medio sæculo XII) *quibusdam monasteriis mutare colorem optimum, novas quasdam inducendo celebritates. Numquid patribus doctiores aut devotiores sumus? Superba mente præsumimus, quidquid ipsorum in talibus prudentia præterivit. Neque vero nos in hujusmodi aliquid invenire possumus, quod illorum quiverit diligentiam præteriisse.* At enim numquid ex mente Pothonis *præsumptio superba* in eo erat, quod simul cum novis festis novæ inducerentur sententiæ? Minime sane; inter ea enim festa cernere est etiam illud, quo SS. Trinitatis mysterium recolitur. Nam ita pergit : *Quæ igitur ratio hæc festa celebranda nobis induxit? Festum videlicet sanctæ Trinitatis, festum Transfigurationis Domini? Additur his a quibusdam, quod magis absurdum videtur, festum quoque Conce-*

citius dicamus, ætate contigisse. Quod vero affirmat, id testimonio communit luculentissimo, quod ex Vita S. Veremundi, Abbatis Hyrachensis in Navarra monasterii, a Bollandianis[1] descripta petitur. *Et de Navarræ quidem regno* (inquit ipse P. P.) *nihil iis præclarius, quæ in Collectaneis de vita et veneratione sancti Veremundi, qui circa annum MLXXXV fuit abbas Hyrachensis, memorantur.*

Et reipsa nihil præclarius in rem nostram afferri poterat. Quippe in hoc monumento clarissime indicatur, Deiparæ Conceptæ festum post mortem dumtaxat S. Abbatis Veremundi in regno Navarræ celebrari cœpisse. Nam ubi agitur de ejusdem Veremundi in Deiparam pietate, et de quadam Beatissimæ Virginis imagine a multis retro sæcu-

ptionis sanctæ Mariæ. Nos in his omnibus devotioni fidelium minime derogamus, dum rationem quærimus, qua rationabile obsequium nostrum offerre Domino debemus, ne forte a via recta deviantes, præsumptionis spiritu seducamur.

Ratio itaque, quam Potho quærendam dicit, non ad mysteriorum veritatem, sed ad quæstionem pertinet, an limites in celebrandis festis a Patribus constitutos transilire par esset. Ipse autem, ut patet, cum iis stabat, qui a novis admittendis festis abhorrentes proclamabant, eam servandam esse hac in re mensuram, quam a Patribus accepissent. Adversus eos autem, qui aliter sentiebant, inculcabat (l. c. pag. 500), *præsumptuosum esse quibuslibet prælatis veterum statuta immutare, nova instituere, cum solum id Apostolicæ Sedis dispensationi concessum sit, ut pro temporis necessitate vel pro utilitate Ecclesiæ aliquid de institutis Patrum commutare possit.* De Ecclesia vero Romana subdit (ibid.): *Sciendum sane, quod Romani Pontifices semper magis antiqua exsequi et observare, quam nova instituere, nisi aliqua rationabilis causa perurgeret, consueverunt.*

E quibus perspicue confirmatur, causas subesse posse, cur festum, quod alicubi celebratur, ad alias ecclesias non propagetur, licet de illo mysterio par omnium atque una sit sententia; festorum autem propagationem potiusquam a concordi de mysterio sententia, a superna providentia Dei repetendam esse, quæ efficaciter simul et suaviter ista quoque in pondere, numero et mensura disponere consuevit.

[1] Titulum habet: *Collectanea de Vita et veneratione* (S. *Veremundi*) *fideliter desumpta ex archivio ac veteribus monumentis ejusdem monasterii ac Missali et Breviario antiquo Ordinis.* Martii Tom. I ad diem VIII, pag. 795.

lis celeberrima, hæc, quæ et P. P. refert, ibidem leguntur [1] : *Coram hac ergo imagine Veremundus devotionis igne ardebat, et non ita multo post ejus obitum in eodem monasterio festivitas Conceptionis Immaculatæ celebrata est octavo die Decembris. Nam non multo post mortem ejusdem Sancti constat ex antiquissima scriptura, characteribus Gothicis exarata, diem illum solemniter quotannis celebrari solitum in toto Navarræ regno.* Quando autem mors ejusdem Veremundi contigerit, sic eadem Acta edicunt [2] : *Tandemque peractis prælaturæ quadraginta et amplius annis, ac prophetico spiritu clarus, migravit ad Dominum Æra Cæsaris millesimo centesimo trigesimo* (sic), *quæ respondet anno Christi millesimo nonagesimo secundo.*

Exploratum ergo est, in Navarræ regno Conceptionis festum agi solummodo post annum 1092 cœpisse, ritumque ejusmodi per illud tempus ex Anglia in Navarram fuisse delatum. Ergo, uti patet, ad inanes opiniones rejiciendum, quod sæculo decimo ejusmodi cultus in Navarra obtineret; et idcirco ad inanes opiniones rejiciendum est, quod quispiam medio sæculo decimo in Navarra crederet, ac porro scriberet, Conceptæ Deiparæ festum a S. Hildefonso fuisse institutum ac lege data per Hispaniam universam propagatum [3]; ac denique ad inanes opiniones

[1] *Collect. de Vita* etc., cap. I, n. 6, apud Bolland. l. c. p. 796.

[2] Ibid. n. 9, pag. 797.

[3] Portentosam plane dixeris et eam, quæ cepit M. Antonium Gravois, oblivionem sui. Vix enim ex Martenio et Mabillonio illa exscripserat, quæ suadere poterant, festum Conceptionis in Hispaniis a S. Hildefonso fuisse institutum ac late per totam Hispaniam propagatum, aut saltem ibidem a decimo sæculo obtinuisse, eadem prorsus pagella (*De Ort. et Progress. festi et cultus Immac. Concept.* pag. 41) continuo ex Vita S. Veremundi ea addit, quæ evincunt, ineunte demum sæculo XII hoc festum in Navarræ regno celebrari cœpisse. Numquid enim Navarræ regnum ad Hispanias non pertinet, aut viguisse jam inde a sæculo septimo vel saltem decimo illud potuit, quod, ipso fatente a duodecimo tantum sæculo initium sumpsit?

rejiciendum est, e Navarra sæculo decimo potuisse in Gallias eam Hildefonsi vitam deferri, in qua ejusmodi fabulæ narrarentur. Ac proinde, ut eo deveniamus quo disputatio collineat, prorsus inane ac certissimis repugnans monumentis apparet fundamentum, cui innituntur Mabillonius quidem ad antiquitatem cultus Conceptæ Deiparæ in Hispaniis adstruendam, P. P. vero ad vetustatem spurii illius opusculi vindicandam.

XXXVIII.

Quæ cum certa ex æquo sint et manifesta, jam supervacaneum est plura disputare de rebus et scriptis Hermanni monachi, quem P. P. laudat[1], quasi cum Mabillonio habendus hic sit ceu auctor fallacis illius prologi, qui spuriæ Vitæ S. Hildefonsi præmittitur[2], atque adeo auctoritate sua pondus addere dicendus sit illi fabellæ, quæ memoratas adulterinas merces ex Navarra in Galliam a Godescalco asportatas jactat. Supervacaneum, inquam, videri debet de hisce disputare. Numquid enim Hermanni testimonium permovere quempiam posset ad ea ceu vera amplectenda, quæ ex certissimis monumentis fabulosa dignoscuntur? Præterea nonne Hermannus ad eam ætatem pertinet[3], qua de Conceptionis mysterio moveri quæstio jam cœperat?

XXXIX.

Verumtamen neque necesse nunc est, ut huic respon-

[1] *De Immac. Deipar. Concept.* Part. III, n. 1607, p. 1755.

[2] Apud Mabillon. *Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 520, n. 7.

[3] Hermannum Bernardo æqualem fuisse etiam P. P. post Mabillonium affirmat. Vid. *Comment. de Immac. Virg. Concept.* Part. III, n. 1607, pag. 1755.

sioni tantopere insistam. Cur vero? Quia videlicet quantacumque demum Hermanno auctoritas in hac controversia tribuatur, et quantumlibet fingas, testimonium Hermanni nullo alio validiore testimonio infirmari; nihil tamen hæc proderunt, nisi certa præterea sit illorum scriptorum fides, quæ sub Hermanni nomine proferuntur. Atqui vel hoc ipsum impræsentiarum plane desideraretur. Neque enim ex sanioris criticæ canonibus fas est, pro sincero Hermanni fœtu congeriem illam recipere, quam Mabillonius ceu Hermanni opus vulgavit, quamque alia manu consarcinatam fuisse haud ambigua produnt indicia.

Pauca quædam ex his jam satis fuerit innuisse. Et in primis illud occurrit, quod Hermannus in genuina quadam epistola, quam ex parte Mabillonius ipse refert[1], item ex parte describunt Maurini Galliæ Christianæ Scriptores[2], integram vero vulgavit Lucas Dacherius[3], in genuina, inquam, hac epistola Hermannus constanter de S. *Hildefonsi opusculo* loquatur ceu *de tribus libellis*, prouti nempe sæpius a veteribus dividi, et secundum hanc divisionem indicari idem opus consuevisse ipse Mabillonius[4] tradit. Juverit heic Hermanni verba subjicere, ut constans ejusdem de hac re loquendi usus palam fiat. Alloquens itaque Bartholomæum Laudunensem Episcopum, postquam memoravit *pretiosissimam casulam* Hildefonso a Virgine Deipara datam *ob remunerationem trium libellorum, quos de Virginitate composuerat*, sic prosequitur[5]: *Cœpistis a mea parvitate quærere, utrum* eos denique libellos *alicubi vidissem, atque eos ubique perquirerem studiosius præce-*

[1] L. c. n. 6.
[2] *Gall. Christ.* Tom. IX, col. 529.
[3] Ad calcem *Opp. Guiberti Novingentini*, p. 526, edit. Paris., 1651.
[4] *Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 520, n. 6.
[5] Apud Mabillon. l. c.

pistis. Cum vero eos in urbe Catalaunensi forte reperissem et vobis renuntiassem, protinus pergamenum comparatum mihi tradidistis, meque ad præfatam urbem propter eos transcribendos *direxistis. Scripsi ego primo Vitam ejusdem Hildefonsi, deinde præfatos ejus libellos subjunxi.* Patet ex his manifestissime, tum codicem, e quo Hermannus exscripsit, tum codicem, quem ipse exaravit, opusculum sancti Hildefonsi in tres libellos divisum exhibuisse.

Nunc vero inspice prologum spuriæ illius Vitæ; et tum in ejusdem titulo tum in contextu invenies illud Hildefonsi opus non tripartitum, sed unico comprehensum libello exhiberi. Sic enim habet titulus [1]: *Quis sequentem libellum de Hispania attulerit.* Et mox in prologo: *Libellum S. Hildefonsi..., quem composuit de Virginitate sanctæ Mariæ* etc. Non sunt ergo hæc Hermanni, sed alterius manus; ac proinde patet spurium illum prologum, e quo probari posset, subjectam Vitam ex Hispaniis ab Godescalco fuisse allatam, nihil ad Hermanni scripta pertinere.

Idem dicamus oportet et de *Præfatione*, quæ spuriam Vitam mox sequitur cum hoc titulo [2]: *Incipit præfatio cujusdam in libro ejus, quem de laude Virginis Matris Domini composuit.* Et dein: *De cœpto opusculo quantum in schedula reperire potui, Domino adjuvante transcribere studui. Si de eodem adhuc superest aliquid nescio; sed unum scio, quia B. Hildefonsi Toletani de integritate semper Virginis et Matris Domini Mariæ libellus hic est.* Quæ præfatio, uti res per se loquitur, eadem de causa non potest ad codicem pertinere, e quo Hermannus tres libellos divisos mutuatus est; et proinde neque ista Hermanno tribuenda sunt.

[1] L. c. pag. 520, n. 7.
[2] Ibid. page 522, n. 9.

Adde quod in eadem præfatione plura referantur de S. Hildefonsi gestis, quibus præcedens spuria Vita contradicit; adde quod tribus Miraculorum libris ab Hermanno conscriptis quartus in eodem codice adjectus cernatur, qui certe Hermannum non habet auctorem [1]. Cum ergo codex a Mabillonio editus non genuina Hermanni scripta, sed miscellam exhibeat alterius manus; jam neque ex qualicumque Hermanni auctoritate spuriæ illi Vitæ suffragium ullum accederet. Et de Hermanno quidem, ne in re non necessaria diutius immoremur, pauca ista sufficiant.

XL.

Heic vero ad uberiorem quampiam totius hujus quæstionis explanationem haud inutile fuerit nonnulla subdidisse, e quibus de falsæ illius opinionis originibus, deque spuria illa historia conjicere quidpiam liceat. Et ut missa nunc faciamus additamenta quædam, quæ ad alia Hildefonsi gesta pertinent, quæque interpolatores quidam veteres nonnullis quoque exemplaribus genuinæ Vitæ a Juliano conscriptæ subinde inseruerunt [2], in primis illud in rem nostram statui posse videtur (saltem ex monumentis, quæ inspicere fas mihi fuit), falsam opinionem, quæ S. Hildefonsum perhibet festum aliquod, quodcumque illud sit, in Deiparæ honorem instituisse ac per Hispanias propagasse, non ante XIII sæculum ortam fuisse.

[1] Vid. Mabillon. l. c. pag. 522, n. 11.

[2] Id animadvertunt et Bollandiani (*ad diem XXIII Januar.*, Tom. II, pag. 539, not. *gg*). *Hoc in loco*, inquiunt, *multa in aliquibus codicibus addita sunt, quæ non videntur esse Juliani, sed ex alia Hildefonsi historia mutuata*. Hujusmodi autem interpolatum exemplar ad manus habuit etiam Constantinus Caietanus, cum Vitam S. Hildefonsi ederet (*SS. Trium Episcoporum.... Vitæ et actiones*, pagg. 108–109); in qua propterea ea additamenta cernes, quæ Bollandiani expungenda monuerunt.

Et sane id satis argui potest ex silentio veterum monumentorum. Nam nihil de ullo festo per Hildefonsum instituto, ut vidimus, habet Cixilanes, utut ejusdem in Deiparam studium mire extollat. Nihil ea de re occurrit in Breviario Toletano, licet de festivitatibus hisce sermonem injiciat, et insuper in ea Vita S. Hildefonsi, quam recurrente ejusdem die festo legendam proponit, pietatem ejus in Virginem summopere commendet hisce verbis : *Quam multis fuerit nominibus de Virgine Matre benemeritus, non facile quis explicare quiverit.* Nihil de festis ab Hildefonso institutis habes apud Rodericum sæculo XIII ineunte episcopum Toletanum, cum tamen [1] fuse de Hildefonsi gestis, quæ memoriæ committenda viderentur, et de ejusdem in Virginem Deiparam obsequiis, deque Deipara illi apparente ac pretiosam vestem donante sermonem instituat. Nihil pariter ea de re Lucas Tudensis [2] refert, qui nihilominus silentio non premit *cœlestia dona, quibus Hildefonsus a perpetua Virgine Dei Genitrice Maria et Leocadia in præsenti vita meruit honorari.*

XLI.

Qui primi itaque fabulam de festo quopiam Deiparæ per Hildefonsum instituto prompserunt [3], binos invenimus

[1] *De Rebus Hispaniæ*, lib. II, cap. XXII.

[2] *Chron. Mundi*, Æra DCLXXXVI, pag. 55, tom. IV *Hispan. Illustrat.* per Andream Schotti, edit. Francofurt., 1608.

[3] Undenam falsa hæc opinio enasci forte potuerit, discimus ex quadam Hildefonsi Vita, quam Johannes Tamayo in *Martyrologio Hispano* edidit ad diem XXIII Januarii cum hoc titulo (vol. I, pag. 246) : *Incipit Legenda B. Illephonsi* (sic) *Archiep. Toletani secundum Regulam Asturicensis Ecclesiæ.* In hanc enim rem ista ibi leguntur (p. 249) : *Concilio autem Toletano X sub Eugenio Archiepiscopo Toletano, Fugitivo Hispalensi, et Pontamio Bracarensi, aliisque XXIII Episcopis B. Illephonsum creditur Abbatis nomine*

Scriptores, ambos sæculo XIII jam adulto florentes, videlicet Rodericum Cerratensem in Hispania [1], et Vincentium Bellovacensem in Galliis.

Et siquidem ætatis ratio habeatur, incertum videri posset, uter eorum ab altero hanc labem mutuatus sit; ex collatione tamen facile apparet, Bellovacensem ex Cerratensi hausisse. Cerratensis porro sic rem enarrat [2]: *Ille autem cupiens eam altius honorare, constituit ut celebraretur solemnitas ejus, idest festum Annuntiationis, singulis annis octavo die ante festum Natalis Domini*, etc. Bellovacensis vero [3]: *Volens autem Beatam Virginem altius honorare, constituit, ut ejus solemnitas celebraretur singulis annis octavo die ante Natale Dominicum : ut prius ejus ageretur festum, per quam Deus homo natus venit in mundum.*

Instituta vero comparatione apparet, ex utroque, Cerratensi nempe et Bellovacensi, deprompta ea fuisse, quæ de eadem re legimus apud anonymum auctorem libri *de Miraculis B. Mariæ de Rupe Amatoris*. Excerptum enim hujus libri, qui tribus Miraculorum libris ab Hermanno monacho conscriptis assutus fuit, sic Mabillonius refert [4]:

interfuisse. Nam institutum legimus ibi festum B. Mariæ semper Virginis, quod etiam nunc tota Hispania Expectationis nomine celebratur VIII ante Servatoris nostri Natale. Quod nutu et voluntate Sanctissimi viri B. Virginis singulariter devoti, creditur factum. Quia ut Conciliorum habet volumen, dies solemnis Annuntiationis frequenter cadit in diem ita propinquam Passioni aut Resurrectioni Dominicæ, ut ab Ecclesia et christiano populo die proprio de more celebrari nequiret. Quod ergo incerta ferebat opinio, Hildefonsum, utpote Agaliensis monasterii Abbatem, Toletano X Concilio interfuisse, et forte ejusdem suasionibus deberi, quod Annuntiationis festum stata lege die XVIII Decembris celebraretur, forte occasionem dein errori dedit de Hildefonso illius festi institutore.

[1] *Vitam S. Hildefonsi* a Roderico Cerratensi scriptam exhibent editores Patrum Toletanorum, tom. I, pag. 100.

[2] *Vita S. Hildefonsi per Rod. Cerrat.* § 8, l. c. pag. 102.

[3] *Specul. Histor.*, lib. VII, cap. CXX.

[4] *Acta SS. O. B.* Sæc. II, pag. 522, n. 11.

Ille cupiens eam amplius honorare, constituit, ut celebraretur solemnitas ejus singulis annis ante festivitatem Natalis Domini.... Quod sibi satis videbatur justum, ut prius sanctæ Dei Genitricis ageretur festum, ex qua Deus-homo venit in mundum.

Exinde autem communes tribus hisce Scriptoribus inesse videbis alias fabulas, ex. gr. Beatam Virginem Mariam non semel, sed bis S. Hildefonso apparuisse; tum episcopum, qui sedere in ea cathedra præsumpsit, in qua Virgo Deipara visa Hildefonso fuerat, *Siagrium* fuisse appellatum [1]; hunc insuper Siagrium temeritatis suæ pœnam illico repentina morte luisse; quod quidem Auctor libri *miraculorum* e Bellovacensi ad verbum transcripsit: binas autem postremas fabellas recitat et Auctor *Præfationis* ad Hildefonsi libellum, quam ex putato Hermanni codice Mabillonius vulgavit [2].

Inter hæc tamen illud sedulo advertendum est, invaluisse utique falsam opinionem de aliquo festo Deiparæ per S. Hildefonsum instituto; sed communiter huc usque recensitos auctores affirmasse, hoc festum celebrari consuevisse *octava die ante Dominicam Nativitatem*, die videlicet XVIII Decembris: præterea Rodericum Cerratensem et anonymum Auctorem memorati libri Miraculorum diserte indicasse, non aliud institutum festum fuisse, quam *Annuntiationis:* alios autem, cujusmodi esset Deiparæ festum ab Hildefonso institutum, nullatenus expressis verbis significasse.

[1] Hoc errore nequaquam fœdatur Vita S. Hildefonsi a Cixilane conscripta, in qua verum Episcopi illius nomen, *Sisibertus* scilicet seu *Sisibotus*, indicatur.

[2] L. c. n. 9.

XLII.

Ex his porro, quæ certa tenemus, origo prorsus verisimillima sese prodit fallacis quoque historiæ circa festi Conceptionis auctorem. Ex falsa enim illa opinione, quæ jam obtinuerat, Hildefonsum Deiparæ Virginis festum, quod mense Decembri celebraretur, instituisse, valde proclive fuit, uti patet, in alium prolabi errorem, Hildefonso nempe deberi Festi *Conceptæ Deiparæ institutionem*.

Et sane si qui commenta illa de instituta per S. Hildefonsum Deiparæ festivitate, quæ celebraretur mense Decembri, legebant, ignorabant autem Hispanorum mores, consuetudinemque apud illos receptam *Annuntiationis* festi per Decembrem mensem agendi, nihil profecto mirum videri debet, quod putaverint, hæc referenda esse ad festum *Conceptæ Deiparæ*, quod unum ipsi sciebant eodem hoc mense celebrari consuevisse.

Atque eo facilius suaderi id quibusdam potuit, quia in falsis, quæ ferebantur, historiis aut nullatenus indicabatur Virginis Deiparæ mysterium festo illo recolendum, uti apud Vincentium Bellovacensem videre est[1]; aut si *Annuntiationis* festum institutum dicebatur, id scribarum mendo facile tribui propterea potuit, quod Annuntiatæ Virginis festivitatem non quidem Decembri mense, sed Martio ex communi Ecclesiæ consuetudine celebrari nossent.

Hæc autem non in vanis conjecturis esse censenda, testis locupletissimus est Johannes Trithemius, vir ætate sua eruditissimus. De Hildefonso enim agens in libello *de Scriptoribus Ecclesiasticis*[2], postquam fabellam de duplici Vir-

[1] Super. n. præc.
[2] Cap. LV.

ginis apparitione ab aliis transcripsit, ac festi institutionem eisdem, atque alii, verbis enarravit, illud etiam aperte indicat, quod vulgo tunc putabatur, Conceptæ nempe Deiparæ festum, cujus institutio Hildefonso tribuenda esset, non aliud esse ab eo, quod ætate ejusdem Hildefonsi octava die ante Natalem Domini ageretur, quod tamen posteriori tempore ad octavam diem mensis Decembris retractum fuisset. Ita ille : *Cum beatissimus iste præsul Hildefonsus librum de Virginitate purissimæ Dei genitricis Mariæ ad finem usque complesset, cui omni studio, quo poterat, semper devotissimus servire solebat, apparuit ei Domina mundi sanctissima ipsum librum habens in manibus, et gratias agens illi pro tali servitio, quod sibi gratissimum esse affirmabat. Ille vero, cupiens eam altius honorare, constituit, ut celebraretur solemnitas ejus singulis annis octava die ante Natalem Domini, quæ solemnitas jam obtinuit, ut per universam fidelium Ecclesiam in honore purissimæ Conceptionis illius celebretur VI Iduum Decembrium. Unde rursum ei beata Dei genitrix apparens* etc.

XLIII.

Atque ex his plane, quantum in rebus obscuris fas est conjicere, repeti ea debent, quæ spuriæ illius Vitæ Auctor, seu (quod verosimilius duxerim) ille cujuspiam Vitæ S. Hildefonsi interpolator et exornator eadem de re tradit inquiens[1]: *Episcopus vero.... quantum deinceps in ejus servitio magis confortatus fuerit, nullius cor valet explicare. Unde etiam festum Conceptionis S. Mariæ, quo scilicet ipsa concepta est, celebrari constituit, et ejus constitu-*

[1] Apud Mabillon. l. c. pag. 522.

tione per totam Hispaniam solemniter colitur VI Idus Decembris.

Et hunc quidem seu compilatorem seu interpolatorem non Hispanum sed Gallum gente exstitisse satis jam ex eo apparet, quod unicum spurii hujus operis perperam Juliano afficti exemplar in codice Gallicano et inter opuscula Auctorum Gallicanorum repertum fuerit.

Id et intrinseca indicia confirmant. Atque illud maxime insigne est, quod cum in Vita S. Hildefonsi vulgo narraretur, sanctam Dei Genitricem recurrente *ejusdem Virginis Deiparæ festivitate* beato viro apparuisse, iste vero ementitus Julianus id ignoraret, quod sane neminem Hispanorum latere poterat, eo loco indicari sollemne, quod in Hispania agi consueverat mense Decembri, Annuntiatæ Deiparæ seu Incarnationis festum; propterea vel marte suo vel errore aliunde hausto id in festo *Assumptionis* Deiparæ factum fuisse, inscite affirmaverit.

Sed suam rerum Hispanarum imperitiam etiam alio eoque luculentissimo argumento scriptor prodit. Nam cum narrasset quæ evenerant in festo S. Leocadiæ Virginis[1], videlicet beatam Leocadiam ea die sancto Hildefonso apparuisse, subdit deinde : *Eodem ergo anno, imminente festo Assumptionis Dominæ nostræ sanctæ Mariæ, B. Hildefonsus trium dierum jejunio se statuit præparare*, etc. Arbitratus est igitur, quisquis hæc scripsit, *Assumptionis* festivitatem potuisse *eodem anno* agi post festum S. Leocadiæ. Atqui hæc in mentem hominis Hispani venire numquam potuere. Quis enim Hispanus nesciret, S. Leocadiæ festum die IX mensis Decembris peragi? Quisnam proinde Hispanus existimare ac porro scribere posset, S. Leocadiæ festivitatem festivitati præcurrere Virginis in

[1] Apud Mabillon. l. c. pag. 521.

cœlos assumptæ[1], quæ mense Augusto etiam in Hispaniis, ut certe constat, celebrabatur? Rursus ergo conficitur non Hispano alicui scriptori, sed Gallo hæc esse tribuenda.

Denique, ut alia prætermittamus, cur scriptor tam sollicite admonuit et declaravit, cujusmodi esset Conceptio quæ eo festo recolenda proponebatur? Inquit enim de Hildefonso : *Festum Conceptionis S. Mariæ, quo scilicet ipsa concepta est, celebrari constituit.* Profecto ut eam glossam adderet, *quo scilicet ipsa concepta est*, gravis omnino causa eum impulit. Atqui adjuncta, quæ ejusmodi necessitatem imponant, satis aperte indicant, tunc demum ista conscripta fuisse, quando non modo Conceptionis festivitas celebrabatur, sed quando præterea quæstio de hoc argumento exorta fuerat. Opus ergo recentioris scriptoris fœtum se prodit. Sed rursus recentiori ista ætate Galli utique hominis fuerit, hujus festi institutionem Hildefonso tribuisse, nequaquam vero hominis Hispani : quippe Hispanorum sequioris ætatis Scriptorum sententia fuit, Hildefonsum

[1] Interpolatum exemplar Vitæ S. Hildefonsi per Julianum scriptæ videtur ad manum habuisse etiam Alphonsus Villegas, quippe qui in Juliani Vita legebat, visionem illam Deiparæ in festo Assumptionis accidisse. Sic enim de hac re scribit (*Vit. S. Hildef. Flos Sanctor.* part. I, fol. 391) : *Llegandose cerca la nueva festividad de la madre de Dios, llamada la Expectacion, o como quiere dezir sant Julian, la fiesta de la Assumpcion de la misma Virgen, aviendo el sancto Arçobispo hecho ayunar al pueblo para celebrarla, dichas las primeras Visperas* etc. Verumtamen neque affirmat Villegas, hæc *eodem anno* post festum S. Leocadiæ evenisse, neque quidpiam addit de ulla festivitate Deiparæ a S. Hildefonso instituta. Et ex his plane conficitur, interpolatum exemplar, quod Villegas præ manibus tenuit, omnino diversum fuisse a spuria illa Vita, de qua nobis est sermo. Dignissima sunt præterea ut advertantur quæ idem Villegas Vitæ S. Hildefonsi præmittit in hæc verba (Op. cit. fol. 390): *La vida deste sancto Pontifice, collegida de sant Julian, y de Cixila, Arçobispos de Toledo, y de otros graves autores, es en esta manera.* Nam cum nihil omnino enarret, ut dictum est, de ullo Deiparæ Virginis festo, cujus constituendi auctor Hildefonsus fuerit, patet exinde, in probatis illis Hispanis scriptoribus exstitisse neminem, penes quem fabella ista legeretur.

habendum quidem esse strenuum Immaculati Deiparæ Conceptus propugnatorem, non tamen ejus auctorem festivitatis, cujus prima institutio juxta ipsos ab Apostoli Jacobi prædicatione repetenda esset [1]. Denuo ergo apparet, spurium hoc opus et sequiori ætate et in Galliis suos natales sortitum esse.

XLIV.

Et hæc de præsenti argumento jam satis fuerint; in quibus habet P. P. consilii mei rationem. Liquet, cur in *Monito ad Chartam Ugonis de Summo* nullam instituti ab Hildefonso festi Conceptionis mentionem fecerim; liquet, cur ibidem affirmaverim, cultus Conceptionis initia inter Latinos ac Latina disciplina utentes (neque enim huc pertinebant Neapolitanæ aut Siculæ Ecclesiæ, quæ ritum a Græcis mutuatæ fuerant, ac propterea non octava sed nona die Decembris agebant hanc festivitatem) a revelatione, quæ facta Abbati Elsino ferebatur, censeri consuevisse: liquet, cur totam illam historiam de Festo Conceptionis per Hildefonsum instituto atque ejusdem opera ad reliquas Hispaniæ Ecclesias propagato ad inanes fabulas rejiciendam duxerim; liquet, cur Vitam S. Hildefonsi a Martenio laudatam nullius esse pretii, et omni ad fidem faciendam robore destitui existimaverim; liquet, cur illa, quæ feruntur de Godescalco spurium illud opus medio decimo sæculo ex Hispaniis in Gallias deferente vanis fabellis adnumeraverim; liquet, cur Hermanni Monachi auctoritatem nihil hisce fabulis suffragari censuerim; liquet, cur Regis Ervigii legem a Martenio et post Martenium ab aliis perperam esse intellectam arbitratus fuerim; liquet de-

[1] Vid. Johan. Tamayo *in Not. ad Martyrologium Hispanum* die VIII Decembris, tom. VI, pag. 378.

nique, cur neminem stetisse cum Martenio ex iis dixerim, qui paulo diligentius hanc controversiam ad trutinam revocaverint, sibique eorum, quæ scribebant, rationem reddere aliquam, præter Martenii auctoritatem, voluerint.

Neque vero quispiam existimet, me, dum hæc singula sum persecutus, plus æquo in re non necessaria versatum fuisse. Nam etsi levissimi laboris esset, ut modo palam est, ea omnia, e quibus plena controversiæ hujus solutio facile peteretur, ad examen revocare, nec aliud sibi fere exigerent, nisi qualemcumque instrumentorum lectorem; tamen cum ista omnia nondum ita simul collecta exstarent, ut facile cujusvis oculis obversarentur, inde (quod plane dolendum est) factum fuisse cernimus, ut nonnulli ad adoptandas et propagandas illas fabulas, Martenii aliorumque auctoritate permoti, ferrentur, et id quidem etiam postquam Card. Lorenzana diserte monuerat ac testatus fuerat[1], ideo se in Breviarii Gothici appendicem quædam Officia (inter quæ sunt etiam Officia tum Conceptionis tum Nativitatis Deiparæ) rejecisse, ut jugis servaretur memoria, hasce festivitates veteribus Gothicis Ecclesiis plane incompertas fuisse.

Porro si pluries ante nostros hos dies id factum est, non inanis igitur incumbit metus, id ipsum et in posterum fieri rursus posse, præsertim postquam falsam eam opinionem tanta verborum gravitate nunc commendavit præclarissimus P. P., in cujus alioquin Commentario quicquam proponi, quod lectissimum probatissimumque non sit, vix quispiam suspicetur. Atqui ne inanes hujus-

[1] Ad calcem Breviarii Gothici a Card. Lorenzana anno 1775 editi *Appendix* habetur insignita hoc titulo : *Festi Breviario Gothico Hispano addita in editione Cardinalis Ximenii anno MDII, nunc vero hic apposita, ne hujusmodi rei memoria pereat.*

modi opiniones rursus in medium prodeant, summo prorsus studio enitendum est.

Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget.

Si enim doctrinam Immaculati Conceptus Deiparæ propugnaturi, ad vindicandam hujusce cultus antiquitatem ejusmodi utamur instrumentis; hoc unum denique assequemur, ut heterodoxis nos nostraque irridenda exhibeamus, ansamque iis demus antiquas denuo instaurandi calumnias atque obganniendi, romanenses nova dogmata vanis fabulis superstruere consuevisse.

XLV.

Hinc non sine animi dolore a P. P. commemoratum eodem loco vidi et illud (sit venia verbis) commentum, quo fertur quemdam Gundisalvum Tolosanum episcopum, paulo post Hildefonsum, auctorem Conceptæ Deiparæ festum celebrandi exstitisse. Nam cum mentionem faceret Salazarii, qui hanc laudem Hildefonso abjudicabat, ut Gundisalvo eamdem tribueret, continuo hæc in notula subjiciebat[1]: *De Conc. Virginis cap. XXXV, nn. 53-54, ubi tuetur, auctorem festi conceptæ Deiparæ merito censeri Gundisalvum episcopum Tolosanum, qui paulo post Hildefonsum pietate in Deiparam summopere excelluit. Videsis quæ eodem pertinentia scribunt Bernardinus de Busto in offic. concept. beatæ Virginis secunda die infra octavam lect. IV, et Maraccius in biblioth. Marianæ P. I, ac in op. de antistitibus Marianis cap. L.*

Commentum, dixi; quandoquidem fictus hic Gundi-

[1] *De Immac. Deipar. Concept.* Part. III, n. 1608, p. 1756, not. 5.

salvus nec Tolosæ in Hispania sitæ episcopus credi possit, tum quia hæc urbs medio tantum sæculo XIII exstructa est, tum quia nullum unquam habuit episcopum, nec rursus Tolosæ, quæ jacet in Galliis, tum quia nullus unquam fuit hujus nominis Tolosanus episcopus, tum quia absurde fingeretur, Tolosanum episcopum hujus festi legem [1] Ecclesiis Hispanis ita dedisse, ut interim idem cultus ac festum Tolosatibus incompertum maneret.

Ac mitissimum sane, quod ea de re ferri possit, merito videbitur judicium Theophili Raynaudi, qui in conficto hoc Gundisalvo Tolosano nihil videt nisi corruptum nomen Hildefonsi Toletani [2]. Atque inanem non esse Raynaudi conjecturam, facile ex his elucet, quæ primus hujus

[1] Ita de hac re Bernardinus de Bustis, qui primus hæc enarravit in quarta lectione officii secunda die infra octavam Conceptæ Deiparæ recitandi : *Composuit (Gundisalvus) pulcherrimum de Conceptione Virginis tractatum, ordinavitque festum Conceptionis per totam Hispaniam solemniter celebrari.* Postrema hæc verba non satis attente inspexisse illi videntur, qui putaverunt, ad episcopum alicujus Ecclesiæ, quæ primatum in Hispanas Ecclesias non haberet, spectare hæc posse, et fingere voluerunt, suasione et exemplo suo Tolosanum Gundisalvum hoc festum per Hispanias propagasse.

[2] *Pietas Lugdun. erga B. V. immaculate conceptam*, n. LVIII. Opp. tom. VIII, pag. 529. *Pelbartus*, inquit, *quod de Gundisalvo jactatur, tribuit S. Hildefonso, quem item Tolosanum appellat; sed ex scripto pro B. Virgine libro et delata ad eum in præmium cœlestis operæ casula liquet, sermonem ei fuisse de Hildefonso Toletano, quem primus Bernardinus de Bustis, luxato nomine, transformavit in Gundisalvum Tolosanum nulli sive in Galliis sive in Hispania auditum, hallucinatione, quantum arbitror, orta ex mala conformatione characterum in pingendis elementis satis affinibus.* Neque aliter de hac re decernendum censuit Johannes Eusebius Nierembergius. Nam dum illos enumerat, qui tradiderunt, *S. Hildefonsum cœpisse celebrare Conceptionem Virginis seorsim a Nativitate, et ejusdem festi officium ordinasse*, diserte memorat et Bernardinum de Bustis id in Officio Conceptionis secunda die infra octavam lectione quarta affirmantem ; de quo tamen mox subjicit (*De Perpetuo objecto festi Immaculatæ Conceptionis Virginis*, cap. III) : *Quanquam in Bernardino perperam scribitur* Gundisalvus *pro* Hildefonsus, *et in eodem atque Pelbarto* Tolosanus *pro* Toletanus *facili errore; quas voces corrigendas esse res ipsa clamat.*

commenti auctor, Bernardinus de Bustis, de eodem Gundisalvo sic refert : *De Beato Gundisalvo archiepiscopo Tolosano, qui propter singularem erga Dominam nostram devotionem ejus Cappellanus nuncupatus est* [1], *legitur, quod quotiescumque celebrabat, aderat ei Virgo benedicta. Cum autem in die Conceptionis ejusdem se ad sacrosancta Missarum solemnia præpararet, apparuit illi Dei Genitrix Maria, eique unam mundissimam planetam* [2] *niveo*

[1] Titulus *Cappellani* Deiparæ adeo erat proprius S. Hildefonsi, ut eum sic memoratum invenias et in XI canone Concilii Hispani apud Pennam an. 1302 celebrati. *Item quia mater Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi gloriosa ac semper Virgo Maria cappellanum ac suæ virginitatis specialem præconem B. Hildefonsum Patriarchalis Ecclesiæ Toletanæ præsulem ac rectorem post sui assumptionem descendens de cœlo empyreo corporaliter visitavit*, etc. (Concil. Tom. XXV, col. 105, edit. Mansi). Videsis et ea quæ habent Bollandiani in Commentario *de B. Hildefonso*, § 2, ad diem XXIII Januarii, tom. II, pag. 535.

[2] Hæc quoque ad Hildefonsum spectare, nemo ignorat. Quod vero Ferdinandus Quirinus de Salazar (*Pro Immac. Deip. Virg. Concept. Defensio*, cap. XXXV, § VII) non quidem aliena exscribens, sed rationes hinc inde, et quidem sagacius quam ætas sua in Hispaniis ferret, perpendens, Gundisalvum ab Hildefonso distinguendum censuerit, id condonandum benigne est monumentorum, qua laborabat, inopiæ. Nam fontes, e quibus hauriret, nullos alios producit (l. c. n. 50) præter Bernardinum de Bustis, Pelbartum a Themesvar, et Johannem Trithemium. E quibus cum prior institutionem Festi Conceptæ Deiparæ tribuat *Gundisalvo Tolosano*, postremus *Hildefonso Toletano*, medius vero *Hildefonso Tolosano*, eo dignior est venia, quod hæc tribuenda Gundisalvo decreverit, quo communior et firmior penes Hispanos persuasio fuit, ea Hildefonso tribui nullo modo posse (vid. l. c. § II). Quin et commendanda est Salazarii diligentia, quod his non acquieverit, antequam per litteras ab amico (quem l. c. n. 53 eruditissimum dicit) de Tolosanæ Ecclesiæ monumentis scitaretur; et dolendum prorsus, quod iste (eruditissimus) in Tolosanæ Ecclesiæ memoriis (quæ ex Bernardini de Bustis fabula repetenda dixeris) Gundisalvum episcopum occurrere rescripserit.

Ast hæc ante annum 1618 contingebant, quando neque Sammarthani neque Maurini Galliæ Christianæ editores, qui sane Tolosanæ Ecclesiæ monumenta diligentius investigarunt, palam adhuc fecerant, ejusmodi Gundisalvum ad somnia esse relegandum. Præterea Salazarii ætate nondum veteribus monumentis perquirendis edendisque impensa fuerat tam ingens opera : et utique

candore radiantem tradidit dicens etc. In quibus quid aliud demum videre est, quam S. Hildefonsi gesta miserum in modum corrupta ac deformata?

Quæ cum ita se habeant, utique improbabit nemo, quod P. P. ita Salazarii sententiam retulerit, ut saltem qua parte Gundisalvus celebrandi Conceptionis festi auctor inducitur, eam posthabuerit; quanquam nec probabit quispiam, quod hanc gloriam ita Gundisalvo ademerit, ut ea exornare Hildefonsum voluerit, cum utrumque ex æquo sit a veritate alienum. At (plane enim dicam) si quidem Gundisalvi fabula in medium pertrahenda videbatur, profecto cavendum omnino erat, ne, dum quæpiam illius particula rejiciebatur, reliquum, quod non minus erroneum est, admitteretur ac probaretur. Ac mirum prorsus videri debet, quod idem P. P. non modo lectorem remiserit ad eos scriptores, qui totam hanc fabulam commendant, ne unum quidem interim ex iis indicans, e quibus omnimodam hujusce historiæ falsitatem ediscere licebat, sed præterea de fictitio illo Gundisalvo, qui reipsa numquam exstitit, ita ipse loquatur, ut eum aliquando floruisse enimvero putes, virum pietate in Deiparam conspicuum. Sic enim de eo habet[1]: *Qui paulo post Hildefonsum pietate in Deiparam summopere excelluit.*

Displicent hæc sane, eoque gravius displicent, quod

ætate hac nostra, postquam vestigatis prope omnium archivorum codicibus et chartulis nullam reperire licuit mentionem illius Gundisalvi, quem tamen Bernardinus de Bustis tantum non celeberrimum ac notissimum in illustrium virorum memoriis proponit, non diffiteor, res eo deducta est, ut aurem accommodare hisce fabulis nemo jam possit, nisi si quis arte critica uti malit vel ipsis Bernardini de Busto temporibus vix ferenda; ast aliter, uti patet, de Salazarii ætate statuendum est, quando monumenta, e quibus de Pelbarti et Bernardini de Bustis ac Trithemii narrationibus posset dijudicari, ad manus habere non licebat.

[1] L. c.

scopo, quem eximius Auctor sibi proposuit, haud leviter obesse apud eos præsertim possunt, qui minus prudenter ex hisce universim de Operis pretio existimandum forte arbitrentur. Absit tamen, ut sapiens quisque ita decernat. Quamquam enim si unquam alias, e re nunc maxime erat, ut in pertractando hoc argumento ejusmodi scopuli evitarentur, atque operis amplitudinem par ubique cum ἀκριβείας tum κρίσεως laus exæquaret, id tamen in magnæ molis operibus et quidem non diuturno temporis spatio compactis, utut aliorum studia laboresque accesserint, desiderandum potius etiam a viro strenuo quam sperandum videtur; neque ceterum ex istis aliisve hujusmodi nævis quidquam præstantiæ, uti patet, operi egregio deperire dicendum est.

XLVI.

Quoad S. Tarasii homiliam, de qua secundo loco dicendum mihi proposui, habeo quod subjiciam luculentum S. Theodori Studitæ testimonium, quo dubitatio a præcl. Morcellio injecta de vero illius homiliæ auctore plane eliditur. Ad ambigendum enim, an Tarasio adscribi homilia posset, ex eo vir doctissimus permovebatur, quod Tarasii ætate ritum celebrandi festum Præsentationis Deiparæ in Constantinopolitana Ecclesia nondum receptum putaret. Hac vero de re quid sentiendum sit, perspicue nunc e Theodoro Studita discimus. In libello enim, cui titulus[1], *Sancti Patris nostri Theodori Studitæ doctrina chronica Monasterii Studii*, dum regulas tradit jejunii servandi iis

[1] Apud eumdem Maium, *Nov. PP. Biblioth.*, vol. V, part. II, pag. 105. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου διδασκαλία χρονικὴ τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου.

diebus, in quos forte incidant quædam festivitates, sic inter B. Virginis festa *Præsentationem* quoque enumerat : Τετράς τε καὶ παρασκευὴ παντελῶς ἀγναὶ εἰς νηστείαν ἀεὶ τηρηθῶσι, τυρου, ἰχθύων, ἐλαίου, καθὼς οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς θεοφόροι πατέρες ἐνομοθέτησαν. Τὴν γὰρ γέννησιν τῆς παναχράντου Θεοτόκου, καὶ τὴν αὐτῆς εἰς ναὸν εἴσοδον, καὶ τὴν ἑτέραν, ἡ καὶ ὑπαπαντὴ λεγομένη, καὶ αὖ τὴν τοῦ εὐαγγελισμοῦ, καὶ τὴν θείαν μετάστασιν, διαλύομεν εἰς ἔλαιον, καὶ ἰχθύας, εἰ τύχωσι ταῖς γεγραμμέναις ἡμέραις τῇ τε τετράδι, καὶ παρασκευῇ. *Quarta sane et sexta feria jejunio semper sanctificentur, jejunando a caseo, piscibus, et oleo, quemadmodum sancti Apostoli, et post illos divinitus inspirati patres constituerunt. Sed tamen in purissimæ Deiparæ Nativitate, ejusque in templum ingressu, et in alio festo, quod Hypapante dicitur, insuper in Annuntiatione, et in mirabili Assumptione, utimur oleo et piscibus, si forte in prædictos dies incidant, nempe in quartam aut sextam feriam.* Cum itaque istæ regulæ, uti ex titulo patet, conscriptæ fuerint pro Monasterio *Studii*, quod in urbe Constantinopolitana situm erat, Theodorus autem hoc monasterium gubernandum susceperit ac porro ipsi leges dederit anno 798, quo nimirum tempore Magnus Tarasius Constantinopolitanam regebat Ecclesiam, patet manifesto, celebrandi festi *Præsentationis* Deiparæ morem tum Constantinopoli obtinuisse, ac proinde nihil ex eo capite dubitandum esse, an S. Tarasius homiliæ illius auctor haberi possit.

EDITOR PARISIENSIS

LECTORI ERUDITO S.

Gratum Tibi fecisse opinamur accuratioribus typis repetentes *Monumenta ad mysterium Conceptionis Immaculatæ Virginis Deiparæ illustrandum*, ab rev. P. Antonio Ballerini Soc. Jesu ex manuscriptis codicibus eruta, latine versa et prolegomenis notisque explicata.

Jam enim non solum parabiliora nostris in regionibus facta sunt quæ Romæ prodiere inde ab anno MDCCCLIV, sed auctiora quoque et, ni fallimur, ornatiora. Nimirum reverendissimus Auctor, ubi de nostro consilio certiorem

fecimus, non in eo se continuit ut veniam editionis in Gallia parandæ benigne concederet : immo cohortatus est, emendationes magno numero nobiscum communicavit, denique nova monumenta, quæ jam profligatâ Romanâ editione succreverant, Parisinæ editionis propria esse ornamenta voluit. Sunt autem hæc :

I. Photii monachi paracleticus canon seu hymnus in SS. Deiparam, græc. et lat.

II. Ejusdem Photii canon eucharisticus in eandem SS. Deiparam, græc. et lat.

III. Theodori Studitæ sermones duo in SS. Deiparæ Annuntiationem, græc. et lat.

IV. R. P. Joh. Petri Secchi prolegomena et notæ inditæ in hymnum S. Ambrosii cum Beneventano antiquissimo codice collatum.

Exquisitissimæ huic benignitati Auctoris quomodo satis responderet nostra edendi cura, quærentibus feliciter accidit ut Dübnerum, haud ulli forsitan lectorum nostrorum incognitum, de ingenio et scriptis reverendissimi Ballerini magnifice sentire animadverteremus. Huic igitur viro, præter antiquitatis scientiam, typographicæ quoque rei peritissimo, volenti commisimus quæ a diligenti et religioso editore præstantium operum recte exspectantur. Ita factum est ut græca potissimum, quæ in Romana editione

typographicis erroribus haud paucis vitiata legebantur, emendata nunc et nitidiora prodeant.

Habes, eruditē Lector, quæ Te ignorare nolebamus. Reliquum est ut conatibus nostris faveas, ut facis.

Datum Parisiis, die VIII septembris 1856.

DE

CHARTA

DONATIONIS UGONIS DE SUMMO

QUA ANTIQUITAS CULTUS

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. V. M. COMPROBATUR

MONITUM.

Unde erutum fuerit hoc monumentum, § I-III. — De ejusdem monumenti pretio, § IV-V. — Quanam ætate invaluisse in Latina Ecclesia cultum Deiparæ Conceptæ ex hoc monumento deduci possit, § VI. — De sacra æde in honorem Conceptæ Deiparæ sæculo VIII extructa, § VII. — Stephani II Cremonensis Episcopi de sancta Virginis Conceptione Commentarium, § VIII.

I. Cum in præsenti controversia de Virginis Mariæ Conceptione haud levis momenti videri merito possit hoc monumentum, quod in lucem nunc primum prodit; erunt sane qui, unde istud emerserit, sollicite quærant, atque ii maxime suo veluti jure postulent, quibus laude dignissimus mos est, ut nihil admittant ratumque habeant, antequam tabulas, quibus probetur, proferri exigant, prolatasque inspiciant diligenter, tum rem quaquaversus explorent, et æqua lance pondus rationum librent.

Mihi vero paratissimum est plene ipsis satisfacere quo modo et mihi satisfactum est. Quo, inquam, mihi satisfactum est; non enim operæ industriæve meæ debetur, quod in rei litterariæ bonum, atque in christianæ pietatis solamen e tenebris hæc

in lucem charta educi queat; sed diuturnis studiis, et exquisitæ diligentiæ acceptum referendum id est Ill^mi ac Reverend^mi D. Antonii Dragoni, Cremonensis Ecclesiæ Canonici Primicerii, ac paucis ante annis in eadem Ecclesia regenda atque administranda Vicarii Generalis Capitularis munere egregie functi; qui, digno sane quod aliis proponatur exemplo, longos annos laboremque assiduum contulit ad vetera monumenta investiganda, quibus illustris illius Ecclesiæ res nova luce perfunderet, et fructum quidem non pœnitendum laborum suorum se retulisse jam palam fecit, duobus ea de re voluminibus editis, quibus historiam ejusdem Ecclesiæ ad extinctum usque Longobardorum in Italia regnum perduxit. Atque utinam faxit Deus, ut illi quidem per ætatem ac vires incœptum opus persequi, nobis vero congestis ab eo divitiis adhuc amplioribus frui liceat!

II. Cum itaque clarissimus vir præsidia in rem suam undique conquireret, chartasque omnes, quotquot reperire licuit, diligenter inspiceret : Dei providentia factum est ut in hoc quoque monumentum incideret; quod quanti ponderis esset, oculatus homo cum vel primo perspexisset intuitu, speciali nota insignitum in regestum suum deduxit, et (quod singularis ejus humanitatis fuit) apographum accuratissime sua manu transcriptum, ac testimonio ad fidem faciendam idoneo communitum ad me sponte ac peramanter transmisit.

III. Hujus testimonii, ipsius viri clarissimi manu exarati, paratique ab eo usque tempore, quo Vicarii Generalis munus ipse obibat, subjiciendum exemplar duxi, quo de sincera monumenti hujus origine facile omnibus constare possit.

ANTONIUS DRAGONI
PRAELATUS CANONICUS PRIMICERIUS
ECCLESIAE CATHEDRALIS CREMONAE
SEDE EPISCOPALI VACANTE
VICARIUS GENERALIS CAPITULARIS.

Testor ego et fidem facio universis et singulis, quibus hoc interesse poterit, me jam a mense Julio Anni 1816, *dum totus*

eram ut monumenta vetera membranacea colligerem et exscriberem, Historiæ Ecclesiæ nostræ Cremonensis, Originis Apostolicæ, ex autographis et authenticis documentis illustrandæ causa, transcripsisse manu mea, verbo ad verbum, e membrana, quæ juris erat Reverendissimi Viri Joannis Karoli Tiraboschii, Civis Asulani, Patricii Bergomensis, Comitis et Equitis, et Ecclesiæ S. nostræ, quoad vixit, inter Prælatos Præpositi, hoc Autographum Donationis factæ Canonicis S. Mariæ Matris de Cremona ab Ugone de Summo de eodem Cardine Presbytero primo, Scholastico et Bibliothecario, de terra, fundo, casa, campis, horto et oraculo in loco Borlenga die octava Decembris Anni MXXXXVII in Festo sanctæ et Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis; illudque retulisse in Codicem Diplomaticum Capituli Cremonensis a me pro usu meo in explicanda Historia nostra Ecclesiastica manu mea exaratum in Fol. Max. Chartaceo, ubi illud legere est Cera 297 seqq. sub sæculo XI, et anno MXXXXVII notatum hisce verbis : Monumentum magni momenti pro festo Immaculatæ Conceptionis B. M. V. et unde hoc Exemplar verbo ad verbum descripsi.

Testor item, quod Tropus « Candidissima uti lilia » *a me pariter exscriptus eodem mense Julio Anni* 1816, *notatus erat in parva membrana consuta in calce supradicti Autographi Donationis, meque nunc exscripsisse ex citato Codice diplomatico mei juris ex Cera* 462 *in Fol. Max. Chartaceo, ubi indicatur in margine* « Tropus magni momenti. »

Et pro fide, etc.

Datum Cremonæ e Palatio Episcopali
VI Idus Decembres An. MDCCCXXXXVIIII.

Primicerius ANTONIUS DRAGONI *Vicarius Generalis Capitularis.*

Loco † Sigilli.

IV. Cæterum quanti faciendum sit hoc monumentum, ille facile intelliget, qui noverit, quo loco hactenus controversia de SS. Deiparæ Conceptione fuerit.

Mitto nunc, quam mirifice hinc ea confirmentur, quæ S. P.

Alexander VII[1] in celebri sua Constitutione docet, cultus nempe, quem *religione sane veteri* fideles Conceptionis Beatæ Virginis mysterio detulerunt, hoc extitisse objectum, eoque ipsos spectasse, *ut gloriosissimæ Dei Genitricis in ipsa sua Conceptione sanctitatem profiterentur, ac venerarentur.* Quod quidem manifestissimum fit vel ex paucis verbis, quæ initio occurrunt: *In Festo Sanctæ et Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ.*

V. Verum ante omnia ad se oculos convertit ætas, qua cultum huic mysterio tributum ope hujus monumenti discimus. Notissimum sane est, ad nostros usque dies tanquam ratum certumque ab omnibus indiscriminatim, tum propugnatoribus tum impugnatoribus, habitum fuisse, prima hujus, non quidem sententiæ et doctrinæ, sed cultus initia, siquidem sermo sit de Ecclesiis latinis, ac ritu disciplinaque latina utentibus, a revelatione computari, quæ Elsino Abbati facta fertur, quo tempore Angliæ regnum obtinebat Guillelmus Conquæstor: ex tunc autem primo quidem in Anglia hunc ritum usurpatum, ad reliquas deinde Occidentis Ecclesias propagatum fuisse. Qua de re vide Baronium in Notis ad Martyrologium Romanum die VIII Decembris.

Nunc vero hujus monumenti ope certo comperimus, communem hanc persuasionem jam repudiandam esse, ac statuendum, eumdem cultum in latina quoque Ecclesia ante illud tempus viguisse. Charta enim nostra præfert annum 1047; cum tamen idem Festum in Anglia celebrari non potuerit nisi post annum 1066, quo Guillelmus illic regnare cœpit. Hinc vero manifesto consequitur, ex præfata Elsini revelatione utique hujus cultus apud Anglos initia duci posse; sed ejusdem religionis primordia ad remotiorem ætatem etiam inter latinos prorsus esse referenda.

Hinc etiam palam fit (quod per transennam juverit animadvertisse), quam merito Ludovicus Muratorius,[2] affirmaverit, *Si-*

[1] In Constit. *Sollicitudo*, VIII Dec. 1661.

[2] *Præfat. ad Sicardi Crem. Chronic.* Script. Rer. Italic., tom. VII, pag. 527.

cardum Cremonensem, virum alioqui pro ætate sua satis eruditum et ejusdem Cremonensis Ecclesiæ labente XII seculo ac XIII ineunte episcopum[1], *etiam domi suæ hospitem se prodere*. Et sane in hac etiam re, de qua agimus, adeo peregrinum in historia civitatis et Ecclesiæ suæ Sicardus se exhibet, ut in *Mitrali* seu *Tractatu de Officiis Ecclesiasticis*, ubi de Festo Conceptionis Deiparæ verba facit[2], in ea se opinione fuisse ostendat, primam originem hujus cultus ex revelatione, quam inter naufragium Elsinus Abbas accepisse ferebatur, repetendam esse, eamque insuper revelationem neque pro authentica haberi posse. Quamquam (si quid addi de hac re oporteat) haud potissimum hoc videri debet argumentum levitatis, qua duci Sicardus in ferendis judiciis solebat : quinimo condonari facile hic error ipsi potest, tum quia ab Ugonis de Summo ætate non parum distabat, tum etiam quia post S. Bernardi epistolam ad Canonicos Lugdunenses disputantibus hinc inde nonnullis, levi negotio quispiam poterat re non bene perpensa in eam opinionem etiam ob S. Doctoris auctoritatem descendere. Illud potius stupendum omnino, quod idem Sicardus hæserit incertus (quod ex allegato *Mitralis* loco patet), an alibi Conceptionis Festum ageretur. Nam esto, ignoraverit ea, quæ ad Angliam, Hispaniam, Gallias, Germaniamque spectabant, quibus in regnis hunc cultum Sicardi ætate latius propagatum fuisse indubia monumenta testantur, quemadmodum de Sicula quoque et Neapolitana Ecclesia certo constat. At nonne instar portenti haberi debet, quod talia scripserit Sicardus, postquam Orientem peragrans Græcas, Armenasque Ecclesias præsens ipse inviserat? Nonne enim notissimum

[1] *Conf.* Sanclementi, *Series Episcop. Cremonens.*, pag. 98.

[2] Lib. IX, cap. XLIV. Hujus Operis excerpta nonnulla jam dedit Vir Eminentissimus et de republica litteraria juxta ac de Ecclesia benemerentissimus Card. Angelus Mai in sexto Tomo *Spicilegii Romani* a pag. 585; cujus etiam summæ humanitati debeo, quod adnotata a Sicardo de Conceptionis B. Virginis festo, quæ nondum edita sunt, ultro mihi communicaverit. In romana opellæ hujus meæ editione addideram, quod ex ejus ore acceperam, integrum Sicardi Mitrale ejusdem cl. Viri opera propediem in publicam lucem editum iri. At mors, quæ viris ejusmodi semper immatura accidit, cum plurimis aliis hoc etiam bonum nobis invidit et abstulit.

erat, hanc solemnitatem et per Orientem universum et a diuturno tempore celebrari tunc consuevisse? Exinde autem jure ambigere quispiam possit, standumne prorsus sit laudati Muratorii sententiæ, ubi scribit[1], *Sicardi fœtus aliquod præsidium eruditioni præbere posse, potissimum ubi sui aut proxime præteriti temporis acta enarrat.* Equidem si ex hoc *Mitralis* articulo judicium de reliquis ferri oporteat, concludendum sane videbitur, Sicardum non cæspitare minus cum res ætatis suæ, quam cum remotiorum temporum gesta scribit.

VI. Verum ut ad Ugonis nostri Instrumentum revertamur, illud etiam ex eo clare conficitur, Conceptionis B. Virginis Festum non quidem tunc primum, anno scilicet 1047, in Cremonensi Ecclesia fuisse institutum, sed jam usu receptum per eam ætatem fuisse. Immo non recenter, sed multo antea hanc religionem fuisse inductam, vel ex eo satis dignoscitur, quod cum in fine Instrumenti hæc verba legantur : *Actum in æde canonica Sanctæ Mariæ Majoris Cremonæ, die, mense, anno ut supra :* cumque reipsa in principio ejusdem Instrumenti designentur et annus 1047, et mensis *December*, attamen dici nulla apponatur nota nisi per ea verba : *In Festo sanctæ et Immaculatæ Conceptionis beatæ Virginis Mariæ Matris ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi.* Nam perspicuum omnino est *diem* hoc pacto indicari nullatenus potuisse, præsertim cum de publico et solemni *donationis Instrumento* ageretur, nisi Festum Conceptionis Deiparæ vulgata et plurium annorum firmata consuetudine jam receptum, atque adeo jamdiu notissimum ac ratum fuisset.

VII. Cæterum quamquam ex notis ætatis, quas charta Ugonis præfert, nihil præterea statui certo possit de diuturnitate temporis, quod ab instituto in Cremonensi Ecclesia festo ad Chartæ epocham decurrerit ; non tamen abest ab ea penitus, quod ad aliquid ulterius conjectandum aditum præbeat. Imo vero si ea, quæ in Charta legimus, conferamus cum nonnullis Cremonensium rerum memoriis, quæ nobis supersunt ceu quædam Reliquiæ inter tot alia, quæ partim injuria temporum, partim

[1] L. sup. cit.

hominum incuria, partim recentium Vandalorum barbarie interierunt, profecto ope mutuæ vis ac lucis, quam sibi mutuo hæc monumenta affundunt, via nobis facilis sternitur ad aliquid adhuc certius de ejusdem religionis antiquitate in Cremonensi Ecclesia decernendum.

Et sane etsi nostræ tantummodo Chartæ rationem habeas, cernere est in primis mentionem in ea fieri cujusdam *Oraculi*, seu sacræ ædis, quæ simul cum *campis*, *terris*, *vineis*, etc., in quibus fuerat ædificata, canonicis Ecclesiæ Cremonensis ab eodem Ugone addicitur. Jam vero ejusmodi Oraculum seu Oratorium non ab Ugone ipso aut ab hujus patre exstructum fuisse, facillime argui potest; si enim usitatas instrumentorum formulas, si ingentem, quæ ubique se prodit, curam Ugonis minuta quæque memorandi, quæ ad se suosque spectant, advertas, consenties ultro, Ugonem haudquaquam silentio prætermissurum fuisse, siquidem Oratorii illius vel ipse vel pater ejus auctor et fundator exstitisset. Existimare ergo licet, Oratorii extructionem ad ve[illegible] etatem referendam esse. Sed rursus inquirendum hi[illegible] am e Cœlitibus tamquam titulari patrono ædes sac[illegible], seu aliis verbis quisnam fuerit Oratorii titulus [illegible] Charta nullum reipsa ædis titulum diserte [illegible] affirmare tamen non dubito, sedulo [illegible] contextum neque incompertum hunc [illegible] posse. Et profecto in primis advertas velim, Ora[illegible] in Donationis Actis Canonicis Cremonensibus ita [illegible] at deinde non modo enumerentur bona, quæ iisdem [illegible] antur, sed etiam onera, quæ imponuntur. Porro quis [illegible] erat, in ejusmodi oneribus maxime computari illa festa, quæ [illegible] ipso Oratorio celebranda sunt? Rursus autem quis dubitet, ex ecclesiastico ritu et consuetudine inter præcipua festa, quæ in sacra quapiam æde peragenda sunt, Patroni titularis annuam solemnitatem potissimum recenseri? Atqui in *Actis Donationis* nullum præscribitur celebrandum festum nisi unicum Deiparæ sine macula conceptæ. Ergo res ipsa clamat, sacram illam ædem immaculatæ Deiparæ Conceptioni fuisse dedicatam. Idque alia quoque ratione evincitur. Nam a communibus legibus et a con-

suetudine penes omnes recepta nimis abhorret, quod in solemni Donationis Instrumento, vi cujus dominium Oratorii transfertur, ac bona veluti dotalia cum suis oneribus adjiciuntur, nullum prorsus ne minimum quidem tituli ejusdem Oratorii indicium ulla ratione apponatur : nonne enim quemadmodum homines per suum quisque nomen, sic Ecclesiæ per titulos designantur? Atqui nisi statuas, titularem Oratorii patronum æquipollenter indicatum per ea fuisse, quæ de Festo Conceptæ Virginis adnotantur, jam quodlibet hujus tituli indicium ab Instrumento abesset. Patet ergo denuo, nullum alium excogitari posse Oratorii titulum, præterquam immaculatam Virginis Conceptionem. Sed, quod paulo ante præmisi, Oratorii ejusdem ædificatio ætati consignanda est præsenti Charta Donationis multo antiquiori. Sufficientia igitur ex ipsa Charta suppetunt indicia, quibus solemnem hunc Conceptæ Virginis cultum ad altiorem vetustatem revocemus.

At illud, quod verisimilibus conjecturis arguitur, Cremonenses memoriæ egregie confirmant. Etsi enim plurima intercideriut monumenta, et deploranda sit tum amissio ingentis membranarum copiæ, quas ex illustri familia De Summo in alias manus dilapsas vix ulla spes recuperandi affulget, tum uberrima interierit Archivii Ecclesiæ Cathedralis portio, quod grassante cisalpina illa famosa republica more prorsus vandalico vastatum fuit; tamen post teterrimum hoc naufragium reliquum est exiguum illud quidem, at aliquod solatium in schedis, quas viri docti rerumque patriarum studiosi, cum adhuc ad manum divitias illas haberent, conscriptas reliquerunt. Ex his autem schedis historicis cum nosse liceat, Longobardæ gentis De Summo eam esse antiquitatem, ut circa annum æræ vulgatæ DCC Gherardus De Summo Cremonensis Ducis titulum præferat; tum illud discimus, ædis sacræ, de qua diximus, erectionem alteri ex eadem gente De Summo, scilicet Uspinello Comiti tribuendam esse, qui tenente Cremonensem sedem Stephano II[1] anno 780 eam erigendam in suis terris curavit. Et ne incerti de re, quæ

[1] Vid. Henric. Sanclementi, *Series Episcop. Cremonens*, pag. 13.

nunc plurimum interest, hæreremus, de titulo scilicet ejusdem oraculi, Dei providentia factum est, ut hujus tituli servaretur memoria. Accipe enim quæ de hac re suis ipse oculis hausit vir præclarissimus, quem superius laudavi[1]: *Inter chartas membranaceas a concive nostro Wenceslao Cavaletti possessas Mediolani, unam vidi, ex qua constat Comitem Uspinellum prope castrum a se possessum et juris Gentis suæ Ducalis in loco, qui dicitur Plebs Octovillarum, publicum Oraculum construxisse anno* 780, *in honorem Beatæ Mariæ Virginis Matris Dei sine labe originali conceptæ.* Immo subdit idem egregius vir ex eadem charta constare, de eodem Mariæ privilegio nonnulla scripsisse Stephanum hujus nominis secundum Cremonensem Episcopum super verba Pauli Rom., V: *In quo omnes peccaverunt.*

VIII. Quod si cui incredibile videatur, Cremonensem Episcopum labente VIII sæculo aut IX incunte apposite nonnulla de conceptione Deiparæ ad Caput V Epistolæ ad Romanos scripsisse; ego vero audire ab ipso velim, an magis credibile ipsi videatur, quempiam per idem fere tempus fidem immaculati Virginis conceptus adeo certam, atque aliis exploratam habere potuisse, ut eadem tamquam principio quodam firmissimo ad alios errores refutandos uteretur. Nam nemo negabit, plus aliquid esse doctrina veluti certissima uti ad hæreticos refellendos, quam eamdem doctrinam inter explanandas sacras litteras proponere. Atqui habemus sane inter latinos illius ætatis scriptores, qui non modo immunem ab originali labe Virginem prædicet, ac tueatur, sed (quod caput est) ab hac fide tamquam indubia prorsus et inconcussa ad exagitandum alium hæreticorum errorem argumenta petat. Quæris, quisnam iste fuerit? Paschasius Ratbertus, inquam, Stephano II Cremonensi Episcopo paulo suppar[2]. Ilic utique ad eos refellendos, qui Mariam non secus ac reliquas mulieres, doloribus ac miseriis obnoxiam in partu

[1] In Regesto superius allegato præclarissimi viri Antonii Dragoni, pag. 156.

[2] Stephanus II Cremonensis Episcopus decessit anno 816, uti cum Ughelli *in Italia sacra* consentit Henricus Sanclementi in *Serie Episcoporum Cremonensium;* Paschasius autem Ratbertus obiit anno 851.

fuisse blasphemabant, argumento utitur, cujus summa hæc est : Pœnas peccati originalis, cujusmodi sunt dolores in partu, subire non debet qui ab originali culpa alienus est. Atqui Maria aliena fuit a culpa originali. Ergo pœnam, seu dolores in partu non subivit. En ejus verba[1] : *Idcirco cessent a talibus deliramentis, et confiteantur cum sanctis Patribus sic eum* (Christum) *esse natum de Virgine Maria, ut dignitas est et decuit Deum : nullas adscribant sacratissimæ Matri contumelias intulisse, non gemitus, non dolores, non ærumnas, non ullas viscerum vexationes, non ullas diræ tristitiæ corruptiones; quia hæc omnia, ut sæpe dictum est, in prima origine illatæ sunt vindictæ et retributiones justissimæ primæ prævaricationis. A quibus omnibus beata Virgo Maria quantum est aliena a culpa, tantum procul dubio libera fuit a doloribus et a pœnis.*

Itaque si Deiparæ immunitas ab originali labe adeo explorata erat et certa, ut tamquam notior ac certior adhiberetur ad Virginis integritatem in partu vindicandam, quid tandem mirum ac alienum a veri specie habebitur, ea de re scripsisse et Cremonensem Episcopum Stephanum II, virum ætate sua doctissimum, ac tum Regi Pipino, tum Carolo Magno, ad quem libros suos misit, amicissimum? Idque confirmatur ex Oratorii memorati constructione, quæ eidem Stephano coæva est. Oratorii enim constructio in honorem immaculati Deiparæ conceptus, eamdem fidem receptam ac notissimam extitisse indicat : atque adeo Stephanus illud demum scripsit, quod in ore omnium versabatur.

Et has quidem Cremonensis Ecclesiæ memorias præclarissimo ac patriarum rerum peritissimo Antonio Dragoni superius laudato acceptas refero, vota enixa rursus promens, ut [illegible] ipse improbo sane diuturnoque labore divitias ab imis [illegible] in commune beneficium producere ne valetudinis [illegible] impediatur.

[1] *De Partu Virginis* lib. II inter PP. Toletan. editos a Lorenzana ; [illegible] pag. 328, col. I.

TEXTUS IN MEMBRANA ITA IACET

CHARTA

Donationis factae Canonicis et Ecclesiae S. Mariae Matris ab Ugone de Summo Presbytero de cardine [1] ejusdem S. M. M.

In noie sce et indiuidue Trinitatis. Anno ab incarnacione dni nostri Iehu Xti milexiмo quadragexiмo septimo Indicione decima quinta mense Xbri in festo sce et immaculate concepcionis beate Virginis Marie Matris eiudem Dei et dni nostri Iehu Xti.

Ego Ugo de Summo filius Uspinelli comitis gratia dei sce Marie

TEXTUS MEMBRANÆ ITA LEGITUR

CHARTA

Donationis factæ Canonicis et Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Matris ab Ugone de Summo Presbytero de Cardine ejusdem Sanctæ Mariæ Matris.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo quadragesimo septimo, Indictione decima quinta, mense Decembri in festo sanctæ et immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ Matris ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi.

Ego Ugo de Summo, filius Uspinelli Comitis, gratia Dei sanc-

[1] *De cardine*, vel *de ordine cardinali*, vel *cardinales*, notum est dici eos consuevisse, qui cuipiam certæ Ecclesiæ addicti et quasi incardinati erant, ut ei semper vel præessent, vel servirent; his ex adverso respondent, qui certo tantum tempore vel Ecclesiam regebant, vel ei tamquam auxiliares addicebantur. Clericos autem Cardinales non Romana modo, sed et reliquæ Ecclesiæ olim habuisse videntur. Attamen cum S. Gregorii Magni ætate hæc appellatio clericis omnibus, qui Ecclesiæ alicui essent addicti, tributa videatur; posterius

MATRIS DE CREMONA EX ORDINE CARDINE PRIMUS PRESBITER SCHOLASTICUS[1] ET BIBLIOTHECARIUS QUI PROFESSO SUM[2] EX NACIONE MEA LEGE UIUERE LONGOBARDORUM P. PRESENS PRESENTIBUS DIXI : DUM HOMO A DEO CONDITO ET A XTO IESU REDEMPTO UIUIT IN HOC SECULO FELIX ERIT SI PRO UITA ETERNA FACIET SIBI THESAUROS DE PERITURIS HIUS UITE BO-

tæ Mariæ Matris de Cremona ex ordine Cardinali primus presbyter, Scholasticus et Bibliothecarius, qui professus sum ex natione mea lege vivere Longobardorum, per præsens præsentibus dixi : Dum homo a Deo conditus et a Christo Jesu redemptus vivit in hoc seculo, felix erit, si pro vita æterna faciat sibi

tamen pro diversitate tum locorum tum temporum modo ad plures, modo ad pauciores hic titulus spectavit, ut ex. gr. modo solis Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, modo aliquot tantum e Canonicis ipsis tribueretur.

[1] Etiam in decretis Synodi Tridentinæ (sess. XXIII, *De Reform.*, cap. XVIII) mentio fit et *Scholasteriæ* et *Scholasticorum*. Erat nempe *Scholasteria* ecclesiastica dignitas, qua exornabatur qui ecclesiasticis scholis præerat, atque *Scholasticus* seu *Scholarum magister* appellabatur. Postquam S. Synodus Tridentina sanxit, ut *officia vel dignitates illæ, quæ Scholasteriæ dicuntur, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra pagina aut in jure canonico..... conferantur*, et Seminaria erecta sunt, in quibus sacræ adolescentibus traduntur disciplinæ, Scholastico substitutus in Capitulis videtur Canonicus Theologus.

[2] *Hic* (*fortasse peculiaris*) *italicæ provinciæ ritus fuit* (inquit Ludov. Muratorius in *Præfat. ad Leges Longobard. Script. Rer. ital.*, tom. I, p. II, pag. 3), *in judiciis atque contractibus palam facere, quæ sua natio foret; ea quippe cognita, agnoscebatur et Lex, secundum quam quisque vivebat, et judicandum sese esse fatebatur..... Hinc vulgatissima illa dicendi formula : Ego N. N. qui professus sum ex natione mea Lege vivere Langobardorum*, etc.

Quem morem in criminalibus quoque causis servatum fuisse, luculenter evincit sententia, quam S. Henricus I Imperator adversus Marchiones Azzonem et Adalbertum eorumque patrem Othertum rebelles atque Lege Langobardorum viventes pronunciavit anno 1014 (apud eumdem Muratorium, *Antich. Estens.*, part. I, cap. XIII, pag. 108) : *Consilio ergo cum amicis Dei habito scrutata est et inventa est Lex Longobardorum, quæ ita jubet* : Si quis contra animam Regis cogitaverit aut consiliatus fuerit, animæ suæ incurrat periculum, et res illius infiscentur. *Secundum igitur Legem eorum, Nostra propria sunt omnia bona ipsorum, quia manifestum est ipsos contra Nos*

NIS UT ETERNAM PRO TERRENIS ACCIPIAT MERCEDEM CUM EUM DOMINUS DE HOC SECULO MIGRARE IUSSERIT. IDEOQUE EGO QUI SUPRA UGO DE SUMMO SCE MARIE MATRIS CREMONE DE ORDINE CARDINALI PRESBITER PRIMUS SCHOLASTICUS ET BIBLIOTHECARIO PROUIDEO HORDINARE ET IUDICARE UT AB ISTO DIE FESTO SCE ET IMMACULATE CONCEPTIONIS BEATE DEI GENETRICIS MARIE IN ANTE ET IN PERPETUUM MEA TERA CUM CASA ET HORTO ET CAMPIS ET UINEA ET OMNIA SUPERABENTE, QUAM HABERE UIDEOR IN LOCO ET FUNDO QUI DICITUR BORLENGA ULTRA PADUM SIT ET MANEAT IN IURE ET POTESTATE ORACULI[1] MEI IURIS QUOD UIDETUR ESSE ET EST

thesauros de perituris hujus vitæ bonis, ut æternam pro terrenis accipiat mercedem, cum eum Dominus de hoc seculo migrare jusserit. Ideoque Ego, qui supra, Ugo De Summo, sanctæ Mariæ Matris Cremonæ de Ordine Cardinali presbyter primus, Scholasticus et Bibliothecarius, provideo ordinare et judicare, ut ab isto festo sanctæ et immaculatæ Conceptionis Beatæ Dei Genitricis Mariæ in ante et in perpetuum mea terra cum casa et horto et campis et vinea et omnia superhabente, quam habere videor in loco et fundo, qui dicitur *Borlenga* ultra Padum, sit et maneat in jure et potestate Oraculi mei juris, quod videtur esse et est

non solum cogitasse aut consiliatos fuisse, sed etiam ausus nepharios et conatus impuros opere exercuisse et publice bella contra nos præparasse. Quia ergo Legibus eorum Nostra sunt bona ipsorum.....

In rem nostram faciunt quæ in *Præf. sup. allegata* addit Muratorius; *Initio autem sæculi X frequentius obtinere cœpit* Nationis, *ac subinde etiam* Legis *mentio in publicis tabulis: qui ritus vulgaris postea fuit, et fere semper usurpatus a Notariis sæculo XI et XII. Post annum* 1200 *via ejus vestigia reperias.* Intrinseco igitur indicio confirmatur, hanc chartam ad vetustum illud, quod præfert, tempus pertinere.

[1] Intellige ædem sacram, quæ alias etiam *Oratorium* dici consuevit.

Hujus ædis seu Oratorii nullum vestigium in præsens superest, neque recens ulla exstat memoria. E multis, quæ conjici hac de re possunt, illud quoque non abhorret a veri specie, dirutum ipsum aut etiam absorptum præterfluentis Padi gurgitibus fuisse. Nam et ingentem partem terrarum ad Padi dexteram adjacentium hujus undis fuisse abreptam certissime constat : et terras simul cum oraculo ab Ugone Cremonensibus Canonicis legatas Padum præterfluxisse patet ex ipso instrumento, in quo diserte earum fines ad Occasum et Septentrionem Pado flumine denotatos videmus.

EXTRUCTUM ET EDIFICATUM IN LOCO ET FUNDO QUI DICITUR PLEBS OCTOUILLARUM [1] ULTRA PADUM IN FINIBUS SCE HUJUS CREMONENSIS ECCLIE ET EPATUS [2] ET INSUPER IDEM ORACULUM IURIS MEI CUM DICTA TERRA IN EA ET CASA ET HORTO ET CAMPIS ET UINEA ET ONIBUS SUPERABENTE PRO MEA PIETATE ET DEUOTIONE ET PRO REMEDIO AIE MEE ET PARENTUM MEOR B. M. IAM DICTI USPINELLI COMITIS, ET N. F. HILDEGARDE PALAUICINE [3] DE CASTRO LAURO ULTRA PADUM AB ISTO DIE FESTO IN ANTE DO

exstructum et ædificatum in loco et fundo, qui dicitur *Plebs Octovillarum* ultra Padum, in finibus sanctæ hujus Cremonensis Ecclesiæ et Episcopatus; et insuper idem oraculum juris mei cum dicta terra in ea, et casa, et horto, et campis, et vinea, et omnibus superhabente pro mea pietate et devotione et pro remedio animæ meæ et parentum meorum bonæ memoriæ jam dicti Uspinelli comitis, et nobilis feminæ Hildegardis Pallavicinæ De Castro Lauro ultra Padum, ab isto die festo in ante do, dono.

[1] Nunc locus illic exstat, cui nomen *Altavilla*, ubi sedes etiam Vicarii foranei. Conjici autem posset, eandem hanc Altavillam esse ac veterem *plebem Octovillarum*, quæ hic memoratur. Neque propterea minus probabilis erit conjectura de oratorio Padi gurgitibus absorpto, si reputes in charta innui dumtaxat, oratorium intra fines Plebis Octovillarum extitisse; quod dici utique potuit, licet in ea parte oratorium assurgeret, quæ Padi ripæ proprior esset. Loci autem, *Borlenga* appellati, vix duæ tresve casæ inter se dissitæ modo supersunt; e quibus altera ad nostros prope dies ad nobilem Summorum gentem pertinuit.

[2] Notum est, Episcopatum Cremonensem ad ampliores olim, quam nunc, fines sese porrexisse. Ut enim nunc omittamus, Cremensem urbem, atque maxima ex parte etiam Diœcesim anno 1579 erectam, olim ad Cremonensem Episcopatum spectasse; certum est ad eandem Sedem pertinuisse amplam cis Padum regionem, quæ ab Archispresbytero seu Præposito Buxeti tamquam Cremonensis Episcopi Vicario regebatur; donec anno 1601, cum erigeretur nova Sedes Episcopalis Fidentina (Borgo S. Donnino), huic ex Cremonensi ditione catenus attributum fuit, ut, si paroecias suburbanas excipias, quidquid ab Æmilia Padum versus obtinet, Cremonensi Episcopo subtractum fuerit. (Conf. Ughelli, *Italia sacra*, tom. II, pag. 56-66.)

[3] Habes heic illustre avitæ Pallavicinorum nobilitatis monimentum; quo præterea dijudicare aliquid possis de conjecturis, quas antiquitatum italicarum vir peritissimus Lud. Antonius Muratorius (*Antichità Estensi*, part. I, cap.

DONO ET TRANSFERO IN DOMINIUM IUS ET POTESTATEM UENERABL FRATRUM MEOR CARDINUM DE ORD'NE JAM DICTE ECCLIE SCE MARIE MATRIS DE ISTA CIUITATE CREMONE UT IN PERPETUUM MANEAT IURIS ET POTESTAM SUPRA-

et transfero in dominium, jus et potestatem venerabilium Fratrum meorum Cardinalium de Ordine jam dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Matris de ista civitate Cremonæ. ut in perpetuum ma-

XVII, pag. 159, et cap. XXVI, pag. 258) protulit de cognatione, qua gens Pallavicinorum cum Estensium ac Malaspinarum gente devinciretur.

Cum enim vir doctissimus in chartam incidisset anno 1124 conscriptam (*Op. cit.*, pag. 154), ex qua constabat, quasdam olim terras ita divisas quadrifariam fuisse, ut earum pars avo Athonis Marchionis (e quo gens Estensium), pars proavo Marchionis Pallavicini, pars proavo Marchionis Malaspinæ, ac demum pars proavo cujusdam Marchionis Wilielmi cesserit; opinatus est vir doctissimus, prorsus verisimiliter hinc erui, ideo inter quatuor illos Marchiones divisas terras fuisse, quod fratres essent eodem Patre Otberto II Marchione nati. Eandem igitur Malaspinis et Pallavicinis atque nobilissimæ Estensium genti messe originem. Haud tamen inficiatur, hujusce terrarum partitionis aliam potuisse causam existere, maternam scilicet aliquam cum Estensibus cognationem. Cæterum Pallavicini, seu potius Pelavicini (ita enim habet charta anni 1124) nomen genti illi nobilissimæ inditum putat Muratorius ex eodem illo Marchione, qui anno 1124 cum Marchionibus Wilielmo Francisco, et Malaspina convenit ad litem propter illas terras cum Lunensi Episcopo exortam componendam.

Verum quod nunc damus monumentum, plane evincit, primam *Pallavicinorum* appellationem nequaquam ab eo Marchione duci posse. Jam enim ab anno 1047 apparet illustris femina e Pallavicinorum gente Hildegardes; quæ jam vidua erat, et filium habens, qui dignitate *primi e presbyteris* Ecclesiæ Cremonensis fulgebat, quique tum *bibliothecarii* tum *scholastici*, videlicet vel *magistri scholarum* vel *ecclesiasticarum scholarum Præfecti* munere fungebatur. Ergo provecta satis ætate Hildegardis tunc fuerit oportet. Pallavicinæ vero cognomen ita effertur, ut Hildegardis hoc a gente sua mutuata fuerit. Pallavicinorum ergo nomen genti illi, ac saltem Hildegardis Patri jam inhæserat.

Prætera communior cognominum origo ex Muratorii sententia (*Antiq. med. Ævi*, diss. XLII, tom. III, col. 791, D) ab agnominibus, quæ nos italice *soprannomi* dicimus, ducenda est « *Adeo*, inquit vir præclarus, *tenaci studio populus excipiebat ejusmodi extrinsecus addita nomina, ut non alio signo homines, immo et ipsam eorum familiam, designare vellet atque soleret; ipsique etiam nobiles sive ultro sive inviti cogerentur adscititia illa appel-*

DICTE ECCLIE MATRIS ET UENERABLIUM FRATRUM MEORUM QUI PRO TEMPORE FUERINT DE ORDINE CARDINALI EIUSDEM SCE MARIE MATRIS. COERIT EI TERRE MEE CUM IAM DICTIS OMNIBUS SUPERABENTE ET PERTINENTIBUS SUIS

neat juris et potestatis supradictæ Ecclesiæ Matris et venerabilium fratrum meorum, qui pro tempore fuerint de Ordine Cardinali ejusdem sanctæ Mariæ Matris. Cohæret ei terræ meæ cum jam dictis omnibus superhabente et pertinentibus suis a mane et a

latione postea uti, quamquam interdum vituperationem et scomma redoleret, ad se suamque gentem a reliquis secernendam. » Hæc ultro Muratorio dentur. At vicissim postulare licebit, ne quis putet, viros gentesque nobiles in admittendis atque usurpandis hisce agnominibus sese faciles exhibuisse, maxime si scomma aut agreste quidpiam redolerent, uti de Pallavicinorum appellatione sentit Muratorius. Itaque cum in monumento nostro prorsus honoris gratia *Pallavicinæ* cognomen Hildegardi addatur, jure merito infertur, non per ea primum tempora, sed longe antea, ac saltem Hildegardis ipsius Avis aut Proavis cognomen illud accessisse.

Ad hæc in eodem monumento Hildegardis non simplici *Pallavicinæ* cognomine, sed cum addito « *De Castro Lauro ultra Padum* » inferius insignitur. Porro scimus utique, Castrum Laurum (nunc *Corte maggiore*, oppidum a Pallavicina gente magnificentius dein reædificatum, atque etiamnum reliquis cis Padum facile præstans) caput extitisse Pallavicinorum ditionis ; at simul constat, hasce appellationes a ditionis loco seu a feudis mutuatas idcirco addi consuevisse agnominibus, ut plures inter se ejusdem gentis propagines discernerentur. Plures ergo ejusdem Pallavicinæ gentis rami jam exstabant. Id vero efficit, ut primus ille, cui Pallavicini appellatio inhæsit, et a quo deinceps plures ejusdem gentis propagines exortæ sunt, ad remotiorem adhuc ætatem rejiciendus sit.

His omnibus spectatis, profecto haud temere decernere quis poterit, hanc Pallavicinorum cognominationem ad primam saltem sæculi X medietatem rejici oportere. Atqui semel ac id statuatur, actum est prorsus de Muratorii opinione, quæ Pallavicinæ gentis caput inter Otberti II Marchionis filios aut nepotes quærit. Muratorius enim ipsemet refert (*Antich. Estens.*, part. I, cap. XIII, pag. 108) sententiam S. Henrici I Imperatoris, qua Otbertus cum filiis damnatur, propterea quod adversus ipsum Henricum partes Ardoini regis sequutus fuerat, ac bellum gesserat. Hæc autem sententia lata est anno 1014, quando scilicet Hildegardis Pallavicina Uspinello comiti De Summo jam nupto fuerat, ac propterea quando nomen Pallavicinorum genti illi jamdiu tributum fuerat. Non ergo a filio aliquo Marchionis Otberti, multo vero minus ab aliquo hujus abnepote aut nepote, Pallavicinæ gentis caput et origo deduci potest.

A MANE ET A MERIDIE MAGNIFICI FRATRIS MEI THEBALDI DE SUMMO COMITIS A SERO ET A MONTE IDEM FLUMEN PADUS. UOLO AUTEM UT IAM DICTA MATER MEA N. F. HILDEGARDE PALAUICINA ILLUSTRIS ET HONORANDA FEMINA QUOADUSQUE ILLI DEUS UIUERE CONCESSERIT ABEAT OMNI ANNO OMNES FRUCTUS QUOS IAM DICTI UENERBLES FRATRES MEI DE ORDINE CARDALI SCE MARIE MATRIS CREMONE PERCEPERINT DE INTEGRA UINEA QUE EST PLANTATA ET CULTA SUPER IPSA TERA MEA IN IAM DICTO LOCO ET FUNDO QUI DICITUR BORLENGA. UOLO INSUPER UT IAM DICTI UENBLES FRATRES MEI DE ORDINE CARDINE HUIUS SCE MARIE MATRIS DE AC CIUITATE CREMONE HORDINENT FIERI INTRA SPATIUM DUORUM ANNORUM AB AC IPSA FESTIUITATE COMPUTANDUM UNAM NOBILEM ET PULCRAM STATUAM DE LIGNO INCORUPTIBILI SIUE DE MARMORE PRO EODEM ORACULO QUE REPRESENTET IMAGINEM EIUSDEM SCE MARIE MATRIS NOSTRE CORONATE DUODECIM STELLIS[1] IN CUIUS AMPLA SUPERUESTE SINT SOL ET LUNA ET SUB PEDIBUS EIUS ABENTE ANTIQUUM SERPENTEM CUI IN PARADISO TERESTRI A DEO DICTUM

meridie (terra) Magnifici fratris mei Thebaldi De Summo comitis, a sero et a monte idem flumen Padus. Volo autem ut jam dicta mater mea nobilis femina Hildegarde Pallavicina, illustris et honoranda femina, quoadusque illi Deus vivere concesserit, habeat omni anno omnes fructus, quos jam dicti Venerabiles fratres mei de Ordine Cardinali Sanctæ Mariæ Matris Cremonæ percepperint de integra vinea, quæ est plantata et culta super ipsa dicta terra mea in jam dicto loco et fundo, qui dicitur *Borlenga*. Volo insuper, ut jam dicti Venerabiles Fratres mei de Ordine Cardinali hujus Sanctæ Mariæ Matris de hac civitate Cremonæ ordinent fieri intra spatium duorum annorum ab hac ipsa festivitate computandum, unam nobilem et pulchram statuam de ligno incorruptibili sive de marmore pro eodem Oraculo, quæ repræsentet imaginem ejusdem Sanctæ Mariæ Matris nostræ coronatæ duodecim stellis, in cujus ampla superveste sint sol et luna, et sub pedibus ejus habente antiquum serpentem cui in paradiso

[1] Hæc manifesto spectant ad illud Apocalypsis (cap. XII, v. 1) : *signum magnum apparuit in cœlo ; Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.* Quamquam ut locus serpenti

EST [1] : INIMICITIAS PONAM INTER TE ET MULIEREM ET SEMEN TUUM ET SEMEN ILLIUS ; IPSA CONTERET CAPUT TUUM ET TU INSIDIABERIS CALCANEO EIUS. UOLO AUTEM UT SERPENS ITA SIT SCULPTUS UT FRUSTRA UIRUS INERMIS [2] UIDEATUR UOMERE ET NEQUISSIMUM EIUS CAPUT SIC BEATA UIRGO

terrestri a Deo dictum est : *inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius : ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.* Volo autem, ut serpens ita sit sculptus, ut frustra virus inermis videatur vomere, et nequissi-

conterendo servetur, luna non sub pedibus mulieris, sed in veste jubeatur describi.

Ægre ferebat Desiderius Erasmus (in not. ad cap. XII *Apoc.*, *Opp.* tom. VI, col. 1109) hunc locum de Virgine Maria intelligi; quod præter veterum omnium interpretationem fieri querebatur.

En interpretationem illam quinto ante ipsum sæculo receptam. Quod si antiquiora quis cupiat, ut alios nunc prætermittamus, præsto est Augustinus qui (*De Symb. ad Catech.*, lib. seu *serm.* IV, c. 1) eamdem interpretationem veluti plebi christianæ notissimam memorat : *Draconem diabolum esse, nullus vestrum ignorat : mulierem illam Virginem Mariam significasse, quæ caput nostrum integra integrum peperit.*

Ceterum, quod in rem nostram plurimum facit, hinc discimus, morem effingendi imagines B. Mariæ Virginis ad exemplar mulieris Johanni ostensæ in Apocalypsi non modo esse antiquum, sed præterea *ad mysterium Immaculatæ Conceptionis Sanctæ Dei Genitricis* significandum spectare.

Cujus rei aliud exemplum sic refert Benedictus Piazza (*Causa Immac. Concept.* Act. III, art. II, n. 86, pag. 255) : *Extat Messanæ super ædem S. Mariæ a Porta, æs campanum..... conflatum anno 1104, ut indicant notæ M.C.IIII. ad ejus oram ex metallo prominentes. In istius campanæ superficie existit, anaglyptico opere ex ipso ære fusum, B. Virginis Mariæ simulacrum, cœlum suspicientis, et falcatam lunam pede calcantis : quale nos efformare solemus, ad exprimendum mysterium Immaculatæ Ipsius Conceptionis. Ædes porro illa, cujus est præfata campana, licet* S. Mariæ a porta *vulgo nominetur, quod secus antiquam Messanæ portam sita fuerit, semper tamen Immaculatæ Conceptionis titulo est insignita, et hujus Conceptionis solemne festum, tamquam sibi proprium et peculiare vindicavit.*

[1] Duo hinc elucent : primum quidem, locum hunc Geneseos de immunitate B. Virginis ab originali culpa intelligi consuevisse; alterum vero, antiquum morem exprimendi serpentem Deiparæ pedibus subjectum et proculcatum, ad ejusdem mysterii fidem denotandam pertinere.

[2] Hæc sententia mirum in modum congruit cum iis, quæ de eadem re scri-

FORTI PEDE CONTERAT UTI DECET ILLAM QUE[1] GRATIA FILII AB ORIGINALI LABE ANTICIPATA REDEMPTIONE PRESERVATA[2] SEMPER FUIT TAM ANIMA

mum ejus caput sic Beata Virgo forti pede conterat, uti decet illam, quæ gratia Filii ab originali labe anticipata redemptione

pserat Prudentius, adeo ut vel ipsa Prudentii verba usurpata hic videantur. Ita enim christianus Poeta (*Cathemer.* Hymn. III *ante cibum*, a v. 146) :

Hoc odium vetus illud erat,
Hoc aspidis atque hominis
Digladiabile discidium,
Quod modo cernua femineis
Vipera proteritur pedibus.
Edere namque Deum merita
Omnia Virgo venena domat :
Tractibus anguis inexplicitis
Virus inerme revomit
Gramine concolòr in viridi.

Conf. Faustini Arevali notæ in h. l. et *Prolegom.* cap. X, pag. 115.

[1] Mirum sane, quam apte et concinne Immaculatæ Conceptionis Deiparæ mysterium paucis proponatur ! scilicet Matris privilegium singulare ita Filii gratiæ prævenienti tribuitur, ut eidem Filio sua Redemptoris omnium prærogativa ac ratio servetur. Quamquam perperam id dixi *mirum*. Quæ enim doctrinæ in Christi Ecclesia pacifice tradi et obtinere pacifice consueverunt, nuspiam cum deposito Fidei eas minus cohærere deprehendimus. Confer hæc interim cum iis, quæ in Constitutione Alexandri VII (*Sollicitudo*, 8 Dec. 1661) sic leguntur : *Sane vetus est Christifidelium erga ejus Beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas, sentientium, ejus animam, in primo instanti creationis atque infusionis in corpus, fuisse speciali Dei gratia et privilegio intuitu meritorum Jesu Christi, ejus Filii, humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis præservatam immunem; atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemni ritu colentium et celebrantium.* Doctrina igitur, quam Apostolica Sedes adversus obloquentes tueri memorata Constitutione voluit, eadem est ac illa, quæ ante omnem exortam controversiam pacifice in Ecclesia obtinebat.

[2] (*Quæ gratia Filii ab originali labe anticipata redemptione præservata semper fuit tam anima tam corpore integra et immaculata.*) Fac diligenter advertas, propterea Beatam Dei Genitricem *tam anima tam corpore integram*, propterea *semper immaculatam* prædicari, non solum quia nihil unquam actu peccavit, sed quia ab originali quoque labe immunis præservata fuit ; adeo ut animæ et corporis integritas, et numquam ab eadem Sancta Vir-

TAM CORPORE INTEGRA ET IMMACULATA. INSUPER HORDINO UT OMNI ANNO IN FESTIUITATE IMACULATE CONCEPTIONIS BEATE MARIE MATRIS DEI IN

præservata semper fuit tam anima tam corpore integra et immaculata. Insuper ordino, ut omni anno in festivitate Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Matris Dei in eodem Oraculo in Missa

gine absens puritas veluti corollaria quædam præservationis a peccato originali exhibeantur.

Enimvero valere id plurimum potest ad eximendos scrupulos quorumdam, quos merito dixeris morosos, et quibus suadere numquam possis, hujus mysterii mentionem in scriptis veterum occurrere, nisi disertis verbis idem mysterium ac per formulas in scholis usitatas expressum ostendas; reliquas enim formulas exquisitis interpretationibus, ne dicam cavillis, ad alios sensus detorquere ipsis solemne est.

Et sane ex allatis verbis constat, sententiam de immaculata Virginis Conceptione aliis quoque formulis efferri consuevisse; e quibus jure istas censere licet eminuisse, utpote quas ab eo, qui studiosissime, disertisque verbis hoc mysterium exprimere voluit, usurpatas videmus. Itaque quod Maria diceretur *integra corpore et anima*, itemque quod prædicaretur *semper immaculata*, id ex usu loquendi inter fideles recepto tam certe, tamque manifeste ad immaculatæ Conceptionis mysterium referebatur, quam referretur alia illa formula, qua dicebatur *a peccato originali præservata*.

Et merito quidem. Nam si auctore Chrysostomo (In Epist. ad Ephes. Hom. XXIV, n. 5) ejusmodi est animæ humanæ integritas seu virginitas, ut primi parentis peccato perierit; eadem vero, quod ex communi omnium sententia dixit Theophylactus (Orat in Præsent. B. M. V. n. XI, tom. III, p. 476), si semel amittatur, irreparabilis sit; quænam tandem anima vero sensu dici queat *integra ac virgo*, nisi quæ a prima illa labe immunis exstiterit?

Id vero adhuc manifestius elucet quoad alteram illam formulam, qua dicitur *semper immaculata*. Si enim *semper* exstitit immaculata, numquam igitur macula quapiam deturpata fuit. At vero id falso affirmaretur, si semel turpissima peccati originalis labe aliquando deformis exstitisset. Hinc eamdem hanc formulam Romana usurpavit Ecclesia, cum immaculati Conceptus Deiparæ mysterium in suis precibus diserte voluit profiteri. Sic enim in tertia oratione Missæ ea die nuperis annis præscriptæ: *Mensæ cœlestis pasti deliciis, tuam, Deus, misericordiam imploramus, ut Sanctissimæ Virginis Mariæ,* QUÆ SEMPER TIBI PLACUIT, *precibus adjuti, nullis a te tentationibus separemur.*

Verum quod vis sententiæ ac verborum suapte natura postulabat, ne scilicet hæ dicendi formulæ per vim et per cavillos ad significandum vel solum

EODEM ORACULO IN MISSA ACCENDATUR PHARUM[1] ET TOTA DIE ARDEANT DUODECIM LUMINARIA ET CANATUR TROPUS[2].

accendatur pharum, et tota die ardeant duodecim luminaria, et canatur tropus.

virginitatis in partu decus, vel innocentiam post emundationem a peccato originali perpetuam, jam ex usu loquendi in Ecclesia recepto confirmatur invicte; quando locutiones hasce tamquam exquisitissimas, atque vigilantissimas ad immaculatæ Conceptionis doctrinam exprimendam usitatas reperimus.

[1] *Phari* aut *fari* nomine veniebat candelabrum, seu, ut habet Plinius (Histor. lib. XXXIV, n. VIII), lychnuchus (a græco λυχνοῦχος), e quo plures candelæ vel lucernæ arderent.

Horum variæ erant figuræ. Quidam enim orbiculares erant, alii in *coronæ* speciem efformati, quæ ab Anastasio (in vita S. Silvestri n. 34) *phara coronata* dicuntur; alii *crucis*, alii *retis* figuram præferebant, alii *arboris* formam exhibebant.

Hos lychnuchos usitatos fuisse etiam ethnicis testatur Plinius (loc. cit.) inquiens. *Placuere et lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes, qualis est in templo Apollinis Palatini.*

Usitatissimi vero fuerunt christianis. Qua de re dignum memoria est quod scribit Anastasius in vita Hadriani I (n. 320): *Denique ejus Beatitudo fecit et pharum majorem in eadem B. Petri Ecclesia in typum crucis, qui pendet ante presbyterium, habentem candelas mille trecentas et septuaginta. Et constituit, ut quatuor vicibus in anno ipsum pharum accendatur, id est, in Nativitate Domini, in Pascha, in natali Apostolorum, et in natali Pontificis.* Cujus quidem moris vestigium prope ad nostros usque dies perstitit, cum ejusmodi lychnuchus in modum crucis miræ altitudinis, innumerisque ardens lucernis quotannis in eodem Vaticano templo feria sexta majoris hebdomadæ erigeretur. Hac de re conf. Du Cange, *Glossar. med. et inf. Latin.* v. PHARUS.

Ex hoc interim discimus, Conceptionis festum valde solemne tunc fuisse, utpote quod peculiari hoc ritu insigniretur.

[2] Tropus (a τρόπος, *modus*) proprie, inquit Durandus Guillelmus (*Rational Div. Offic.* lib. IV, cap. v, n. 6), est quidam versiculus, qui in præcipuis festivitatibus cantatur immediate ante introitum, quasi quoddam præambulum, et continuatio ipsius introitus, ut v. gr. in festo Nativitatis ante introitum illum: *Puer natus est nobis*, etc., præcedit tropus iste: *Ecce adest de quo Prophetæ cecinerunt, dicentes: Puer* etc.

Troporum exempla profert tum Cardinalis Bona (*Rer. liturg.* lib. II, cap. III, § 3), tum Georgius Dominicus (*De Liturg. Rom. Pontif.* tom. II,

ACTUM IN AEDE CANONICA SCE MARIE MAIORIS CREMONE DIE MENSE ANNO UT SUPRA.

† EGO UGO DE SUMMO G. D. PRESBITER PRIMUS SCHOLASTICUS ET BIBLIOTHECARIO SCE MARIE MATRIS DE ORDINE CARDINALIS.

Actum in Ædc Canonica Sanctæ Mariæ Majoris Cremonæ die, mense, anno ut supra.

† Ego Ugo De Summo gratia Dei presbyter, primus Scholasticus et Bibliothecarius Sanctæ Mariæ Matris de Ordine Cardinali, etc.

Diss. III, a n. III). Et Bona quidem, quem sequitur Vezzosi (*Præfat. ad* tom. V *Opp. Card.* Thomasii, pag. IX), censet eorum usum non præcedere annum Christi millesimum. Georgius tamen (l. c. n. V) nonnullos affert, qui antiquiores videntur. Præterea Du Cange (*Gloss. med. et inf.* Latin. v TROPUS) hæc affert ex vita B. Notkeri Balbuli, qui anno 912 obiit: *Et non solum ea, quæ Beatus vir Notkerus dictaverat, verum etiam ea, quæ socii et fratres ejus in eodem monasterio S. Galli composuerant, omnia canonizavit, videlicet hymnos, sequentias,* tropos, *letanias* etc. Sublati autem fuere omnes hi rhythmi a Missali Romano jussu Pii V edito, quod priscam Romanæ Ecclesiæ liturgiam minime saperent. Ita Georgius (l. c. n. VII).

Illud hic sedulo advertendum, tropi usum in festo Conceptionis Deiparæ esse indicio, inter præcipuas solemnitates hoc festum fuisse computatum.

Quænam autem eodem festo recurrente præscripta tunc Missa fuerit, nullo indicio certo discimus. Duo tamen sunt, quæ suadere videntur, eamdem tunc Missam præscriptam fuisse, quæ deinceps per universum Occidentem usque ad Sixti IV tempora obtinuit, eam nempe quæ in festo ejusdem B. V. Nativitatis recitari solet, *Nativitatis* tantum nomine in nomen *Conceptionis* immutato.

Primum indicium suppeditat ipsius subjecti tropi ratio. Etenim quæ apud rerum liturgicarum scriptores prostant veterum troporum exempla, satis ostendunt, hosce concinnari sic consuevisse, ut cum præscripto Missæ introitu, quocum unum quid efficiebant, apte componerentur. Atqui præsens tropus aptissime cum introitu illius Missæ connectitur, cum utrobique Mariæ laudes per modum salutationis celebrentur.

Alterum indicium nobis præbet Sicardus, cujus superius meminimus, Cremonensis episcopus. De hoc enim argumento cum scriberet, Conceptæ Virginis festivitatem, ut vidimus, ex celebri abbatis Elsini revelatione existimavit inductam. Porro cum censeri non possit, ipsum ignorasse, ex præscripto illius revelationis eam, quam diximus, Missam usurpatam fuisse, profecto

TROPUS CANENDUS
IN CONCEPTIONE SANCTA IMMACULATA
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS
MATRIS DEI

CANDIDISSIMA UTI LILIA [1]
SALVE ÆTERNI PATRIS LILIA [2].

numquam in eam opinionem venisset, aut saltem de sua hac opinione incertus hæsisset, quando aliam Missam revelatione illa indictam, aliam vero in Cremonensi Ecclesia sua recitari aut recitatam fuisse perspexisset.

[1] Vides hic *lilium* usurpari ceu symbolum omnimodi illius candoris ac puritatis, quæ cujusvis maculæ expers fuerit.

Cum Latinis consonat Græcorum Ecclesia, qui propterea *lilii* candorem Mariæ tamquam ipsi *soli* proprium attribuunt. Sic in festo SS. Martyrum Guriæ ac sociorum (Men. die 15 Nov. *Ode VI*) : *Cum cœlestis sponsus Te solam, o Dei Genitrix, in medio spinarum reperiisset velut purissimum lilium ac florem convallium, in te tabernaculum suum defixit*, Σὲ μόνην τῶν ἀκανθῶν ἐν μέσῳ εὑράμενος ὡς καθαρώτατον κρίνον, καὶ κοιλάδων ἄνθος. Cujus sententiæ vim habes dein citra figuras expressam, cum in festo Conceptionis Mariam celebrant velut *solam* omnis maculæ expertem. Ita enim in Menæis (die IX Dec. Init. Matut.) : *Prophetarum chorus olim prædixit puellam immaculatam, innocentem, ac Dei filium, quam Anna, sterilis cum esset ac gignendi impos, concepit. Hanc, quotquot salutem per ipsam adepti sumus, hodie corde exultantes beatam celebremus* utpote solam cujusvis labis expertem (ταύτην σήμερον ἀγαλλιάσει καρδίας μακαρίσωμεν οἱ δι' αὐτῆς σεσωσμένοι, ὡς μόνην πανάμωμον).

Vides itaque veterum vestigiis institisse Ecclesiam, sive cum olim Missam huic mysterio celebrando concinnatam probavit, cujus introitus ab iis verbis incipiebat : *Sicut lilium inter spinas*, etc. ; sive cum novissime proposuit Immaculatæ Conceptionis officium, cujus prima ad Laudes antiphona eamdem continet sententiam e S. Canticis deductam (Cant. II, 2) : *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.*

[2] Quod frequenter apud Latinos occurrit, ut Maria *Dei filia* appelletur, id

SALVE MATER REDEMPTORIS,
SALVE SPONSA SPIRATORIS [1].
SINE MACULA CONCEPTA
SALVE TRIADIS ELECTA [2].

et apud Græcos usitatissimum fuit; imo nihil his frequentius aut solemnius, quam ut Deiparam antonomastice et absolute Dei filiam compellent. Instar omnium sint et Sophronius, qui in suo *Triodio* (in IV tomo *Spicilegii Rom.* per E^mum^ Angelum Mai, pag. 189) sic rogat : *Domine Deus meus, qui Dei filiæ, quæ te nescia thori peperit, virginitatis claustra nequaquam solvisti; ipsius sanctis precibus solve vincula peccatorum meorum* (ὁ τὰς κλεῖς μὴ λύσας τῆς παρθενίας τῆς ἀπειρογάμως σε τεκούσης θεόπαιδος); quod etiam ipse Sophronius repetit in Anacreonticis a P. Matranga editis, ode I, v. 8 et alibi (*Spicil. Rom.* t. IV, p. 49); et Cretensis Andreas, qui (*Orat. de Nativ. S. Mariæ, Galland.* t. IX, p. 94) de Beata Anna sic scribit : *Nam quæ sine filiis et sterilis erat, Dei filiam Virginem suscepit filiam* (ἡ γὰρ ἄπαις καὶ στεῖρα τὴν θεόπαιδα παρθένον ἐπαιδοποίησε).

Quomodo autem et id referri possit ad singulare illud immaculati Conceptus privilegium, in commentario disseruimus. Illud interim advertas velim, Mariam Deiparam non modo *Dei filiam* absolute vocitari, sed insuper ipsam ceu *solam* Dei filiam prædicari. Sic Ecclesia græca in Pervigilio Assumptionis ejusdem Virginis canit (Men. die XIV Augusti, *Ode IX*) : *Gaudio exultate piorum omnium corda in dormitione* solius filiæ Dei (ἐν τῇ κοιμήσει τῆς μόνης θεόπαιδος), *pervigili ipsius prece ad salutem perducti.* Et hanc quidem laudem iterat Ecclesia græca in festo ejusdem Virginis Conceptionis canens de Eva (Men. die IX Decem. *Od. V*) : *Gestiat ingenti lætitia progenitrix nostra; hodie enim gaudii nuntia mœrorem expellentia propter Conceptionem* solius Filiæ Dei *accipit* (σήμερον γὰρ δέχεται χαρᾶς μηνύματα τὴν λύπην ἀπωθούμενα τῇ Συλλήψει τῆς μόνης θεόπαιδος).

[1] Ne parum vigilans videatur vox *Spiratoris*, quam auctor ad Spiritus Sancti personam indicandam ac simul rhythmum servandum adhibuit, recole quod apud Johannem (cap. III, v. 8) legitur : *Spiritus, ubi vult, spirat.*

Ceterum haud obscurum est, triplicem hanc Beatæ Virginis dignitatem, quod nempe Dei Patris celebretur Filia, Dei Filii Mater, atque Sponsa Spiritus Sancti, ideo adduci, ut triplex promatur veluti titulus singularis illius privilegii, cujus gratia agitur solemne Conceptionis ipsius festum.

[2] Antonomastice dicitur *Triadis electa;* unde et Ecclesia orientalis uti *solam Deo electam* celebrat. Sic in festo S. Ephraem Syri (Men. die XXVIII Januarii, *Ode IV*) : *Virginem uti divinum delubrum, uti montem sanctum, uti fontem incorruptionis uti* solam *Deo conditori nostro electam* (ὡς ἐκλεκτὴν μόνην χρηματίσασαν τῷ πλαστουργῷ ἡμῶν Θεῷ) *collaudamus.*

SALVE INFERNI VICTRIX ASPIDIS,
ILLIUS EXPERS SOLA CUSPIDIS [1].
SALVE TRIADIS ELECTA,
SINE MACULA CONCEPTA.

[1] Quemadmodum hic Deipara *sola* prædicatur serpentis inferni victrix, atque ab ejusdem cuspide intacta; sic in Orientis Ecclesia celebratur ut quæ *sola* serpentem a se repulerit. Ita in festo S. Martyris Pelagiæ (Men. die IV Maii, *Ode VI*): *Evæ quidem auribus perversissimus serpens venenum infudit: Tu vero* SOLA *ipsum a te repulisti, o Dei Mater, quæ ejusdem interemptorem genuisti* (Σὺ δὲ μόνη τοῦτον ἐξετινάξω, Θεομῆτορ, τὸν ἀναιρέτην τούτου κυήσασα).

Atque hic aliud, esto levioris momenti, advertendum tamen occurrit. Videlicet si propositio illa, qua Maria dicitur *sola expers cupidis serpentis*, prense et, ut aiunt, ad litteram accipiatur, nonne manifestam hæresim sapit, cum a consortio illius privilegii prorsus omnes, ac propterea ipsum Christum Dominum excludat? Et nemo tamen, propositionem illam cum audit, de hæresi illa vel levissime suspicatur, aut quidem cogitat. Cur nam illud? Nempe quia ubi res est inter catholicos, harum propositionum sensus ea ipsa doctrina, quam omnes tenere ac profiteri constat, circumscribitur ac suapte quasi natura determinatur, adeo ut neque eas proferens suspicetur alio sensu ab audientibus intelligi easdem posse, neque qui audiunt, alio sensu eas proferri cogitent. Haud recte igitur ii faciunt, qui Beatæ Virginis immunitati ab originali labe adversari eas propositiones autumant, quibus solus Christus a peccato immunis prædicatur. Neque enim enuntiationes istæ alium sensum habere unquam potuerunt, nisi qui cum doctrinis in Ecclesia receptis plane congrueret: proindeque alium iis sensum affingere perinde est ac vim ipsis inferre, atque contra proferentium mentem eas interpretari.

DE SEQUENTI INCERTI

AUCTORIS HYMNO

DISQUISITIO CRITICA

Causa hujus hymni rursus edendi, § I. — Codices MSS. hymni auctorem non recentiorem sæculo IX ostendunt, § II. — Minus probanda opinio, quæ hymnum Paulo Wanfrido adscribit, § III-VI. — Rationes hymnum S. Ambrosio vindicantes, § VII-VIII. — Quidnam certi ex hoc hymno erui possit, § IX.

I. Primus hunc hymnum in lucem edidit Io. Baptista Federici, monachus Sangermanensis, eumque egregio suo opusculo inscripto, *La Immacolata Concezione della B. V. Maria comprovata, etc. Napoli* 1792, inseruit, merito ratus, pergratum id cunctis futurum ea præsertim de causa, quod satis luculentum de B. Virginis omnimoda a labe peccati puritate testimonium præferat.

Atque eadem prorsus me ratio impulit, ut eum recudendum nunc censerem, postquam (quod conditioni loci ac temporis, quibus opusculum editum fuit, tribui maxime debet) vel inter nos exemplar aliquod ipsius ægre nancisci licet ; ex quo inferri jure potest, multo minus extra Italiæ fines hoc monumentum innotuisse.

II. Quia vero monumentorum pretium ac vis ad fidem faciendam ex ipsorum ætate atque auctore petitur ; ideo quid de hisce opinari liceat, laudati viri vestigiis insistens, paucis hic innuam.

Repertus est itaque hymnus in MSS. exemplaribus veteris Breviarii, quo Congregationis Casinensis monachi olim uteban-

tur; et in primis Vesperis solemnibus B. V. in cœlum Assumptæ[1] canendus præscribitur. Codices autem eumdem hymnum continentes laudatus Federici plures recenset Sangermanenses[2], ac præter eos alterum Sublacensem[3], ac Farfensem alterum[4]; quibus addi debet et Codex Ecclesiæ Beneventanæ, longobardicis litteris exaratus[5], quem memorat Jo. Baptista Marus[6].

Porro inter hos codices duo potissimum eminent, alter scilicet Sangermanensis n. 420 notatus, quem Federici[7], adhibitis artis criticæ subsidiis, sæculo IX labente aut ad minus X ineunte conscriptum affirmat et probat; alter vero Sublacensis, quem ad eamdem circiter ætatem referendum argumentis haud infirmis idem censet.

Quæ cum ita sint, etiamsi nihil ulterius de hymni auctore rescire daretur, jam ex ipsa MSS. codicum ætate statuendum foret, eum sæculo IX recentiorem existimari non posse.

III. At non desunt præterea indicia quædam, quibus sin minus certum, probabile saltem de auctore hymni judicium ferri possit.

Duplicem ea de re sententiam, seu potius suspicionem obortam reperio. Nam D. Josephus Di Costanzo, Abbas Sangermanensis et Casinensis Congregationis in Urbe Procurator, qui primus in Sublacensi codice hymnum legerat[8], celebri Paulo Diacono seu Wanfrido, qui sæculo VIII labente in Sangermanensi monasterio supremum diem obiit, eum adscribendum opinatus est. Federici vero maluisset cum S. Ambrosio Mediolanensi antistiti tribuere.

IV. Atqui si harum opinionum momenta expendantur, prior

[1] Federici Opusc. cit. pag. 15.
[2] Ibid. pag. 24.
[3] Ibid. pag. 19.
[4] Ibid. pag. 313.
[5] Ibid. pag. 21.
[6] *In notis ad Petri Diaconi Opuscul. de Viris illustrib. Casinens.* cap. VIII.
[7] Opusc. sup. cit. pag. 23.
[8] Vid. Federici Opusc. cit. pag. 19-21.

illa infirmam adeo, meo quidem judicio, se prodit, ut mirum sit, quomodo Abbas Di Costanzo in eam descendere potuerit.

Allegat ipse quidem, quod scripserat Jo. Baptista Marus[1] : *Exstat pariter hymnus Alcaicus Dactylus e veteri MS. Longobard. ecclesiæ Beneventanæ ritu in festo Assumptæ Virginis Mariæ decantari solitus, ex nostro Paulo, ut asseritur, scriptus.* Verum hinc nihil præter vagum quemdam rumorem habemus. Et sane incertam hanc famam retulit quidem Marus ; at eo ipso quod ne verbum quidem ea de re ipse addiderit, palam satis fecit, nihil ei præsto fuisse quo rumori illi pondus conciliaret. Nunc adde Marum plane ignorasse, eumdem hymnum in aliis quoque codicibus contineri : ac propterea nullam causam ipsi fuisse de hoc negotio diligentius inquirendi. Hæc autem conficiunt plane, nihil esse quod ad exquirendam Mari de hac re sententiam movere nos possit.

V. Ceterum postquam in memoratis codicibus Sangerm. et Sublac. inventus est hymnus, atque accuratius expendi idem potuit, jam arduum non erat, conjecturæ illius seu rumoris infirmitatem nosse.

Et sane neque ipse Di Costanzo diffitetur[2], hymnum sat castigatæ esse latinitatis. Porro Paulum ætate sua et ingenii et doctrinæ laude præ ceteris claruisse ultro dabimus ; at simul quænam latinitatis ratio ævo Caroli Magni obtineret, novimus omnes ; idque ex ipsius Pauli scriptis dimetiri licet. Neque movere debet quod aiunt[3], hymnographos sequioris ætatis imitandum sibi veterum stylum proposuisse. Prodit enim semper sese infelix ævum; idque multiplici poetarum et hymnographorum illius ætatis experimento comprobatur adeo, ut plura de his disputare plane superfluum, et unice idoneum ad risum movendum videri queat.

VI. Ad hæc si rerum adjuncta spectentur, intelligi vix potest, quomodo hymnus ille, si Paulum habeat auctorem, in Breviarium irrepere potuerit. In memoratis enim codicibus assignatur

[1] *In notis* ad cap. VIII Opusc. Petri Diaconi *de Vir. illustr. Casin.* apud Muratori *Scrip. Rer. Ital.* tom. VI, pag. 19.

[2] Apud Federici Opusc. cit. pag. 33.

[3] Ibid. pag. 33.

canendus in Deiparæ ad cœlos Assumptæ anniversaria memoria. Porro cum hoc festum longe antiquius sit ipso Paulo, ac propterea merito existimare possimus, hymnum aliquem ea occasione cantandum jam exstitisse præscriptum: dicendum foret, vetustiorem illum hymnum expunctum fuisse, ut huic Pauli recentiori locus concederetur. Atqui id ullam veri speciem vix habere potest. Nam si dicas id factum esse vivente adhuc Paulo, qui hymnum in eum finem concinnaverit; ipse adversus hoc repugnat hymnus, qui de Assumptæ Virginis mysterio ne verbum quidem habet; nimis autem a veri specie abhorret, quod Paulus novum hymnum veteri surrogandum pro ea solemnitate scripserit, et tamen nullam in eo mysterii celebrandi mentionem adjecerit. Dices ergo non in eum finem hymnum conscriptum a Paulo fuisse; et solum post ejus mortem in Breviarium fuisse insertum. Verum adversus hanc hypothesim duplex eaque gravis difficultas exoritur ex codicibus Sangermanensibus, inter quos alterum omnium antiquissimum atque ad IX sæculum spectantem reperiri diximus. Primo enim codex iste non modo est omnium mendosissimus, sed insuper præfert hymnum iis scatentem erratis, quorum origo juxta commune criticorum judicium nulla est alia, quam imperitia amanuensis, qui menda inducta ex vetustiorum amanuensium negligentia corrigere voluerit. Ejusmodi est[1], quod codex habeat *in nube*, ubi scribendum fuerat, *innubæ;* videlicet cum vetustior amanuensis, diphthongo omissa, scripsisset *innube*, posterior alius censuit eam vocem in binas dividendam: quod quidem mendum commune est aliis codicibus Sangermanensibus. At quomodo hæc locum habuissent, siquidem hymnus non aliunde sed ex scriptis Pauli, qui in eodem monasterio non multo ante obierat, deductus fuisset?

Alia gravior difficultas est, quod idem codex auctoris nomen hymno præfigit his verbis *Ymnus S. Ambrosii*. Porro missa interim fiat quæstio, an hymnus vere sit S. Ambrosii. Illud tamen manifestissimum est, Sangermanenses tunc monachos nequaquam putasse, hymnum Paulo Wanfrido esse adscribendum:

[1] Federici pag. 21, 22.

neque enim epigraphen cum Ambrosii nomine addidiscent. At vero quomodo Pauli esse hymnum ignorassent illi, quorum opera, uti fingitur, vetustior hymnus e Breviario expungebatur, ut alter a suo ipsorum Paulo, non diu ante ibi defuncto, conscriptus substitueretur?

Opinio itaque, quæ Paulum Diaconum hymni auctorem facit, non modo ratione quavis sive intrinseca sive extrinseca destituitur, sed iis præterea difficultatibus et intrinsecis ex extrinsecis premitur, ut prorsus improbabilis merito censeri possit.

VII. Dispiciendum nunc est, cujusmodi sint rationes, quæ hymnum S. Doctori Ambrosio adscribendum suadent.

Et si de extrinsecis sermo sit, sincere fatendum est, unicam eam esse, quæ ex memorata codicis Sangermanensis inscriptione petitur. Vereor tamen ne hæc ipsa ratio paulo levior, quam par sit, Federici visa fuerit.

Nempe eum movet, quod unicus cum sit codex ea inscriptione insignitus, ad magnam firmamque fidem faciendam non sit idoneus.

At 1° contendit ipse, ac refragatur nemo, eum codicem tum antiquitate tum excellentia optimum esse ac præstantissimum, utpote qui Breviarium a Sangerm. monachis recitandum continebat[1].

2° Præterire eum non debuit, non eamdem omnino rationem hymnorum habendam esse, ac habeatur aliorum opusculorum, v. gr. Sermonum, Epistolarum, Tractatuum, etc. Nam cum mos ferret et rei natura postularet, ut hisce opusculis auctoris nomen præfigeretur; hymni ex adverso in Breviariis suppresso auctoris nomine describi adeo consueverunt, ut instar exceptionis sit, si quando nomen occurrat, atque id potius quam consuetudini, tribuendum videatur vel insigni Auctoris cujuspiam famæ, vel privato in ipsum amanuensis affectui. Atque ejus rei luculentum argumentum prostat in hoc ipso codice, qui plurimos cum contineat hymnos, quatuor tamen dumtaxat habet, qui nomen auctoris præseferant.

[1] Federici Opusc. cit. pag. 22, 23.

3° Ut scite advertit ipse Federici[1], si parvi fiat ejusmodi codicis auctoritas; quid tandem erit de canone illo, quem quidam veluti solum inconcussum proponunt, ut scilicet ii dumtaxat hymni habeantur velut genuini fœtus ex gr. S. Ambrosii, qui sub nomine Ambrosii allegantur a quopiam antiquo scriptore? Nam cum hymnorum Ambrosianorum catalogum olim exstitisse nemo noverit, eo demum res recidit, ut ideo hymnum tamquam Ambrosianum Beda v. gr. vel Ildefonsus allegaverint, quod in quopiam codice nomen ejus præfixum hymno viderint. Ergo simul atque nutet auctoritas codicum, atque eorum præcipue, qui ecclesiastico usui destinati noscuntur, jam et celebris illius canonis firmitas concidat oportet.

4° Denique si testi etiam unico sua stat fides, quando de ipsius tum diligentia in factis addiscendis, tum in referendis veracitate, per experientiam multiplicem constantemque certiores sumus; jam vero hac quoque commendatione codex noster haud destituitur. Tres alios enim, ut monuimus, præter hunc habemus in eo codice hymnos, qui nomen auctoris in fronte gerunt. Suppetit igitur, unde de diligentia ac fide sive amanuensis sive illius qui harum inscriptionum auctor fuit, aliquid pronunciare possimus. Atqui cum ex his duo quidem ejusdem S. Ambrosii, alter vero Sedulii nomen præferant, verissime et illos S. Ambrosium, et hunc habere auctorem Sedulium ex aliorum monumentorum, criticorumque sententia deprehendimus[2]. Quousque igitur fidem codicis tentare nobis licet, certo et constanti experimento novimus, non temere nec oscitanter hymnis ea nomina, sed accurate et vigilanter fuisse apposita.

VIII. Quod vero extrinseca suadent indicia, idipsum argumentis confirmatur intrinsecis.

Nam 1° ii quoque, ut vidimus, qui alterius potius quam S. Ambrosii hymnum censent, ultro fatentur, ipsum satis purgata castigataque latinitate nitere. Ambrosiano igitur ævo consignandus est. Quod si minus arridet Ambrosius, certe alius inter illius

[1] Pag. 27.

[2] Feder. Opusc. cit. pag. 25, 26.

ætatis, non vero inter sequiorum temporum scriptores quærendus esset auctor.

2° Præfert hymnus scriptorem rerum divinarum penitissima simul ac sibi familiarissima scientia instructum. Præfert scriptorem, qui vel inter metricæ orationis difficultates non verba intermiscet otiosa, sed particulis singulis, singulisque prope vocibus gravissimas sententias inserit. Atque ut alia prætermittamus, præfert scriptorem, qui elocutionis elegantiam non vulgari gravat ornatu, sed robore quodam suo, et constanti sibi dignitate nobilitat. Porro has dotes in Ambrosium quadrare, virum nempe ingenii, eloquentiæ, ac doctrinæ laude conspicuum, nemo diffitetur.

3° Illud idem, quod in hymno Josephus Di Costanzo [1] reprehendendum censuit, quod nempe syntaxis interdum difficilis appareat implexaque, tum quod sensa aliquando non desint paulo abstrusiora; non modo deterrere nequit, quin imo impellere deberet ad hymnum S. Ambrosio vindicandum. Nemo enim ignorat, hanc esse Ambrosianæ orationis peculiarem quamdam ac propriam tesseram.

4° Denique idem Di Costanzo [2] ultro consentit, quamdam phrasium ac sententiarum similitudinem inter hunc et alium S. Ambrosii hymnum intercedere, cujus est initium : *Veni, Redemptor gentium* [3].

Interna itaque indicia cum externis in idem conspirant. Quod si addas insuper, nihil solidi contra proferri; quisquis has excolit disciplinas facile dabit, haud potiori jure plura opuscula aliis scriptoribus, nemine reclamante, adscribi, quam præsens hymnus S. Antistiti Ambrosio vindicetur. Sed hac de re judicium sapientiorum esto.

IX. Duo interim in rem nostram licet certo statuere. Primum est, illustre in hoc hymno exstare testimonium doctrinæ, quæ purissimam a quavis peccati labe Sanctam Virginem Deiparam

[1] Apud Federici pag. 33.
[2] Ibid.
[3] Opp. tom. II, col. 1221. Paris 1690.

profitetur. Hinc enim[1] genus hominum universum serpentis veneno infectum, atque vulnere languidum exhibet; inde vero[2] Sanctam Virginem piaculi insciam. Alterum est, suam huic monumento eamque ingentem constare vim, sive cum Ambrosio, sive alii (veteri tamen scriptori, iisque, quarum memnimus, dotibus insigni) tribuas. Nam et absonum est, auctorem alienam a communi Ecclesiæ sensu doctrinam hymno inseruisse; ac multo magis a specie veri abhorret, apud plures Ecclesias locum in sacro Breviario concessum hymno fuisse, siquidem peregrinas et a communi fidelium sensu remotas sententias prætulisset.

HYMNUS.

Quis possit amplo famine præpotens
Digne fateri præmia Virginis,
Per quam veternæ[3] *sub laqueo necis*
Orbi retento reddita vita est?
Hæc, Virga Jesse[4]*, Virgo puerpera,*
Hortus[5] *superno germine consitus*[6]*,*
Signatus alto munere fons sacer[7]*,*
Mundum beavit viscere[8] *cælibi.*
Hausto maligni primus ut occidit

[1] Stroph. III.

[2] Stroph. IV.

[3] Cod. Sang. 410 *væterne*, Cod. 506 *veternæ*, Sublac. 167 *eterne*.

[4] Is. IX, 1.

[5] Sang. 410 et cum eo reliqui *ortus*.

[6] Græcis quoque Patribus solemne est, Mariam appellare παράδεισον θεοτεύκτον.

[7] Hinc elucet, antiquum in Ecclesia morem fuisse, ut quæ de Sponsa in Cantico Canticorum leguntur, de B. V. acciperentur.

[8] Sang. 410 et 506 *visceræ;* Subl. 167 *viscera*.

Virus[1] *chelydri*[2] *terrigenum parens:*
Hinc lapsa pestis per genus irrepens[3]
Cunctum profundo vulnere perculit.
Rerum misertus sed sator, inscia
Cernens piacli viscera Virginis,
His ferre mortis crimine languido
Mandat salutis gaudia sæculo.
Emissus astris Gabriel[4] *innubæ*
Æterna portat nuntia Virgini:

[1] (*Hausto virus...*) Mirum sane, quod Federici, viri alioquin docti, ingenium torquere adeo hæc locutio potuerit, ut idoneam ejus rationem reddi posse pæne desperaverit (*Op. cit.* pag. 343, 344). Et quod lepidum videbitur, refert ipse sententiam alterius, quem tamquam peritissimum artis grammaticæ laudat, aientis (*ibid.* pag. 41, 42) illam locutionem licentiæ poeticæ deputandam, qua τὸ *hausto* positum sit pro *haustus*, non secus (inquit) ac apud Tacitum τὸ *audito* ponitur pro *auditus*, ubi legimus (*Ann.* lib. II, n. 7): *Audito, Castellum Luppiæ flumini adpositum obsideri, sex legiones eo duxit.* Quæ cum minus probari dein accepisset (*ibid.* pag. 343, 344), demum concludit, nunquam in animum inducere potuisse, ut grammaticorum tricis ac subtilitatibus caput obtunderet. At præsto erat, quod ipsi ab alio significatum fuit (*ibid.* pag. 37), τὸ *virus* ibi positum esse pro *viro*. Quod si minus arridebat quod habet Rob. Stephanus (in *Thesaur. Lat. v.* Virus) et post Stephanum tenet etiam Facciolati (*Lex.* ad *v.* Virus), hoc nomen esse indeclinabile (quam tamen sententiam respuit Vossius *De Analog.* lib. I, cap. XLVI), cum apud Lucretium legamus tum *viri* tum *viro;* possunt tamen aliquo modo hæc conciliari, si advertamus, quod monet Servius (in *Georg.* I, 129), *ætate sua* unicam vocem *virus* in usu fuisse, quæ nominandi, accusandi et vocandi casibus inserviret; antiquatum vero esse, quod legebatur apud Lucretium. Cumque Servius labente IV sæculo, ac V ineunte vixerit, nil mirum, si hymni Auctor, qui ad eamdem pertinet ætatem, posthabita voce *viro*, quæ antiquata habebatur, vocem *virus* etiam sexto casu usurpare fas sibi duxerit.

[2] Sang. 410 *celidri,* 506 *chelidri,* Subl. 167 *chelydri.*

[3] Neglectam hic habes syllabæ quantitatem; neque enim τὸ *irrepens* creticum præbet. At norunt eruditi, id non raro tum in Ambrosii tum in aliorum poetarum illius ætatis scriptis occurrere. Exemplum non dissimile habes apud Prudentium (Hymn. XIV *peri steph. S. Agnetis,* v. 13):

Jussis renisam, quo minus idolis.

[4] Sang. 410 *gabrihæl.*

Verbo tumescit latior[1] *æthere*[2]
Alvus replentem sæcula continens.
Intacta Mater, Virgoque fit parens,
Orbis Creator ortus in orbe est,
Hostis pavendi sceptra remota sunt,
Toto refulsit lux nova sæculo.
Sic virginalis vincula permanent
Prodit pudoris dum thalamo potens;
Mansere clausæ arctius[3] *ut fores,*
Intrante demum quas[4] *sera vinxerat,*
Hoc signat ædis janua non patens,
Quam celsa Vatis[5] *visio prodidit,*
Soli tremenda[6] *pervia Principi,*
Mansura nempe clausa perenniter[7].
Sit Trinitati gloria unicæ,
Virtus, potestas, summa potentia,
Regnum retentans[8] *quæ Deus unus est,*
Per cuncta semper sæcula sæculi. Amen.

[1] Sang. 410 *æthære.*

[2] Frequentissime et apud Græcos B. Virgo eadem ex causa celebratur, uti τῶν οὐρανῶν πλατυτέρα.

[3] Sang. 410 *clause artius.*

[4] Mendose et contra fidem Codicum hymnus jam editus hic legit *quos.*

[5] Nimirum *Ezechielis* LXIV, 3.

[6] Melius consuli videtur et metri rationi et sensui, si legatur *tremendo.*

[7] Sang. 410 *perhænniter.*

[8] *Retento* in sensu retinendi seu tenendi habes apud Claudianum (lib. IV) qui ad eamdem circiter, ac hymni Auctor, pertinet ætatem. Recurrit etiam apud Prudentium (*Hamart.* v. 108):

Dic, age, quis terras ditionis sorte retentet?

DE

JOHANNIS EUBOEENSIS ORATIONE

IN CONCEPTIONEM DEIPARÆ

MONITUM.

De codicibus hanc orationem continentibus, § I-IV. — De Auctoris ætate et præstantia. Allatii conjectura expenditur de *Damasceni* nomine Auctori tributo. § V. — De veterum homiliarum in Conceptionem Deiparæ indole, § VI. — De historia Nativitatis B. V. Jacobo adscripta, § VII. — An quidpiam auctoritati Patrum inde depereat, quod hanc historiam ceu veram admiserint, § VIII.

I. Johannis Eubœensis orationem *in Conceptione Deiparæ* prælo jam paraverat Leo Allatius, una cum nonnullis aliis opusculis græce ac latine edendis, quorum elenchum apud Michaelem Le Quien videre licet [1]. Verum, quod ab eodem discimus Le Quien, labores isti Allatiani iniquissimo fato interciderunt. Narrat hic scilicet [2], Allatium opusculorum eorum syllogen Auberto illi liberaliter transmisisse, qui demandatam a Cleri Gallicani Comitiis anno 1636 provinciam edendorum Operum S. Jo. Damasceni in se susceperat, ut instar Appendicis ad S. Doctoris scripta publica luce donarentur. At vero dum Aubertus, aliis curis distentus, neque suscepto muneri satisfacit, neque Francisco Combefisio, qui, ipso annuente, huic spartæ adornandæ manum ad-

[1] Opp. S. Johan. Damasceni, tom. I, pag. XXVII.
[2] Ibid. pag. III-IV.

moverat, transmissa sibi ab Allatio opuscula communicare in animum induxit, eo res devenit, ut illo supremum interim diem obeunte, cum reliquis ejus chartis Allatiana quoque scripta interierint.

II. Bina tamen eaque sat prolixa homiliæ Johannis Eubœensis supererant nobis fragmenta, quæ idem Allatius prolegomenis ad Damasceni Opera a se paratis, et a Le Quien deinde editis, inseruerat[1]. In quæ cum incidissem, demirari quidem primum cœpi luculentissimam, quam præferunt, de Sancta Deiparæ Conceptione sententiam ; tum vero stupere vehementer, qui fieri potuerit, ut tam insigne testimonium, quo et sane antiquus Deiparæ Conceptæ cultus ostendebatur, et ejusdem cultus ratio tam splendide tradebatur, taciti prætermissent plerique omnes, qui de hoc argumento post edita jam a Le Quien Damasceni Opera conscripserant. Sed ardenti præsertim desiderio incensus sum, integram, si quo modo fieri id posset, orationem nanciscendi; quod denique et assecutus sum. Post Lambecium enim tum Jo. Albertus Fabricius, tum Guillelmus Cave duplicem ms. græcum codicem indicabant, in quo homilia illa legebatur, utrumque autem in Vindobonensi Cæsarea Bibliotheca exstantem. Facile vero, ut exemplar inde exscriptum Romam transmitteretur, ab insigni humanitate obtinui Emi. viri Card. Fornari, cui utpote Præfecto sacri Concilii de definienda Deipara sine labe concepta, hoc negotium maxime curæ erat[2].

III. Verum si lætandum mihi fuit, quod Romam denique pervenisset exemplar e Cæs. codice inter Theol. n. 247 exscriptum, additis præterea ad marginem lectionibus variantibus ex codice inter Hist. Eccles. n. 114; et dolendum fuit tantumdem, cum experientia compertum est, Codices, unde apographum illud

[1] § LXVIII, Opp. S. Johan. Damasc. per M. Le Quien, tom. I, pag. LII, LIII.

[2] Novo me sibi beneficio obstrinxit Vir Eminentissimus, cum duas alias homilias, quas nondum editas compereram, alteram S. Tarasii, quam paulo infra dabimus, Johannis Thessalonicensis alteram, quam utpote mere historicam huic edere nihil attinet, ex Regiæ Parisiensis Bibliothecæ codicibus exscribendas peramanter curavit.

deductum fuerat, tanta mendorum copia exundare, ut merito Augiæ stabulo comparare eos possis. Hinc cum adhibitis etiam aliorum curis, qui sæpe sæpius conjectando potius quam interpretando utcumque tot labes tergere studuerunt, oratio multis adhuc lacunis hisceret, ubi nempe adeo corruptus erat textus, ut probabilem aliquem sensum ne divinando quidem assequi liceret; jam consilium, quod in antecessum foveram, integram evulgandi orationem, prorsus abjiciendum videbam, aut certe quædam tantummodo edi posse fragmenta existimabam.

IV. At demum exoptatas suppetias tulit Ronanus codex, qui in insigni Barberiniana Bibliotheca delitescebat. Et re sane vera quempiam alium exstare codicem, unde Johannis hanc homiliam exscripsisset Allatius, duo erant, quæ plane suadebant. Primum quod Allatius de hac oratione sermonem instituens[1], nihil prorsus mendorum copiam lamentaretur; alterum quod titulus orationi in exemplari Allatiano præfixus, plane diversus ab eo esset, quem præfert codex Cæsareus.

Hujus itaque codicis, quo olim et Allatius usus est, quemque exscribendi ac vulgandi amplissimam mihi veniam summa excellentissimi Principis Barberini fecit humanitas, integrum textum dabo. Non caret quidem et hic codex suis mendis: at leviora illa sunt, neque ejusmodi obducunt tenebras, ut orationis sensus omnino fugiat. Insuper his quoque corrigendis suum aliquod Cæsarei codices, utut corruptissimi, præsidium conferre potuerunt; quod sicubi fiat, ad calcem submotatum lector inveniet. E Cæsareis autem codicibus non recensebo quidem, tamquam varias lectiones, eorum menda prope innumera; adnotabo tamen 1° quando ad menda Barberiniani codicis abstergenda aliquid contulerint; 2° si quando citra menda variam aliquam lectionem aut sententiam præseferant[2].

V. De orationis auctore Johanne Eubœensi pauca omnino

[1] *In Prolegom. ad Damasc. Oper.* l. sup. cit.

[2] Codices hisce notis indicabuntur: *C. Barb.* codex Barberinianus: *Cæs. A.* codex Cæsareus Vindobonensis inter Theol. n. 247: *Cæs. B.* alter Vindobonensis mutilus inter Hist. Eccl. n. 114.

sunt, quæ dici possint. De ipso Guillelmus Cave[1] : *Johannes monachus et presbyter, postea, ut videtur, Eubœæ episcopus, claruit circa annum* 744. Cui consentientem seu potius præeuntem habemus Leonem Allatium, qui in laudatis superius prolegomenis[2] fatetur, eum *nunc presbyterum, nunc Eubœæ episcopum orationibus ab eo compositis præfigi*. Subdit vero : *Quantæ ipse in Ecclesia fuerit auctoritatis vel illud evincet, orationes illius in æstimatione fuisse adeo, ut a multis sub Damasceni nomine vulgarentur*.

Verum quamvis nihil Johannis auctoritati detractum velim, non dissimulandum tamen censeo, quid de isto Allatii judicio existimare quispiam posset post ea quæ de eodem Johanne Eubœensi scribit Michael Le Quien[3]. *In codicibus Græcis*, hic inquit, *manu exaratis etiam vetustis, hinc inde aliquot occurrunt orationes de Christianæ religionis mysteriis, et in solemnitates Sanctorum*, Johannis Damasceni et episcopi Evœæ *sive* Eubœæ *nomine inscriptæ*. Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ καὶ ἐπικόπου Εὐοίας.

Hæc Le Quien, de cujus fide utpote viri in versandis vetustis MSS. assidui, haud locus debet esse dubitandi. Porro si plures reipsa codices, iidemque vetusti, ejusmodi inscriptionem præseferunt ; nescio an quispiam Allatio facile permissurus sit, Johannis Eubœensis orationes ideo Damasceno Johanni adscriptas fuisse, quod celeberrimo huic viro inspecta earum indoles tribuendas easdem suaderet. Sane ut Allatii stet conjectura, oportet jam statuamus, inscriptionis a Le Quien memoratæ auctores (quicumque ii demum fuerint) plane sibi persuasisse percelebrem illum Doctorem, fideique pugilem Johannem Damascenum *Eubœæ*, seu *Chaldicis*, seu *Euripi* (nam tribus hisce appellationibus promiscue illam sedem indigitatam novimus) episcopum exstitisse. Atque hoc quidem compertissimum est ; qui enim Jo. Damascenum appellassent *Eubœæ episcopum*, si ea

[1] *Hist. Litter.* ad ann. 744.
[2] § LXVIII.
[3] *Oriens. Christ.* tom. II, col. 214.

dignitate insignitum, atque illa sede potitum eum fuisse non censuissent? Atqui Græcos, et quidem veteres Græcos, prout MSS. codicum ætas postulat, existimare potuisse, Johannem illum Damascenum, qui propter exantlatos in fide catholica defendenda tot labores notissimus evaserat, eumdem in Eubœa insula episcopum fuisse, hoc enimvero in animum inducere maxime arduum merito dixeris; tum quia hanc de Johanne Damasceno opinionem perlatam esse aliquando, nullum exstat indicium, nemo memoriæ prodidit; tum quia celeberrima inter Græcos fama gestorum Jo. Damasceni nullum huic opinioni locum reliquum faciebat; tum demum quia historiæ, quæ omnium manibus terebantur, cujusmodi sunt menologia ac menæa, eidem opinioni manifeste repugnabant.

Cur ergo, dices, *Damasceni* nomen Johanni Eubœensi adhæsit? Valde obvium, inquam, responsum prostat: fac iste quoque Johannes patria Damascenus exstiterit; en rationem illius appellationis in promptu habes. Neque vero pugnat, duos exstitisse Johannes e Damascena urbe oriundos, quorum alter monachus in Palæstina vixerit, alter episcopus in Eubœa insula evaserit. Neque itidem novum accidit, episcopis præter nomen sedis, alterius quoque loci alia de causa nomen adjungi. Sic duos habes Anastasios Antiochenos episcopos, quorum utrique Sinaitæ nomen adhæsit, quia monasticam ad montem Sinai vitam uterque egerat. Sic Andreas *Cretensis* episcopus appellatur etiam *Hierosolymitanus*, quia clero hujus Ecclesiæ adscriptus ante episcopatum Cretensem fuerat.

VI. Pauca nunc de indole homiliæ censeo subjungenda, propter eos maxime, qui veterum sermones in Deiparæ Conceptionem numquam adhuc legerint. Ex iis etenim erit fortasse, qui præconcepta ductus opinione, sollicite avideque sermonem pervolvat, an Patres privilegium illud Virginis tueantur, an validis firment rationibus, an multi sint in eo celebrando et inculcando, diligenter scrutaturus.

Monendus itaque, si quis forte ita mente comparatus sit, tempora a temporibus diligenter distingui oportere. Nam aliam cujuslibet argumenti pertractandi rationem ante exortas contro-

versias usurpatam fuisse, aliam vero postquam controversiæ efferbuerunt, tum ipsa rei natura per se suadet, tum innumera exempla confirmant. Utique post motas quæstiones usu venire videmus, ut in ipsis quoque ad populum sermonibus vires omnes ad doctrinam quampiam tuendam, oppositamque refellendam conferantur; imo eamdem ob causam sæpe factum comperimus, ut oratio etiam per vim eo pertraheretur, si quando præstitutum argumentum ultro cuipiam quæstioni locum non præberet; cujus rei exemplum præsto est etiam in exordio sermonis, quem infra daturi sumus, S. Sophronii Hierosolymitani, in quo orationem ad mysterium SS. Trinitatis inculcandum, accersita prorsus per vim occasione, pertractam videre est. At vero ante hasce lites enatas immerito in Patrum homiliis apologeticum hoc ac prope pugnax contentiosumque dicendi genus requirimus. Neque enim causa erat pugnandi, ubi nemo repugnabat, neque rursus causa suberat, cur mysterii tunc enarrandi cuidam dumtaxat veluti particulæ pressius ac fere toti Patres insisterent. Eorum proinde oratio liberius ac latius vagari solet. Et quemadmodum in sermonibus, qui plures supersunt, *de Nativitate Præcursoris Domini*, frustra exspectes, vires eo maxime contrahi, ut ejusdem nativitatis evincatur sanctitas; sed Patres modo in parentum ejus laudes effundi, modo in Angeli nuntio explanando, modo in Zachariæ cantico illustrando, modo in vita et gestis ejusdem Præcursoris enarrandis, modo in redemptionis humanæ mysterio, cujus quædam inchoatio erat admiranda illa nativitas, commendando versari reperias; idipsum et in sermonibus de Conceptione Virginis, quin imo et de ejusdem Nativitate factum cogita.

VII. Occasionem porro latius vagandi Patribus præbuit non modo reparationis humanæ gaudium, cujus administra atque instrumentum Maria exoriebatur; non modo infinita laudum seges, quam Mariæ dignitas numquam non suppeditat; sed quædam præterea adjunctorum series Conceptionem ejus ac Nativitatem vel præcedentium vel subsequentium; unde factum est, ut etiam ad parentum ipsius, Joachim et Annæ, laudes uberes prosiluerint. Et quidem postremo argumento fusius prosequendo amplam materiem dedit historia quædam, de qua lectorem monere operæ

pretium existimo, quo facilius eorum, quæ in ejusmodi sermonibus occurrunt, vim percipere queat.

Notissima scilicet ac valde celebris maxime per Orientem ferebatur narratio inscripta titulo *Historiæ Nativitatis SS. Deiparæ Mariæ*, et auctorem præferens Jacobum quemdam, qui in nonnullis codicibus etiam *Apostolus* dicitur aut *frater Domini* ; quamquam hoc inter additamenta posterioris ætatis accensendum esse, bene notat Jo. Carolus Thilo[1]. Antiquissimam eam historiam esse dubitari adeo non potest, ut idem Thilo[2] pronunciare non dubitet, haud improbandam esse Combefisii sententiam, qui[3] eam ad ævum Apostolicum referendam censet. Et certe usos ipsa esse Origenem, Nyssenum Gregorium, Eustathium Antiochenum, Epiphanium, Andream Cretensem, Damascenum, Photium et plerosque deinde omnes, evincunt horum scripta ; quin imo eam allegasse tum Clementem Alexandrinum, tum Irenæum, ac forte ipsum quoque S. Justinum Martyrem, communiter consentiunt eruditi[4]. Ex quo illud etiam licet arguere, hanc historiam neque exiguo in pretio apud veteres, neque tamquam hæreticorum figmentum habitam fuisse ; cum contra interdum incidamus in Patres, qui de aliqua corruptione in eam per hæreticos inducta acriter conquerantur.

Quod autem in præsens attinet, ferebatur in ea Joachimum, cum pro gentis consuetudine munera Deo oblaturus ad templum ascendisset, probris exceptum ac repulsum fuisse a quopiam seu Ruben seu Rubenita, propterea quia (quod inter Judæos maledictum habebatur) prole careret : proinde simul cum uxore Anna precibus ac jejuniis intentum, dolorem suum coram Deo effudisse votoque sanctissimos conjuges se obstrinxisse, oblaturos se Deo, si quam prolem concedere ipsis dignaretur : monitos dein per Angelum fuisse de sobole mox suscipienda, quam prædicaturæ

[1] Codex apocryph. N. T. tom. I, Prolegom. § 4.

[2] L. c.

[3] Auctar. tom. I, col. 1224.

[4] Conf. Thilo l. c., et Tenzelium in not. ad S. Hieronym. librum de Viris illustribus cap. II, in Biblioth. Eccles. Fabricii, pag. 27.

essent universæ tribus terræ; quod factum cum fuisset, Mariam triennem Deo in templo obtulisse, etc.

Hinc itaque factum est, ut Patres, dum huic historiæ presse inhærent, eamque modo parcius modo uberius explanant, gestis Joachimi et Annæ enarrandis, virtutibusque eorum celebrandis ut plurimum immorentur: hinc excursiones illæ ad disserendum de tribubus Judæ et Ruben, alterius quidem privilegia ac præstantiam, alterius autem probra prosequendo; cujus rei specimen singulare habes in præsenti Johannis nostri oratione.

VIII. Atqui, inquies, si ita res habet, et si ex ejusmodi sermonibus de ratione ac scopo solemnitatis dijudicare licet; jam duo plane consequuntur: primo quidem festum Conceptionis prout a Græcis celebrabatur, nihil habere commune cum mysterio, quod latina Ecclesia colendum proponit; deinde vero quidquid demum græci Patres de Conceptione Virginis proferant, id totum fidei illius historiæ, apocryphæ scilicet ac propterea nullius auctoritatis, inniti.

IX. Quibus ut breviter occurratur, advertendum in primis est, non semper ex sermonibus sive homiliis de festi ratione judicium ferri posse. Nonne et apud nos in proverbio est, sermones panegyricos sæpe recitari, qui mysteria singularia prætervolant, et dictitari solent *sermones de communi?* Hujus autem moris exempla et apud veteres non deesse, satis ille novit, qui vel unius v. gr. Augustini sermones pervolverit.

Deinde vero aliud est orationem latius vagari, aliud est nihil eam præseferre, quod satis festi rationem declaret. Equidem si qua alia, hæc maxime Johannis homilia huc illuc excurrere dicenda est. Atqui tamen præclare adeo festi Conceptionis rationem proponi, ut nihil luculentius exoptari possit. *Si dedicationem templorum,* inquit ipse ad finem sermonis, *solemni ritu celebramus; quanto id vero magis præstandum est, quando non ex lapidibus sacra ædes exædificatur, sed beneplacito Dei et cooperatione Sanctissimi et vivificantis Spiritus vivum Dei Verbi templum in ventre Annæ construitur?* Qua sane brevi sententia et clarissime proponitur festi ratio, ipsa nempe Mariæ Conceptio: et ejusdem Conceptionis sanctitas ac puritas mira perspicuitate

exprimitur. Quemadmodum enim Bernardus in celebri de hoc argumento epistola[1], ex peccati præsentia arguit Spiritus Sancti vivificantis absentiam; æquo profecto jure dum Sancti ac vivificantis Spiritus præsentia in ipsa Conceptione prædicatur, necessario infertur cujuslibet absentia peccati.

X. Quod ad alterum vero spectat, fac etiam, si ita vis, nihil de hac re Patres dixisse, quod non deductum ab illa Jacobi historia videri possit. Quid inde demum concludes? Profecto ubi de doctrina christiana agatur (certe autem agitur de gravissimo doctrinæ christianæ capite, cum quæritur an omnes ad unum filii Adæ, patris peccato inquinati fuerint), valde abjecte de Patribus opus est ille sentiat, qui existimet eos non modo faciles in recipiendis historiis, sed cæcos in iis, quæ fidei depositum attingunt, admittendis sese exhibuisse. Tantumne præ illis præsumimus de nobis, tantumne fidei amorem, divinarumque rerum notitiam nobis præ illis tribuimus, ut quæ primo veluti intuitu aut flocci facienda aut etiam prorsus reprobanda judicamus, inconsulto illos amplexos esse suspicemur? Etiamsi itaque doctrinæ illius, quæ Deiparam a communi filiorum Adæ labe eximit, vestigia in ea historia deprehenderentur, perperam inde eam contemnendi ansam quispiam sumeret. Verum hisce nihil est opus. Neque enim in ea Jacobi historia quidpiam reperies, quo præformata de Mariæ immunitate a peccato originis sententia dici possit. Ac proinde quidquid demum de historia ipsa sit, nemo doctrinæ de Immaculato Virginis Conceptu calumniari propterea potest, quod ab apocrypho libro profecta videri queat.

XI. Quoad ea vero quæ de Joachimi et Annæ gestis ab illa historia deducta videntur, disputare in præsens nihil interest. Illud tamen non omittam, non omnia scilicet ab omnibus sine quodam delectu recepta fuisse[2]: quæ vero communiter de Virginis Con-

[1] Epist. 174 ad Canonic. Lugdun.

[2] Vide § VI homiliæ, quam infra a nobis primum editam invenies, S. Tarasii; ubi S. Doctor acriter eos exagitat, qui hisce historiis seu traditionibus quædam falsa inseruerant. Huc faciunt etiam ea, quæ in eamdem rem in exordio Orationis historicæ *de Deiparæ Dormitione* habet Johannes Thessalonicensis; e qua, cum adhuc inedita sit, hæc exscribo: Τινὲς δὲ τῶν εἰς

ceptione recepta sunt, si rei substantiam consideres, nihil absonum aut a veri specie abhorrens continere.

Profecto si cum de Sampsone ageretur[1], aut de Domini præcursore[2], cælitus, uti sacræ testantur litteræ, ad parentes missus est Angelus, qui sterilitatis solutionem, prolemque polliceretur; numquid absurde existimabitur idipsum, cum de genitrice Dei ageretur, factum fuisse? Si antiqua illa Anna fusis ad Deum precibus[3] optatam fœcunditatem consequuta est; cur id absurdum de Anna Deiparæ matre reputabitur? Denique si ex tota sacrarum litterarum serie manifestum est, non modo sterilitatem conjugibus fuisse opprobrio, verum etiam tamquam a Deo vindice perculsos, ac veluti maledictos, qui carerent liberis, habitos fuisse; quid quæso a veri specie abludit, Joachimo atque Annæ contumeliam ea de causa irrogatam fuisse, unde factum sit, ut ad Deum totius consolationis ferventius confugerent, compotesque demum voti fierent?

Cum itaque facta in se spectata nihil indecori, nihil a verisimili alienum contineant; illud unum denique reprehendi forte poterit, quod nimia quadam facilitate, et antequam de certa ipsorum veritate ex idoneis testimoniis constaret, admissa ea fuerint; quodque habita ceu vera historia fuerit, quæ reipsa potius fabula, verisimilibus utique coloribus conficta, fabula tamen esset.

Verum ne præcipiti judicio vel hæc ipsa criminatio rata habeatur, advertendum est, utique historiam illam inter apocrypha a Nysseno recensitam fuisse. Verum apocrypha dicta est, non quasi ejus auctoritas penitus nulla esset, sed quia inter sacros

Ὕστερον κακούργων αἱρετικῶν τὰ ἑαυτῶν βαλόντες ζιζάνια ἐστρέβλωσαν τὰ συγγραφέντα... Καὶ μὴ θαυμάσητε περὶ τοῦ διαφθείρειν τὰς γραφὰς ἀκούοντες τοὺς αἱρετικούς. *Quidam vero improborum, qui dein surrexerunt, hæreticorum sua ipsorum zizania serentes, prius conscripta corruperunt... Neque miremini, dum auditis hæreticos scripta corrumpere...* Addit deinde Johannes, depravata se emendaturum.

[1] Judic. XIII, 3.

[2] Luc. I, 11, seqq.

[3] I Reg. I, 14, seqq.

codices non censebatur. At manifestum est, non ideo inter fabulas quidpiam adnumerandum esse, quod locum non habeat inter libros divinitus inspiratos. Secus enim præter sacras litteras, nullam haberemus historiam, sed meras fabulas.

Res itaque eo adducetur, ut ideo inter fabulas hæc historia computetur, quia cujusmodi fuerit Jacobus historiæ auctor, ignoratur.

Atqui artis criticæ præcepta docent, in his adjunctis non ad fabulas illico narrationes esse amandandas, sed interim a definitiva sententia potius temperandum.

Præterea si nobis, qui et a factis enarratis et ab auctore narrationis tanto distamus intervallo, artis criticæ leges non consentiunt, ut citra alia præsidia certum de re judicium feramus; at eædem leges simul indicant, undenam præsidium aliquod ad id peti possit; et non consentiunt modo, sed plane exigunt, ut saltem eos qui minus a re ipsa distabant, interrogemus, quidve ipsi senserint, dispiciamus. Porro 1° cum deprehendamus, facta quædam communiter recepta ab iis, quos illi ævo viciniores novimus; 2° cum videamus eos non sine quodam delectu facta ipsa admisisse; 3° cum constet cordatos viros eos exstitisse, quibus idcirco nec veritatis indagandæ sollicitudinem, neque mentis judicium gratis denegare debemus; jam vero ipsi artis criticæ canones edicunt, non prudentis esse æquitatis, sed iniquitatis temerariæ, peremptoria quadam sententia hujusmodi facta ad fabulas rejicere: maxime cum in seligendis factis aliud antiquioribus illis præsto esse potuerit adminiculum, traditio scilicet, ad quam narrationes exigerent. Neque enim existimandum est, primævos illos fideles aliqua circa Christi Matrem traditione penitus destitutos fuisse, cum illos neque in inquirendo desides, neque in servandis auditis prorsus negligentes esse res ipsa permitteret.

Hæc porro obiter dicta velim, non quasi ad præsens institutum necessaria sint, vel quasi ad controversias ejusmodi solvendas sufficiant: sed ut pateat, haud faciles aures iis porrigendas, qui semel ac in hæc incidunt, temere atque, ut dici solet, stantes pede in uno fabulas judicant, temere proclamant fabulas.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ

ΕΥ(Β)ΟΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΥΛΛΗΨΙΝ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

Εὐλόγησον πάτερ.

I. Ὁ μέγας Ἀπόστολος Παῦλος ὁ τῶν μεγάλων μυστηρίων ἐξηγητής, τὰ τῆς σωτηρίας[1] ἡμῶν πραγματευόμενος ἐκδιδάσκει

[1] C. Barb. mend. ἡμῖν, Cæs. A. ἡμῶν.

IOHANNIS MONACHI ET PRESBYTERI

EUBOEÆ[a]

SERMO IN CONCEPTIONEM SANCTÆ DEIPARÆ.

Benedic Pater.

I. Paulus, magnus ille Apostolus, magnorum ille arcanorum divinorum interpres, sollicitam salutis nostræ curam gerens, nos

[a] Cæsar. codex A. sic alium præfert titulum: Λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῶν ἁγίων δικαίων Ἰωακκεὶμ καὶ Ἄννης· καὶ εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου Μαρίας τῆς θεοτόκου.

Εὐλόγησον δέσποτα.

Sermo in lætum nuncium sanctorum justorum Joachim et Annæ, et in nativitatem sacrosanctæ, gloriosæ et semper Virginis Mariæ Dei genitricis.

Benedic Domine.

Nihil movere hæc diversitas debet. Consuevisse enim titulos, præsertim si

ἐλέγχει[1], ἐπιτιμᾷ, παρακαλεῖ ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι· καὶ τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις ἔξεστιν· οὐδεὶς δὲ ἄξιος, μὴ κεκαθαρμένην ἔχων τὴν ἔννοιαν τοῦ ἔσω ἀνθρώπου, τοιοῦτος ὢν, ὡς ὁ τάλας ἐγὼ, σειραῖς[2] τῶν ἐμῶν πλημμελιῶν σφιγγόμενος, τοιούτων ὑπὲρ λίαν πραγμάτων προσάψασθαι· ἀλλ' ἢ μόνον καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν ἀνομίαν μου ἀναγγελῶ, καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου.

Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ πόθος ἕλκει με, ὁ φόβος ἀνθέλκει με, καὶ ἡ ἀνα-

[1] C. Barb. ἐλλέγχει, Cæs. A. ἐλέγχει.
[2] Barb. σηραῖς, Cæs. A. σειραῖς.

---

et edocendo, et arguendo, et increpando, et obsecrando excitat. ut[a] in omnibus gratias agamus, et sine intermissione orationi instemus. Et hoc quidem in omnium prorsus est potestate. At vero mysteria illa adeo supra modum sublimia[b] nemo vel a longe attingere dignus censeri potest, qui interioris hominis intuitum purificatum non habeat, sed hujusmodi exsistat, qualis et ego miser (deprehendor) peccatorum meorum funibus constrictus: cui propterea illud unum reliquum sit, ut quotidie *iniquitatem meam annuntiem, et de peccato meo cogitem*[c]. Verum cum me hinc quidem desiderium et affectus impellat, inde vero retrahat

de sermonibus agatur, ab aliis pro sua ipsorum sententia apponi vel immutari, plura docent exempla. Imo quid ab amanuensium quoque arbitrio exspectandum sit, insigne nobis argumentum vel hic orationis titulus satis indicat. Cum enim nescio cujus incuria hujus homiliæ primo, quod Vindobona transmissum fuerat, exemplari amisso, alterum expetere necesse fuerit, jam hoc secundum legit εἰς τὰ εὐαγγέλια, ubi primum legebat εἰς τὸν εὐαγγελισμόν; et cum prius haberet τῆς ὑπεραγίας ἐνδόξου, et in fine εὐλόγησον δέσποτα, posterius habet τῆς ὑπερενδόξου; et in fine εὐλογισμοί; quæ quidem variantium lectionum series inter unum et alterum exemplar in decursu quoque orationis constanter occurrit.

[a] I *Thess.* V, 17, 18: *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite.*

[b] Divina scilicet mysteria, quorum interpretem laudaverat Paulum Apostolum.

[c] *Ps.* XXXVII, 19.

ξιότης σιγᾷν ἐπιτιμᾷ μοι· καὶ αἱ ἁμαρτίαι μου ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ, καὶ τί ποιήσω οὐκ οἶδα· ἆρα τολμήσω ἀνάξιος ὢν τοῦ ἐγχειρήματος; τί ἐρήσομαι; ἐπιτιμήσω ἐμαυτὸν, ταλανίσω τὴν ἐμαυτοῦ ταλαιπωρίαν; ἐπισχῶ τῶν ἀναβαινόντων ἐν τῇ καρδίᾳ μου μακαρισμῶν περὶ τῆς πανυμνήτου θεοδόχου τε καὶ θεοτόκου καὶ ἁγίας παρθένου Μαρίας;

II. Ἀλλ' αὐτὴ, Θεοτόκε, συνέργησόν μοι, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ ἐκ σοῦ γεννηθέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν γένηται· ἵνα μὴ ὡς ἀναξίου σκοτισθῇ ἡ διάνοιά μου· ἀλλ' αὐτὰ ἅπερ μὴ γράφοντί μοι ἐν τοῖς διαλογισμοῖς ἀναβαίνει περὶ τῶν σῶν ἐγκωμίων, ταῦτα καὶ γράφοντί μοι συνέργησον· πολλάκις γὰρ ἐνθυμούμενος καὶ περίδακρυς γέγονα διὰ τὴν ἐμὴν ἀναξιότητα ἐν νῷ λαμβάνων τῶν τοῦ πυριγλώττου καὶ μεγαλοφώνου Ἡσαΐου ῥημάτων· εἰ γὰρ ἐκεῖνος ὁ θεῖος ἀνὴρ ὀπτασίας τοσαύτης ἀξιωθεὶς τοσοῦτον ἑαυτὸν

---

timor, atque ad silentium mea me indignitas compellat, ac peccata mea[a] *sicut onus grave gravata sint super me;* jam et plane nescio, quid faciam. Remne suscipere in animum inducam, indignus cum sim? Quid dicam? memetipsum redarguam, deplorabo miseriam meam, atque omni laude dignissimæ, Sanctæ Virginis Mariæ, quæ Deum excepit, Deumque peperit, laudes e corde erumpentes cohibebo?

II. Verum tu ipsa mihi opitulare, o Dei Mater, ut Christi Dei nostri abs te geniti benigna voluntas fiat; ut ne mens mea, tamquam hominis indigni, suis maneat involuta tenebris; sed potius dum scribendo manum admoveo, mihi adesto, eadem illa suggerens sensa, quæ dum scribendo intentus non sum, inter cogitandum de encomiis tuis, menti meæ sese offerunt. Multoties enim dum igniloqui illius ac magniloquentis Isaiæ verba recolo, propter indignitatem meam me totum animo commoveri ad lacrymas usque sentio. Si enim vir ille divinus hujusmodi visione

[a] *Ps.* XXXVII, 5.

ἐταλάνισεν, τί ἐγὼ ποιήσω, ὁ καὶ τοῦ ζῆν ἀνάξιος; φησὶν γάρ· ἐγένετο τοῦ ἔτους[1] οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, ἴδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ· καὶ Σεραφεὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· καὶ ἤκουσε τῆς τρισαγίου[2] φωνῆς, τὸ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος σαβαώθ· καὶ εἶπεν Ησαΐας· ὠ τάλας ἐγὼ ὅτι κατανένυγμαι, ὅτι ἄνθρωπος ὢν καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ· καὶ τὸν βασιλέα σαβαὼθ[3] ἴδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου· καὶ ἀπεστάλη[4] πρός με ἓν τῶν Σεραφεὶμ, καὶ εἶχεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι[5] ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ

[1] Ubi codex Barb. habet τοῦ ἔτους, Versio LXX habet ἐνιαυτοῦ.

[2] Codices tum Barb. tum Cæs. A. habent τρισαγίας.

[3] Cæsar. A. τὸν βασιλέα Κύριον σαβαώθ.

[4] Cæs. A. ἀπεστάλλει, Barb. autem ἀπεσταλει, scilicet pro ἀπεστάλη : notissimum enim est, in antiquis codicibus hæc elementa, ι, η, ει, sæpius invicem permutari.

[5] Cæs. A. ὃν τῇ λάβη (pro τῇ λαβῇ) διέλαβεν (sc. διέλαβεν). Barb. autem λαβήδι pro λαβίδι.

---

dignatus, usque adeo semetipsum humiliavit; quid tandem ego faciam, qui etiam vita ipsa sum plane indignus? Inquit enim[a] : *Factum est in anno, quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum; et plena erat domus gloria ejus*[b]. *Seraphim stabant in circuitu ejus*[c]. Et audivit vocem ter illud acclamantem : *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum*. Et dixit Isaias[d] : *Heu me miserum*[e], *consternatus enim sum, quoniam homo cum sim, et labia cum habeam polluta, in medio populi polluta labia habentis ego habito; et regem exercituum vidi oculis meis. Et missus est ad me unus de Seraphim, et habebat in manu sua carbonem accensum, quem*

[a] Is. VI, 1 seqq.

[b] Vulgata hic habet : *Et ea, quæ sub ipso erant, replebant templum.*

[c] Rursum Vulg. legit : *Et Seraphim stabant super illud.*

[d] Is. VI, 5 sec. LXX.

[e] Vulg. *Væ mihi, quoniam tacui.*

ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ τοῦτο ἥψατο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ.

Εἰ δὲ οὗτος ὁ μέγας τοῦ Θεοῦ προφήτης οὕτως ταλανίζει ἑαυτὸν, ἐγὼ τί ποιήσω, ὁ στόμα καὶ χείλη, καὶ καρδίαν, καὶ πάντα τὰ αἰσθητήρια ἀνάξια κεκτημένος [1], εἰ μὴ αὐτὴ, παράχραντε, χεῖρά μοι ὀρέξεις; ἀλλ' εἰ καὶ ἐπαξίως οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἐγκώμια σοὶ προσαγαγεῖν, προσφέρω σοι δεήσεις ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἐλαχιστίας πρὸς

[1] Mendose tum Barb. καικτημένος, tum Cæs. A. καίκτημεν.

---

forcipe sumpserat ex altari, et tetigit os meum et dixit: Ecce hoc tetigit labia tua, et auferet iniquitates tuas, et peccata tua penitus purgabit.

Jam vero si magnus hic Dei propheta dolet adeo miseriam suam; quid mihi faciendum putem, qui os et labia et cor et omnes sensus habeo immundos, nisi dexteram ipsa mihi porrigas, o plane immaculata[a]? Saltem, si quidem celebrandis pro dignitate tuis laudibus plane impar exsisto[b], preces tibi ad Deum

[a] Vides absolute et antonomastice Deiparam *plane immaculatæ*, seu *labis omnis plane expertis* nomine compellari. Et sane dignissimum est, quod animadvertatur, tot Deiparæ cum sint prærogativæ, eæque omnes ac singulæ præcellentissimæ, eam tamen, quæ altius SS. Patrum mentibus apparet defixa, quæque sæpius ex eorum ore profluere atque a calamo excidere sponte solebat, puritatem illam esse cujusvis maculæ nesciam.

[b] Quæ deinde usque ad finem hujus paragraphi sequuntur, aliter leguntur in codice Cæsareo A. Ea referam fideliter prouti jacent in priori apographo inde deducto, addito etiam intra parenthesim, si quid secundum mihi transmissum apographum a priori differat.

Ἀλλ' ἢ καὶ ἐπαξίως εἰ οὐκ (al. ἐπαξίως οὐκ) εἰμὶ ἱκανὸς ἐγκωμιά σοι προσαγάγειν· μικρὰ τινὰ ἐκ μεγίστων· καὶ ὀλίγα ἐκ πολλῶν φθεγξαμένῳ· κατάξίωσον ἐγκωμιά σοι προσάγαγω· ὅπως προσφέρουσα δεήσην ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἐλαχιστείας πρὸς τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα Θεὸν ἡμῶν· οὐ γὰρ (al. εἰ γὰρ) πάντες ἄξιοι· ἀλλ' ἐγὼ ἀνάξιος· ἔλκο με (al. ἕλκομε) καὶ ἐπιθυμῶν, ἵνα καὶ ἐκ τῶν ψυχιῶν τῆς τραπέζης τῶν ἐκλεκτῶν μετοχος γίγνομαι (al. γένομαι)· ἀρκετόν μοι γὰρ τοῦτω (al. γὰρ καὶ

τὸν ἐκ σοῦ σαρκωθέντα Θεὸν ἡμῶν· εἰ γὰρ καὶ πάντες ἄξιοι, ἀλλ' ἐγὼ ἀνάξιος, ἑλκόμενος, καὶ ἐπιθυμῶν ἵνα κἂν ἀπὸ τῶν ψιχίων τῆς τραπέζης τῶν ἐκλεκτῶν μέτοχος γένωμαι· δυνατὸν γὰρ καὶ ἐκ πλήθους ψιχίων κορεσθῆναι.

III. Ἰδοὺ νῦν καλὸν[1] τὸ τοῦ μακαρίου Παύλου ῥητὸν ἀναλαβεῖν, καὶ λέγειν· ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας· ἰδοὺ Ἰούδας οἰκτείρας τὸν Ἰωσὴφ οἰκτείρεται· ἰδοὺ Ῥουβὶμ ὁ υἱὸς Ἰακὼβ καὶ ὁ τούτου ἀπόγονος λελύπηκε τὸν ἀπόγονον Ἰούδα· ἰδοὺ τοῦ Κάϊν τὸ δῶρον ἀπρόσδεκτον· ἰδοὺ καὶ Ἄβελ δί-

[1] Cæs. A. Ἰδοὺ νῦν καιρὸς τοῦ μακαρίου Παύλου κ. τ. λ.

---

nostrum ex te incarnatum pro mea tenuitate offero (etsi enim omnes digni haberi queant, ego tamen indignus reperior), vi veluti attractus ac desiderio exardescens, ut vel de micis mensæ electorum particeps esse queam. Potest enim vel ipsarum micarum copia quispiam exsaturari.

III. Ecce nunc decet, illa beati Pauli verba usurpare, ac dicere[a]: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*. Ecce Judas, qui Josephi misertus est, misericordiam reportat. Ecce Jacobi filius Ruben, id est e Ruben prognatus moleste affligit prognatum ex Juda[b]. Ecce donum Caini nequaquam acceptum.

τοῦτω) ἵνα ἔνδον τῆς θύρας γενόμενος ἔνδον· κἂν ψυχίων ἀξιωθήσομαι· δυνατὸν γὰρ καὶ ἐκ πλήθους ψυχίων (al. ψιχίων) κορεσθῆναι.

Porro si detersis hinc mendis, utramque invicem lectionem conferas, vix aliud hæc videbitur, quam alterius quædam amplificatio : hæc nempe explicatius exprimit, micas participare e mensa electorum hoc esse, ut e plurimis eximiisque Deiparæ encomiis saltem pauca quædam ac minima sibi detur enarrare; quam sententiam exornat imagine pauperculi, qui sat beatum se ducit, si ad has micas participandas intra januam pedem inferre possit.

[a] II *Cor.* VI, 2.

[b] In codice Cæs. A. Ἰδοὺ Ρούβιμ ὁ πρωτότοκος τοῦ Ἰάκωβ υἱὸς χαλεπαίνει κατὰ Ἰωακεὶμ τοῦ ἐξ Ἰεχονίδα· οὐκ αὐτὸς Ρούβιμ ὁ υἱὸς Ἰακὼβ· ἀλλ' ὁ τούτου ἀπόγονος λελύπικεν (vid. λελύπηκεν) τὸν ἀπόγονον Ἰεχονίδα. *Ecce Ruben, primogenitus* ille *filius Jacob, sævit in Joachimum prognatum ex Juda. Non ipse Ruben*

καιος μαρτυρεῖται ὑπὸ Θεοῦ ἐν τοῖς δώροις αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ ἡ αἴτησις καὶ ἐπιθυμία τοῦ Δαυὶδ[1] πεπλήρωται· περίελε, γάρ φησιν, ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουθένωσιν[2], ἰδοὺ ἀναφέρεται δέησις ἐξ Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, καὶ κατέρχεται ἱλασμὸς παρὰ Κυρίου παντοκράτορος.

IV. Ἰδοὺ νέα κιβωτὸς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ κατασκευάζεται μυριονταπλάσιον χιλιάδων κρείττων[3] τῆς ἐπὶ τοῦ Νῶε, καὶ ἐπὶ Μωσέως· ἐκείνη γὰρ νομοδόχος, αὕτη δὲ θεοδόχος· ἰδοὺ ναῦς ποντο-

[1] Cod. Barb. tum heic tum alibi constanter Δαὶδ.
[2] Cæs. A. ἐξουθένησιν.
[3] Barb. κρείττω.

Ecce et justus Abel in donis suis a Deo testimonium accipit ; et ecce Davidis petitio ac desiderium impletum est. Inquit enim[a] : *Aufer a me opprobrium et contemptum.* Ecce ab Joachimo et Anna precatio ascendit, et a Deo omnipotente descendit miseratio.

IV. Ecce nova ab ipso Conditore præparatur arca[b], quæ infinito intervallo Noeticam, atque etiam Mosaicam antecellit : illa siquidem continendis Legis tabulis (exstructa fuit), hæc vero Deo excipiendo (ædificatur). Ecce navis, quæ maria percurrit, ac pe-

filius Jacob, sed hujus prognatus afflixit prognatum ex Juda. Verum hæc glossam posterius insertam redolere videntur. Ceterum cum in quibusdam exemplaribus historiæ Nativitatis B. V., de qua in monito diximus, sacerdoti, qui Joachimum dona offerentem repulisse dicitur, addatur appellatio *Ruben*, alii quidem e veteribus mere sacerdotis nomen per id designari arbitrati sunt : alii vero existimarunt, per vocem *Ruben* tribum Rubeniticam, e qua ille esset, indicari.

[a] *Ps.* CXVIII, 22.

[b] Ecce habes, quodnam mysterium per festum Conceptionis Deiparæ celebraretur : præparatio nempe seu ædificatio cujusdam novæ arcæ ad Deum excipiendum idoneæ. In id sane mentis obtutum defigamus oportet. Etsi enim Auctor deinceps non affirmaret diserte (*inf. in fin. Orat.*) arcam istam Sanctissimo ac vivificante Spiritu cooperante constructam a Dei Verbo fuisse ; ta-

ποροῦσα, καὶ ζητοῦσα φόρτου [1] καρπὸν δαπανώμενον· Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα ζητοῦντες καρπὸν ἀνθρωπόμορφον καὶ ἰδοὺ ἔλαβον τὴν ἄσπορον κόχλον, τὴν τὸν οὐράνιον καὶ πολύτιμον μαργαρίτην τίκτουσαν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν· ἰδοὺ Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα, ὁ μὲν νηστεύων ἐν τῷ ὄρει, ἡ δὲ ἐν παραδείσῳ, τὸν Θεὸν ἐκδυσωποῦσα, δοχεῖον ἔλαβον τοῦ στήσαντος τὰ ὄρη καὶ τὸν παράδεισον φυτεύσαντος· ἰδοὺ ἐν παραδείσῳ εὐφροσύνης εὐαγγέλια, ἵνα ὁ ἀρχαῖος παράδεισος τοῖς ἀνθρώποις παραδοθῇ [2]· ἰδοὺ τὸ πένθος εἰς χαρὰν

[1] Cæs. A. φορτίον, vid. φορτίου· ab ipso abest δαπανώμενον.
[2] Cæs. A. ἀποδεθῇ.

---

reuntem mercis fructum requirit. Joachim vero et Anna fructum quærunt humanæ formæ, et ecce suscipiunt concham " quæ sine semine cælestem illam ac pretiosissimam margaritam, Christum nempe Deum nostrum, est editura. Ecce Joachim et Anna, ille quidem in monte jejunans, hæc vero in horto multa prece Deum exorans, obtinent receptaculum illius, qui montes constituit, et plantis hortum exornavit. Ecce in horto de horto illo antiquo hominibus reddendo lætum nuntium (exauditur).

Ecce luctus in gaudium conversus est, et lamentatio in exsul-

men ad stabiliendam Conceptionis sanctitatem vel illud nosse sufficeret, et festum ad divinæ hujus arcæ exstructionem celebrandam spectasse; hanc vero exstructionem nihil esse aliud, quam Deiparæ Conceptionem. Verissimum namque cum sit, tum quod S. Bernardus ad Canonicos Lugdunenses scribebat (Epist. 174), nefas in Ecclesia haberi, quod festum ibi celebretur, ubi peccatum dominatur, adeo ut peccatum honorari religiose videatur, tum quod semper et ubique et ab omnibus in Ecclesia retentum est, nisi de Sancto festum non celebrari; definiendum necessario est, Mariæ igitur ædificationem seu conceptionem ideo solemni cultu fuisse celebratam, quia ex Ecclesiæ sensu sanctitate et puritate refulgens credebatur.

" Frequens SS. Patribus fuit, B. Virginem conchæ ea etiam de causa comparare, quod opinio tunc ferretur, concharum proprium esse, ut non e susceptо semine, sed rore e cælo in easdem delapso, margaritas ceu prolem proferrent.

μετῆλθεν, καὶ ὁ ὀδυρμὸς εἰς ἀγαλλίασιν [1]· ἰδοὺ στεναγμὸς καὶ πρόσκαιρα δάκρυα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χαρὰ ἀνεκλάλητος· ἰδοὺ ὀνειδισμὸς περιελόμενος, καὶ δῶρον ἀναφαίρετον [2] Θεῷ προσφερόμενον, καὶ Θεὸν τὸν ἀχώρητον ἐν γαστρὶ χωρῆσαν· ἰδοὺ Ἡσαΐας λέλυται [3] τοῦ ξυλίνου πρίονος· καὶ Ἱερεμίας τῷ λάκκῳ βορβόρων [4], καὶ Δανιὴλ τῶν λεόντων· καὶ τῶν μεγάλων θλίψεων ἐκείνων μνημονευόμενοι, τοῦ ἀψευδοῦς αὐτῶν κηρύγματος πληρουμένου· περὶ γὰρ

[1] Barb. ἀγαλλείασιν.
[2] Cæs. A. ἀναφέρτιον (!). Cæteri pro ἀναφέρετον.
[3] Cæs. A. λέλυθεν. An forte λέληθε?
[4] Congruentius syntaxi τοῦ λάκκου τοῦ βορβόρου. Cæs. A. τοῦ λάκκου.

---

tationem. Ecce gemitus et lacrymæ temporariæ, gaudium vero, quod verbis enarrari non possit, in sæcula permansurum[a]. Ecce opprobrium (sterilitatis) sublatum; ecce donum, quod auferri non potest, Deo oblatum, et in utero continens Deum, qui circumscribi non potest. Ecce et Isaias ligneam serram, et Jeremias cisternam cœnosam, et Daniel leones, magnasque illas tribulationes oblivioni tradiderunt ac pro nihilo habent, animo recolentes sua ipsorum præconia veracissima eventu fuisse comprobata[b].

[a] Nisi forte hanc periodum sublato præcedenti puncto ita legas: καὶ στεναγμὸς καὶ πρόσκαιρα δάκρυα εἰς τὴν αἰώνιον χαρὰν ἀνεκλάλητον, *et gemitus ac temporariæ lacrymæ conversæ sunt in sempiternum gaudium, quod verbis enarrari non potest.* At lectio, quam retinuimus, communis est codd. tum Barb. tum Vind. Cæs.

[b] Cæs. A. in altera pericope addit particulam negantem, et sic legit: ἰδοὺ Ἡσαΐας λέλυθεν (λέληθε) τοῦ ξυλίνου πρίονος, καὶ Ἱερεμίας τοῦ λάκκου τῶν βορβόρων, καὶ Δανιὴλ τῶν λεόντων· καὶ τῶν μεγάλων θλήψεων (vid. θλίψεων) ἐκείνων οὐκέτι μνημονεύουσιν, τοῦ ἀψευδοῦς αὐτῶν κηρύγματος πληρουμένου περὶ τῆς μακαρίας Ἄννης. *Ecce Isaias oblitus est lignæ serræ, et Jeremias cisternæ cœnosæ et Daniel leonum; neque meminerunt amplius magnarum illarum tribulationum, postquam certissima ipsorum præconia de beata Anna eventu completa sunt.* Præterea codex Barb. τὸ περὶ τῆς μακαρίας Ἄννης jungit cum sequentibus.

τῆς μακαρίας Ἄννης καὶ αὐτὸς ὁ Ἡσαίας βοᾷ· εὐφράνθητι στεῖρα[1] ἡ οὐ τίκτουσα.

Ἰδοὺ καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα ἐν τῇ κιβωτῷ τῇ πάντοθεν περικεκαλυμμένῃ χρυσίῳ κρύπτεται· καὶ ἰδοὺ ἄλλη ῥάβδος βλαστάνει ἄτμητος, καὶ ἀνερμήνευτος· καὶ[2] οὐδεὶς ἀνθρώπων εἰς ὁδὸν βαστάσαι δύναται· αὐτὴ δὲ ἐβάστασεν τὸν τὰ πάντα βαστάσαντα, τὸν ἐκτείναντα τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν[3], οὗ αἱ χεῖρες[4] τὴν ξηρὰν ἔπλασαν.

V. Ὦ τοῦ θαύματος· ὁ πάλαι τὸν Ἰωσὴφ θανάτου ῥυσάμενος καὶ πικροῦ λιμοῦ τὸν πατέρα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἐλευθερώσας, ὁ Ἰούδας ὀνειδίζεται· ἡ ζηλοτυπία τῶν ἀδελφῶν βασιλέα τὸν Ἰωσὴφ[5] ἤνθησεν· τὸ δὲ σπέρμα τοῦ Ἰούδα φθονούμενον καὶ ὀνειδιζόμενον

[1] Codices et heic et alibi constanter στεῖρα.
[2] Loco καὶ, Cæs. A. habet ἤν.
[3] Barb. δέῤῥειν.
[4] Barb. οὗ αἱ χεῖραις.
[5] Cæs. A. βασιλεῖαν τῷ Ἰωσήφ.

De beata etenim Anna ipse quoque Isaias clamat[a] : *Lætare sterilis, quæ non paris.*

Ecce et Aaronis virga, quæ floruit, in arca undequaque auro circumtecta reponitur. Et ecce alia virga floret, non incisa neque humano sermone effabilis. Et nemo hominum eam gestare in viam potest; ipsa vero eum gestavit, qui portat omnia, qui[b] *extendit cælum sicut pellem*, cujus *manus*[c] *aridam formaverunt.*

V. O rem plane admirandam! Judas ille, qui olim Josephum e morte eripuit, et patrem fratresque e diris famis angustiis liberavit, hic contumeliis afficitur! At fratrum invidia Josephum in regem promovit; atque semen Judæ a Rubenis semine invidiose

[a] Is. LIV, 1.
[b] *Ps.* CIII, 3.
[c] *Ps.* XCIV, 5.

ὑπὸ τοῦ σπέρματος τοῦ Ῥουβὶμ βασίλισσαν παρθένον, καὶ βασιλέα αἰώνιον ἐβλάστησεν.

Τί χαλεπαίνεις, Ῥουβίμ; εἰς κέντρα λακτίζεις· μὴ γάρ σοι εἶπεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου ῥῆμα προφητείας; οὐχὶ μόνῳ τῷ Ἰούδᾳ, ἑόρταζε, φησίν, Ἰούδα τὰς ἑορτάς σου· ἀνέβη γὰρ ὁ ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπόν σου; τίς οὗτος, ὦ προφῆτα; ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων, ὁ ἐμφυσήσας[1] τῷ Ἀδὰμ πνεῦμα ζωῆς, ὁ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις ἐμφυσήσας καὶ εἰπών, « Λάβετε[2] Πνεῦμα ἅγιον. »

[1] Barb. ἐμφυσίσας.
[2] Barb. λάβεται.

---

pressum ac probis afflictum, Virginem reginam ac regem æternum protulit[a].

Quid est, quod indignaris, o Ruben? contra stimulos calcitras. Num tibi per prophetam Deus protulit vaticinii verbum? Nonne soli Judæ dixit[b] : *Celebra, o Juda, festivitates tuas*[c] : *Ascendit enim, qui in faciem tuam afflat*? Quis est hic, o propheta? Omnium (inquit) rerum opifex, qui[d] inspiravit Adamo spiritum vitæ ; qui in discipulos atque apostolos suos[e] *insufflavit, et dixit* : *Accipite Spiritum sanctum.*

[a] Hæc ita paulo aliter in Cæs. A. Τὸ δὲ σπέρμα τοῦ Ἰούδα φθονούμενον καὶ ὀνειδιζόμενον ὑπὲρ τοῦ σπέρματος τοῦ Ρουβίμ. Ἐξ Ἰούδα παρθένος καὶ βασιλεὺς αἰώνιος ἐβλάστησεν. *Semen autem Judæ invidiæ obnoxium, et probris petitum supra semen Rubenis* (subintellige *exaltatum est*). *Ex Juda Virgo et rex æternus germinavit.* At lectio nostra præferenda videtur ; nec obscurum est, mendo illo τοῦ ὑπὲρ pro ὑπὸ quempiam impelli potuisse, ut alia quoque immutaret.

[b] Nahum. I, 15.

[c] Ibid. II, 1. A versione LXX, quam Auctor sequitur, dissidet heic Vulgatus noster, qui secundum veritatem hebraicam עָלָה מְפֵזֵּץ עַל־פָּנֶיךָ legit : *Ascendit qui dispergat coram te.*

Sunt qui putent (Vid. Schleusner N. Thes. V. T. v. ἐμφυσάω) LXX legisse non quidem מְפַזֵּץ a פוּץ quod est *dispergo*, sed מְפִיחַ a פוּחַ, quod est *sufflo*.

[d] Johan. XX, 22.

[e] *Gen.* II, 7.

VI. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. Ἐν ταῖς ἱστορίαις φησὶ τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ, ἦν Ἰωακεὶμ πλούσιος σφόδρα, καὶ προσέφερεν τὰ δῶρα αὐτοῦ διπλᾶ, λέγων ἐν ἑαυτῷ· ἔσται τὰ τῆς περιουσίας μου παντὶ τῷ λαῷ, καὶ τὰ τῆς ἀφέσεώς μου Κυρίῳ τῷ Θεῷ μου εἰς ἱλασμὸν ἐμοί· ἤγγικεν δὲ ἡμέρα Κυρίου ἡ μεγάλη, καὶ προσέφερον υἱοὶ Ἰσραὴλ τὰ δῶρα αὐτῶν· καὶ ἔστη κατ' ἐνώπιον αὐτοῦ Ῥουβὶμ καὶ εἶπεν· οὐκ ἔξεστιν σοὶ πρῶτον προσενεγκεῖν τὸ δῶρόν σου, καθότι σπέρμα ἐν τῷ Ἰσραὴλ οὐκ ἐποίησας.

Καὶ ἐλυπήθη Ἰωακεὶμ σφόδρα· εἶδες λύπην κατὰ Θεόν, ὡς ἔφησεν ὁ μακάριος Παῦλος, προξενοῦσαν ζωὴν αἰώνιον[1]. ὦ μεγίστης

[1] Hinc initium codicis mutili Cæs. B., cujus lectionibus deinde utemur, si quid prodesse aliquando possint.

VI. Sed ad propositum revertamur. In historiis duodecim tribuum Israelis[a] hæc referuntur: *Erat Joachimus valde dives, ac dona sua dupla offerebat, secum ipse inquiens: quod in oblato substantia mea superabundat, erit omni populo, et quod est pro debiti mei solutione, erit Domino Deo in meam expiationem.* Instabat autem dies solemnis; et filii Israelis dona sua afferebant. At vero Ruben[b], obviam ipsi se sistens, inquit: *Non licet tibi munus tuum afferre ante alios, cum semen in Israel non suscitaveris.*

Quo probro Joachimus graviter contristatus est. Vides tristitiam secundum Deum, quæ, prout beatus Paulus docuit[c], adducit

[a] En, inquiet morosus quispiam, undenam petantur quæ de B. V. ortu feruntur. Atqui, repono, quod Virginis conceptio idem fuerit ac novæ arcæ ad excipiendum Deum ædificatio divina, hoc profecto ex historia duodecim tribuum Israelis mutuatum non est.

[b] Quod superius jam monuimus, Auctor potiusquam hominem Ruben nomine dictum, videtur heic intellexisse quempiam e Rubenis tribu. Hinc aditus ipsi ad Ruben illum Jacobi filium ac Rubenitas redarguendos.

[c] II *Cor.* VII, 10.

πραότητος τοῦ Δαυὶδ, ὢ θαυμαστοῦ ἀνδρὸς ἀπανούργευτος ἀκακία [1]· ὢ δικαίας ῥίζης ἔνθεος γνώμη [2]· οὐκ ἠμύνατο, οὐχ [3] ὕβρισεν, οὐκ ἔδραμεν εἰς δικαστήριον, οὐ κατηράσατο, οὐκ ἠπείλησεν [4] τύπτειν, καίπερ πλούτῳ καὶ εὐγενείᾳ κομῶν [5], καὶ γένους βασιλικοῦ τυγχάνων [6]· οὐκ εἶπεν ὅτι ἐγὼ ἐκ πατριᾶς εὐλογημένης εἰμὶ, σὺ δὲ ἐκ βεβήλου, τὴν κοίτην τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰσραὴλ μιάναντος [7]· ταῦτα πάντα ἠδύνατο ἀντιλέγειν πρὸς τὸν Ῥουβίμ· ἀλλ' οὐδὲν

[1] Ἀκακία cum utroque Cæsareo; nam Barb. mendose habet κακία.

[2] Mendose codex Barb. γενώμη, nisi emendare sic velis ὢ δικαίας ῥίζης ἐνθέως γεννωμένης: at præferenda lectio Cæs. A. utpote contextui magis consona. Cæs. B. pro ἔνθεος habet ἀπανούργευτος, quam vocem in præcedenti inciso omiserat.

[3] Mendose codex Barb. οὐκ, Cæs. A. et B. οὐχ.

[4] Mendose cod. Barb. εἰπείλησεν; pejus Cæs. A. B. ἐπίλησεν.

[5] Mendose codex Barb. κωμῶν; Cæsar. A. et B. κομῶν.

[6] Abest τυγχάνων ab utroque Cæs.

[7] Μιάναντος Attic. pro μιήναντος.

---

vitam æternam. O incomparabilem Davidis[a] filii mansuetudinem! O viri admirabilis non fucatam innocentiam! O justæ radicis mentem divino Spiritu actam! Quamquam divitiis et nobilitate insignis et regio genere esset, non tamen cogitavit de ultione, non intulit contumelias: non accurrit ad forum judiciale, non imprecatus est: non minatus est plagas[b]. Non objecit illud, Ego ex tribu benedicta ortum duco, tu vero ex impuro patre, qui Israelis patris nostri lectum contaminavit. Poterat sane hæc omnia Rubeni opponere; sed haudquaquam cum eo verbis con-

[a] Vocem υἱοῦ (filii) quæ a codice Barb. abest, supplevi ex Cæs. A. Reipsa heic non Davidis, sed Joachimi, e Davidis progenie, mansuetudo commendatur.

[b] Ex hac Johannis Eubœensis, et alia Jacobi Monachi, quam dabimus, oratione colligi potest, Patres libenter historiam illam duodecim tribuum Israelis persequutos ideo etiam fuisse, quia occasionem præbebat non modo parentes Deiparæ laudibus ornandi, sed etiam fidelium mores illorum exemplo informandi.

αὐτῷ προσμαχεσάμενος ἐπὶ τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ ὠκυτάτοις ποσὶν βαδίζων ὁ δίκαιος παραγίνεται· καὶ μὴ εὑρὼν ὅπερ ἐζήτει πρὸς ἀναψυχήν, τὸ ὄρος καταλαμβάνει· καὶ τί ὁ δίκαιος; πάντως τὴν τοῦ Δαυὶδ μελῳδίαν ἀναλαμβάνει καὶ λέγει· εἰ ὁ ἐχθρὸς ὠνείδισέ[1] με, ὑπήνεγκα ἄν· καὶ εἰ ὁ μισῶν με ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρημονήσθη, ἐκρύβην ἂν ἀπ' αὐτοῦ· δέσποτα Κύριε, τῶν δακρύων μου μὴ παρασιωπήσῃς· καὶ πάντως που τοιαῦτα διαλογιζόμενος· εἰ ἐγὼ ἐν παντὶ Ἰσραὴλ ἄτεκνος, καὶ ὄνειδος, καλόν μοι μᾶλλον τὸ ἀποθανεῖν λιμῷ καὶ δίψῃ τηκόμενον[2], καὶ μὴ ἕτερον Σεμεὴ ὀδυνηρῶς τὸν Δαυὶδ ἐπονειδίζειν.

[1] Mendose codex Barb. ὀνειδήσῃ, et Cæs. uterque ὀνείδισεν : nam vel ὠνείδισε cum LXX legendum est, vel ὀνειδίσῃ, uti aliquando solent Attici post particulam εἰ.

[2] Mendose Barb. τικόμενον, absurdius autem Cæs. uterque τικόμενος.

---

flictatus justus ille expedito propere gressu sese duodecim tribubus Israelis adjunxit. Et cum non invenisset id, quod quærebat ad levamentum mœroris[a], in montem se recipit. Quid autem justus? Omnino Davidis carmen resumit, et inquit[b]: *Si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique; et si superbe mihi is insultasset, qui me odio prosequitur, ab ejus conspectu me subduxissem. Domine Deus, ne avertas faciem tuam a lacrymis meis.* Ita enim fere secum ratiocinabatur : si ego solus in universo Israele liberorum expers sum, et (omnium) opprobrium effectus, satius mihi est mori fame ac siti confectum, quam ut alius Semei me ceu alterum Davidem contumeliosis verbis opprimat[c].

[a] Ea scilicet historia refert, nullos alios cum reperisse conjuges, qui prorsus prole caruissent.

[b] *Ps.* LIV, 13.

[c] Nonnulla hic supplenda fuere perspicuitatis ergo; siquidem oratio ad minus typica prorsus, aut valde elliptica habenda erat, et ἕτερος Semei ἕτερον postulabat Davidem. Quam pessumdatus autem locus iste fuerit, e binis cæsa-

VII. Τί χαλεπαίνεις, ὦ πρωτότοκε Ῥουβίμ καὶ ἀχάριστε; τί προσκρούεις ὁ ἀνευλόγητος τῷ εὐλογημένῳ; τί σὺ, ὦ πένης, κρίνεις τὸν βασιλέα; οὐχὶ τελευτῶν ὁ Ἰακὼβ ὁ πατὴρ ἀμφοτέρων ἤλεγξεν μὲν τὴν σὴν ἄνοιαν, τὸν δὲ Ἰούδαν εὐλόγησεν; ἰδοὺ γὰρ [1] ἀποθνήσκων εἶπεν· Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν [2] οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου· καὶ προσκυνήσουσίν σε υἱοὶ τοῦ πατρός σου· σκύμνος λέοντος Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ υἱέ μου ἀνέβης [3]·

[1] Τὸ γάρ, quod a Barb. exciderat, suppletum ex Cæs. utroque.

[2] Cæs. A. αἴνεσαν, *laudarunt;* LXX αἰνέσαισαν, Complutensis αἰνέσουσι.

[3] Τὸ ἀνέβης, quod abest a Barb., suppletum ex utroq. Cæs.

VII. Quid tam immani ira commoveris, o Ruben primogenite et acerbe? Quid tu benedictionis exsors adversus eum insurgis, qui benedictionem consequutus est? Quid tu, pauper, regem judicas et condemnas[a]? Nonne moriens Jacob utriusque pater tuam quidem amentiam redarguit, Judæ autem bene precatus est? Ecce enim morti proximus ita locutus est[b] : *Juda, te laudabunt fratres tui : manus tuæ in dorso inimicorum tuorum : et adorabunt te filii patris tui*[c]. *Catulus Leonis Juda ; ex germine,*

reis codicibus discas licet, quorum alter (A) habet καὶ μὴ ἕτερον τινὰ εἰς ἐμὲ ὀδυνηρὸς (sic) τὸν Θεὸν ἐπονειδίζειν (sic) : alter vero (B) καὶ μὴ ἕτερον πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπονειδίζειν.

[a] Barb. et Cæs. A. mendose κρίνης pro κρίνεις, pejus Cæs. B. κρίνεν. Ceterum cum Cæs. B. pro σύ legat σοί, uterque vero A. et B. pro βασιλέα legant τὴν ῥίζαν τὴν βασιλικήν, sensus exsurgeret : « *Quid tibi, o pauper, stirpem regiam attribuis?* » Verum si recolas, sterilitatis opprobrium inde etiam molestius Judæis fuisse, quod propterea spe omni deciderunt e proprio semine Messiam esse proditurum; rursus si rationem habeas contextus, qui rem eo adduxit, ut concludat, non ex Rubenis, sed ex Judæ stirpe Messiam nasciturum esse; patebit facile, retinendum esse βασιλέα : adoptato autem ex Cæs. B. τὸ σοί, exsurgit sensus magis contextui congruus : « *Quid tibi, o inops, regem vindicas?* » Rex tamen appellari potuit et Juda, seu stirps Judæ, cui sceptrum a Jacob moriente promissum fuerat.

[b] *Gen.* XLIX, 8, seqq. sec. LXX.

[c] Barb. C. legit τῶν πατέρων σου, at Cæs. uterq. τοῦ πατρός σου : quam lectionem prætulimus, uti sacro textui consentaneam.

ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος λέοντος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν· δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὴν ὄνον [1] αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ [2]· πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν, καὶ ἐν αἵματι τῆς σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ· χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου· καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ὡσεὶ γάλα.

Πρῶτον μὲν ὀνειδισμὸν τῷ Ῥουβὶμ ἐπήνεγκεν· φησὶν γάρ· Ῥουβὶμ πρωτότοκός μου καὶ ἀρχὴ τέκνων [3] μου· σκληρὸς [4] φέρεσθαι, σκληρὸς, αὐθάδης· ἐξύβρισας, ὡς ὕδωρ, μὴ ἐκζέσῃς· ἀνέβης γὰρ ἐπὶ κοίτην πατρός σου· τότε ἐμίανας [5] τὴν στρωμνὴν εἰς ἣν ἀνέβης.

[1] Mendose Barb. heie et paulo infra ὤνον pro ὄνον.

[2] In Cæs. A. desiderantur seqq.: *et ad helicem pullum asinæ suæ. Et in sanguine uvæ pallium suum.* Cæs. vero B. sic verba invertit: *et in sanguine uvæ pallium suum lavabit, in vino stolam suam.*

[3] Mend. tum Barb. tum Cæs. τέκνον.

[4] Barb. mend. σκληρῶς, recte Cæs. σκληρός.

[5] Mend. Barb. ἐμείανας, Cæs. ἐμίανας.

---

fili mi, ascendisti. Reclinis accubuisti ut Leo, et ut catulus leænæ; quis suscitabit eum? Non deficiet princeps de Juda, et dux de femoribus ejus, donec venerit cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium. Alligans ad vitem asinam suam, et ad helicem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum. Lætificantes sunt oculi ejus præ vino, et candidi dentes ejus quasi lac.

Antea porro exprobationes in Ruben protulerat. Inquit enim[a]: *Ruben primogenitus meus, et principium filiorum meorum, pervicax nimis quam ut ferri possit, pervicax et procax. Fecisti contumeliam sicut aqua ex alveo suo diffluens, non ebullias; ascendisti enim cubile patris tui, tunc maculasti stratum in quod ascendisti.*

[a] *Gen.* XLIX 3, sec. LXX.

Ἰδοὺ οὖν αὐτὸς ὁ Ἰακὼβ ἐν τῇ εὐλογίᾳ τῶν υἱῶν αὐτοῦ προφητεύει περὶ τῆς ἀθανάτου βασιλείας ἐξ Ἰούδα μελλούσης ἀνατέλλειν· καὶ σὺ τὸν δίκαιον ἐκ τοῦ ναοῦ ἀπελαύνεις; ὢ ὄντως τῆς[1] Ῥουβὶμ ἀνοίας καὶ φθόνου τὸ παρὰ σοῦ τελούμενον.

VIII. Παραγενόμενος τοίνυν ὁ δίκαιος Ἰωακεὶμ πρὸς τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ μὴ εὑρὼν ἕτερον ἄτεκνον, παραγίνεται μετὰ θλίψεως εἰς τὸ ὄρος ἱκετεύων τὸν Θεὸν εἰλικρινῶς· ἡ δὲ Ἄννα ἐν τῷ οἴκῳ ἦν· ἀμφότεροι δὲ καθ' ἑαυτοὺς προσευχόμενοι, τὸν πατέρα αὐτῶν Δαυὶδ μιμούμενοι, τὸ ψαλμικὸν ἐκεῖνο λόγιον καὶ αὐτοὶ ἐκβοῶντες τὸ φάσκον· ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με, οἰκτείρισόν με, καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.

Εἶτα κατανοήσασα Ἄννα τὴν βραδύτητα τοῦ συνεύνου[2], ἤρξατο

[1] Quemadmodum a Barb. et Cæs. B. abest ὢ τῆς, sic a Cæs. A. abest ὄντως. Utrumque ut retineatur contextus non patitur modo, sed postulare videtur.

[2] Mend. codd. τῷ συνεύνῳ.

Ecce igitur ipse Jacob in benedictione filiorum suorum vaticinatur, immortale regnum ex Juda oriturum[a]. Tu vero justum e templo abigis? O vere rubenitica stultitia atque invidia dignum facinus!

VIII. Cum igitur justus Joachim duodecim tribus Israelis perlustrasset, et qui liberorum expers esset, alium reperisset neminem; dolore oppressus in montem se recipiens, sinceras ibi preces ad Deum fundit. Anna interim domi sese continebat, atque ambo, seorsim quisque, precibus insistunt, suumque ipsorum patrem Davidem imitantes, et ipsi inclamantes illud psalmorum usurpant oraculum, quod inquit[b]: *In tribulatione dilatasti me, miserere mei, et exaudi orationem meam.*

Anna deinde cum animadverteret mariti cunctationem, cœpit

[a] Cæs. A. ista heic interserit: ἰδεῦ γὰρ ἀποθνήσκω (vid. ἀποθνήσκω)· Ἰούδα σε αἴνεσαν οἱ ἀδελφοί σου. *Ecce enim morior: Juda, laudaverunt te fratres tui*

[b] *Ps.* IV, 1-2.

καθ' ἑαυτὴν γαλινῷ[1] θρήνῳ κόπτεσθαι, καὶ λέγειν· τίς ἡ ἀναχώρησις τῷ φιλτάτῳ μου ἀνδρί; ἢ τίς ἡ βραδύτης αὕτη; ὡς ὁρῶ, οὐκ ἀγαθή· ἕως ἄρτι τοὺς Ἰσραηλίτας περιάγει ζητῶν, εἰ ἡμεῖς μόνοι οὐκ ἐβλαστήσαμεν; ἤδυς[2] αὐτὸς ἦν παρὼν, καὶ μὴ τῇ λύπῃ ἑαυτὸν καταβαπτίσας[3]· καὶ δυνατός ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ δώσας τῇ Σάρρᾳ παρὰ καιρὸν ἡλικίας τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ τὸν Ἰακὼβ, καὶ τῇ Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τῇ Ἄννῃ τῇ γυναικὶ Ἑλκανᾶ τὸν προφήτην Σαμουὴλ, καὶ τῇ γυναικὶ Μανωὲ Σαμψὼν τὸν Ναζηραῖον· ὁ ἐπισκεψάμενος τούτοις, καὶ εἰσακούσας αὐτῶν Θεὸς, δυνατός ἐστιν καὶ ἡμῖν δοῦναι τὴν αἴτησιν ἡμῶν· ἀλλὰ τί κόψομαι, εἰ δὲ[4] καὶ χήρα, καὶ ἄτεκνος; εἰ ἦν μοι κλάδος, οὐκ ἄν μοι τοσαύτη ὀδύνη περὶ τῆς ῥίζης· εἰ δὲ ἦν μοι ὁ ποθούμενος ἐκ νεότητος νῦν παρὼν,

[1] Mend. Barb. et Cæs. A. γαλινῷ. Cæs. B. omittit verba ἤρξατο καθ' ἑαυτὴν γαλινῷ θρήνῳ κόπτεσθαι, καί.

[2] ἤδυς legendum puto pro ἢ θεῖς, vel ἤθυς, quorum primum in Barb., alterum in Cæs. A. et B. lego.

[3] καταβαπτίσας sumo ex Cæs. A; mendose enim Barb. καταβαπτίση.

[4] Barb. codex habet ἴδε, et sensum aliquo modo probabilem redderet, si sumeres ἰδὲ pro ἤδη. Præferendam tamen duxi lectionem Cæs. B., qui habet εἰ δὲ.

---

questu tranquillo lamentari, et secum ipsa fari dicens : quonam secessit vir meus carissimus? aut quæ hujusmodi mora? quantum video, haudquaquam boni ominis. Num adhuc ille perlustrat filios Israel, quærens utrum nos soli fructu caruerimus? Equidem cum heic versaretur, æquanimis ipse erat ac festivus, neque immodicæ se tradebat tristitiæ. Nam ceterum potens est Deus, qui Saræ provecta jam ultra tempus ætate dedit Isaacum, et Rebeccæ Jacobum, et Racheli Josephum, et Annæ conjugi Elcanæ prophetam Samuelem, et conjugi Manue Sampsonem illum Nazaræum, Deus, inquam, qui hos respexit exaudivitque, potens est nostra quoque postulata facere : verum quam acerbus me manet dolor, si ceterum non modo prole caream, sed et virum amiserim? Si germen mihi aliquod afforet, non adeo forte

προσδοκία ἂν ἦν καὶ περὶ κλάδου· οἴμοι τί ποιήσω; κύριε ὃν ἐγὼ ποθοῦσα ᾑρετισάμην[1]· ποῦ γὰρ ὑπάρχεις[2] νῦν; ἢ πῶς σε θρηνήσω ὡς νεκρόν; ἀλλ' οὐκ εἶδόν σου τὸν τάφον· ἀλλ' ἀναμείνω ὡς ἀποδημήσαντα εἰς χώραν μακράν; ἀλλ' οὐδείς ὁ ἀπαγγελών μοι, ἑωρακέναι τὸν κύριόν μου· οἴμοι τίς ὁ ἀπαγγελεῖ μοι, ποῦ ὁ σύζυγος καὶ συνόμιλός[3] μου, ποῦ ὁ τοῦ Ἀβραὰμ ἀπόγονος, καὶ ζηλωτής; ποῦ ὁ τοῦ Ἰσαὰκ ὁμόσκηνος; ποῦ ὁ τοῦ Ἰσραὴλ χρησμός; ποῦ τοῦ Ἰεσσαὶ ἡ ῥίζα[4]; ποῦ ὁ τοῦ Δαυὶδ πρόβολος;

Ταῦτα δὲ ἐγένετο ἐν τῷ πεντακισχιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ καὶ ὀγδοηκοστῷ τρίτῳ ἔτει[5] ἀπὸ ἀρχῆς κτίσεως κόσμου, ἐν τῇ πέμπτῃ

[1] Barb. ᾑρετησάμην, Cæs. B. ᾑρετισάμιν.

[2] Tres concorditer codices mendose ὑπάρχης.

[3] Barb. συνομιλός.

[4] Pericopen Ποῦ τοῦ Ἰεσσαὶ ἡ ῥίζα omittendam non censui, etsi eam habeat solus Cæs. B.

[5] Cod. Barb. mend. ἔτη.

---

de stirpe dolendum mihi esset; verum si præsentem nunc eum haberem, qui mihi ab ipsa juventute dilectus fuit, jam neque de sobole spem plane abjicerem. Heu! quid faciam, domine mi, quem ex affectu in conjugem mihi delegeram! Ubi enim nunc es? an forte te lugebo ut mortuum? Verum non vidi sepulchrum tuum. Saltem te expectem, tamquam peregre in longinquam regionem profectum? At nemo est, qui ad me renuntiet, quod dominum meum uspiam viderit. Heu quis erit, qui mihi narret ubinam sit conjux et convictor meus? ubi Abrahami nepos et æmulator? ubi Isaaci contubernalis? ubi Israelis vaticinio prædictus? ubi radix Jesse? ubi progenies David?

Hæc porro evenerunt anno a mundi exordiis quinquies millesimo quadringentesimo octogesimo tertio[a] et in septuagesima

[a] Vix dubitare fas est, annos heic secundum epocham Constantinopolitanis consuetam computari. Itaque cum Constantinopolitani Nativitatem Christi assignarent anno a mundi creatione quinquies millesimo quingentesimo octavo,

καὶ ἑβδομηκοστῇ[1] γενεᾷ, καθὼς μαρτυρεῖ ὁ ἀψευδὴς[2] συγγραφεὺς Λουκᾶς, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ ἕως τοῦ Θεοῦ ἀναδραμών.

IX. Καὶ ἐπειδὴ ἐξ Ἰούδα ἔμελλεν ἀνατέλλειν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, πόρρωθεν ὁ προφήτης πρὸς αὐτὸν βοᾷ· ἑόρταζε Ἰούδα τὰς ἑορτάς σου· ἀνέβη γὰρ ὁ ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπόν σου· τίς οὗτος, ὦ προφῆτα; φράσον ἡμῖν· ὁ κλίνας οὐρανοὺς καὶ καταβάς, αὐτός ἐστιν ὁ κατασκηνώσας ἐν[3] οὐρανοῖς· ὁ ἄνω σὺν πατρὶ καὶ κάτω ἐν γαστρὶ, ὁ τοῖς Χερουβὶμ φοβερὸς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις πρᾶος, ὁ καταβὰς εἰς ᾅδου πύλας, καὶ τόν ποτε ἰσχυρὸν δήσας, ὁ τοῦ

[1] Barb. mend. ἑβδομηκοστῇ.

[2] Barb. et Cæs. uterq. mend. ἀψευδείς.

[3] Ubi Barb. habet ἐν οὐρανοῖς, Cæs. A. habet ἐν ἀνθρώποις. Præferenda cod. Barb. lectio, tum quia alludere videtur ad illud Johan. III, 13 : *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo;* tum quia melius servari videtur antithesis, quæ in sequentibus quoque incisis apparet.

---

quinta generatione, uti nescius errandi scriptor testatur Lucas, qui seriem (generationum) inverso ordine ad Deum usque inchoat a Josepho.

IX. Quoniam igitur sol justitiæ oriturus erat ex Juda, propheta a longe ad ipsum clamat[a] : *Celebra, o Juda, festivitates tuas; ascendit enim, qui in faciem tuam afflat*[b]. Quis est hic, o propheta? Dic nobis. *Qui inclinavit cælos et descendit*[c], ipse est (inquit), qui inhabitat in cælis ; qui cum Patre in cælo est, et in terra clauditur in utero ; qui Cherubim tremendus, et hominibus est mitis ; qui descendit ad inferorum portas, et eum, qui

consequens est, hanc quoque traditionem seu opinionem aliquando receptam fuisse, Deiparam anno ante Christi Nativitatem seu melius Incarnationem vigesimo quinto conceptam fuisse, adeo ut vigesimum quintum annum ageret, cum ad annuntiandum ei Divini Verbi incarnandi mysterium missus est Angelus.

[a] Nah. I, 15.

[b] *Ibid.* II, 1.

[c] *Ps.* XVII, 10.

θανάτου τὸ βασίλειον λύσας, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τὰ ἴδια πρόβατα ἐξάγων ἐξ ᾅδου, καὶ ἔμπροσθεν αὐτῶν πορευόμενος, φωνήσας ἕνα ἕκαστον αὐτῶν κατ' ὄνομα· ὁ καταβὰς, φησὶν ἀποστόλος, αὐτός ἐστιν καὶ ὁ ἀναβάς.

X. Ποίας ἑορτὰς ἑορτάζειν τὸν Ἰούδα, ὦ προφῆτα, βοᾷς; εἶτα ὁ βλέπων φησίν· οὐ τὰς νομικὰς ἑορτὰς Ἰούδας ἑορτάσει μοι, οὐ τὰς ἐν σαββατισμοῖς, καὶ νεομηνίαις, καὶ σάλπιγξιν· καιρὸς γὰρ τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ, διασκεδάσαι τὸν νόμον σου· ἑορτὰς δέ φημι ἑορτάζειν, τῆς χάριτος ἐλθούσης, ἐν εὐσήμοις ἑορτὰς δέκα.

Πρώτη[1] πασῶν τῶν εὐσήμων ἑορτῶν, ἐν ᾗ ἐδέξαντο[2] τὰ εὐαγ-

[1] Cum Cæs. A. Πρῶτη πασῶν· nam Barb. πρῶτον πασῶν· Cæs. autem B. πρῶτον πάντων καὶ πασῶν.

[2] Mond. Barb. et Cæs. A. ἐδέξατο, et Cæs. B. ἐδείξαντο.

---

fuerat aliquando fortis, vinculis adstrinxit[a]; qui mortis imperium dissolvit; pastor bonus, qui oves suas ab inferis eduxit, et ante eas vadens, *unamquamque nominatim vocat*[b]. *Qui descendit*, inquit Apostolus[c], *ipse est et qui ascendit*.

X. Quænam vero, o propheta, sunt festivitates, quas clamas Judæ agendas? Hoc deinde Videns declarat : Non legales (inquit) festivitates Judas celebrabit mihi, non eas quæ in sabbatorum, et novi mensis religionibus peraguntur et in solemnitate tubarum. Etenim *Tempus faciendi Domino*, ut dissipet legem tuam[d]. Cum itaque gratia advenerit, decem solemnitates insignes agendas esse dico.

Prima omnium insignium solemnitatum[e] ea est, in qua Joa-

[a] Luc. XI, 21, 22.

[b] Johan. X, 3, 4.

[c] Eph. IV, 10.

[d] Habes accommodationem illius (*Ps.* CXVIII, 126) juxta LXX : Καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ, διεσκέδασαν τὸν νόμον σου.

[e] En habes Deiparæ Conceptionem inter præcipuas atque insigniores solemnitates recensitam. Neque vero moveat (quod non nemo cavillose dictitavit), quod unice agi memoria dicatur nuntii ab Joachimo et Anna accepti de Virgine

γέλια Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα τῆς γεννήσεως τῆς παναχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας· καὶ μετὰ ταῦτα τὸ πάνσεπτον αὐτῆς γενέθλιον· ἐκεῖ σύλληψις, ὧδε γενέθλιον· μετὰ ταύτην ἑτέρα πανσεβάσμιος, καὶ προσκυνητή, ἐν ᾗ ὁ Γαβριὴλ ἀΰλοις ποσὶ τὴν γῆν πατήσας, τὸ χαῖρε τῇ παρθένῳ προσεφώνησεν· εἶτα ἡ σωσικόσμιος[1] ἐκ παρθένου γένεσις τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· εἶθ' οὕτως πρὸς τὸν ναὸν ἄνοδος, καὶ ἐν ταῖς ἀγκάλαις τοῦ Συμεὼν δοχή· καὶ πάλιν ἡ φωτοφόρος ἐπιφάνεια· καὶ πάλιν ἡ ἐν τῷ Θαβορίῳ ὄρει μεταμόρφωσις, καὶ τὸ ζωηφόρον πάθος, τὸ[2] Πάσχα τῆς ἀειζώου

[1] Barb. σεσικόσμιος.

[2] Τὸ Πάσχα cum Cæs. B., nam Barb. et Cæs. A. habent τοῦ Πάσχα.

---

chimus et Anna faustum generationis plane immaculatæ et genitricis Dei Mariæ nuntium acceperunt. Tum augustissima ejusdem Mariæ nativitas; illic conceptio, heic nativitas". Alia deinde solemnitas veneratione cultuque dignissima, in qua Gabriel pedibus materiæ expertibus terram calcans, illud *Ave* Virgini pronunciavit. Postea salutaris illa mundo universo Regis omnium Christi Dei nostri ex Virgine nativitas. Deinde et adscensio in templum, et in ulnas Simeonis exceptio. Ac rursus lucifera apparitio, et rursus in monte Thabor transfiguratio; et vivifica passio, Pascha immortalis resurrectionis.

gignenda. Consimili sane modo paulo post mentio fit festivitatis, *in qua Gabriel illud Ave Virgini pronuntiavit*. At adeone desipiat quispiam, ut dicat, totam festi rationem Angeli adventu et illius *Ave* pronuntiatione contineri? Ceterum primæ hujus festivitatis quænam vera sit ratio, aperte in fine orationis ab Auctore declaratum reperies. Quamquam et hoc loco, quasi Auctor ineptos hos cavillos divinaret, adjecit, binas illas Deiparæ festivitates ita alteram ab altera distingui, ut in prima *Conceptio*, in altera *Nativitas* celebretur. Non ergo merum Angeli nuntium, sed Deiparæ Conceptio, eaque potissimum hoc festo colebatur.

" Verba *illic conceptio, heic nativitas*, absunt a Cæs. B., at retinent tum Cæs. A. tum Barb. et Leo Allatius (*Prolegom.* ad Opp. Damasceni, § LXIII. *Opp. Damasc.* p r Le Quien, tom. I, pag. LXIII).

ἀναστάσεως· καὶ πάλιν τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, καὶ ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς ἐν σαρκὶ καθέδρας· καὶ ἡ ἐσχάτη ἡμέρα καὶ [1] ἡ μεγάλη τῆς ἑορτῆς, ἐν ᾗ τὸ παναγιον Πνεῦμα [2] κατῆλθεν ἐπὶ τοὺς ἁγίους μαθητὰς καὶ ἀποστόλους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἑόρταζε Ἰούδα τὰς ἑορτάς σου. Αὗται οὖν εἰσιν αἱ [3] ἑορταὶ, ἃς ὁ προφήτης ἑορτάζειν τὸν Ἰούδαν βοᾷ.

XI. Τῶν δὲ καιρῶν ἤδη ἐγγιζόντων, πληρωθῆναι δεῖ πᾶσαν δικαιοσύνην· ἔθεν τοῦ μὲν Ἰωακεὶμ ἐν τῷ ὄρει εὐχομένου [4], τῆς δὲ Ἄννης ἐν τῷ οἴκῳ θρηνούσης, ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἑαυτῆς παράδεισον, ἐφ' ᾧ ἀνάπαυλαν τῆς ἄγαν

[1] Barb. abest καί.
[2] E cod. Barb. excidit vox Πνεῦμα, et paulo infra μαθητὰς καί.
[3] A cod. Barb. abest αἱ.
[4] Barb. et Cæs. uterq. mend. τῷ . . . . εὐχομένῳ.

Et rursus in cælos adscensio, et ad dexteram Patris in carne sessio. Tandem extremus, magnusque dies festus, in quo Sanctissimus Spiritus in sanctos discipulos et Apostolos Domini nostri Jesu Christi descendit. *Age, o Juda, solemnitates tuas.* Istæ igitur solemnitates sunt, quas celebrandas a Juda propheta indicit[a].

XI. Præstitutis autem temporibus adventantibus, justitiam omnem jam oportebat impleri. Unde cum Joachimus in monte preces funderet, Anna vero intra domesticos parietes lugeret, hæc domo egressa in hortum suum se contulit, quo tam gravis

[a] Ex quo nulla heic fiat mentio festivitatis *Dormitionis* Deiparæ, suspicari quispiam posset, nondum forte idem festum in Eubœensi Ecclesia receptum fuisse. At non ita res habet; nam ad finem orationis hoc quoque festum celebrari consuevisse Auctor commemorat. Porro hinc nobis Conceptionis festivitas magis commendatur. Cum enim mysteria solemniori cultu celebranda denario numero comprehensa dicantur, in hunc numerum Conceptionem Deiparæ potius quam ejusdem sanctissimam dormitionem relatam cernimus.

θλίψεως ἀρύσεται· καὶ ἰδοὺ Ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτῇ λέγων· Ἄννα, Ἄννα, εἰσήκουσε Κύριος τῆς δεήσεώς σου, καὶ συλλήψῃ, καὶ γεννήσῃ, καὶ λαληθήσεται τὸ σπέρμα σου ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ· μὴ λυποῦ, Ἄννα· ὁ καρπός σου παύσει[1] τὴν λύπην ταῖς ἐν λύπαις τικτούσαις· αὐτὴ γάρ ἐστιν, περὶ ἧς προκατήγγειλαν πάντες οἱ προφῆται τὴν σωτηρίαν δι' αὐτῆς ἀπεκδεχόμενοι· μακάριοι ὑμεῖς, Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα· ὄντως δὲ ἐξ ὑμῶν τικτομένη μακαριωτέρα ἐστί. φησὶν ὁ Ἄγγελος πρὸς αὐτούς.

Ἑόρταζε, Ἰούδα, τὰς ἑορτάς σου· οὐκ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ,

[1] Barb. παύει et cum eo Cæs. A., licet mendose, πάθει· at Cæs. B. παύσει.

---

mœroris levamen aliquod hauriret. Et ecce Angelus Domini adstitit, ipsi dicens: *Anna, Anna, exaudivit Dominus deprecationem tuam, et concipies, et paries, et celebrabitur semen tuum in universa terra.* Ne tristeris, o Anna; fructus tuus finem imponet earum dolori, quæ in angustiis pariunt[a]. Ipsa enim est, quam prophetæ omnes salutem per ipsam exspectantes prænuntiarunt[b]. O vos beatos, Joachim et Anna! Verum beatior sane est quæ a vobis progignitur! Sic ad eos Angelus.

Age, o Juda, solemnitates tuas[c], non in Veteri Testamento, sed

[a] Vulgatissima est penes veteres hæc doctrina, atque eo etiam spectat, sententiæ pariendi in doloribus adversus Evam prolatæ Deiparam nullatenus fuisse obnoxiam. Id autem ipsi quoque Annæ tribuitur in sacris Græcorum Officiis, filiæ scilicet, quam utero gestabat, gratia (Men. die IX Dec. in Stich. ante Synaxarium): *Haudquaquam, sicuti Eva, tu quoque, o Anna, paries in doloribus; nam gaudium in utero gestas* (οὐχ ὥσπερ Εὔα, καὶ σὺ σὺν λύπαις τεκεῖς· χαρὰν γὰρ, Ἄννα, ἔνδον κοιλίας φέρεις).

[b] Ne oratoriæ exaggerationi tribuas quod heic dicitur, Deiparam *a prophetis omnibus* fuisse prænuntiatam, facere debet veterum auctoritas Patrum, quibus nihil communius, quam ut disertissime affirment, Mariam Deiparam in Scripturis omnibus prædicari. Conf. quæ de his diximus in commentario.

[c] Nah. I, 15.

ἀλλ' ἐν τῇ καινῇ· αὕτη οὖν ἡ ἀρχὴ τῆς καινῆς διαθήκης, τῆς νέας καὶ θεοδόχου κιβωτοῦ, ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Ἄννης κτιζομένης, τῆς ἐκ τῆς ῥίζης Ἰούδα, Ἰεσσαὶ, καὶ Δαυίδ· φησὶ γὰρ ὁ προφήτης· καὶ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαυὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ οἰκοδομήσω τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς· ἰδοὺ ἀνίσταται ἡ σκηνὴ Δαυὶδ ἐν τῇ συλλήψει [1], καὶ γενήσει τῆς αὐτοῦ θυγατρός· αὐτὴ γάρ ἐστι περὶ

[1] Barb. mend. συλλάψη.

---

in Novo. Hoc igitur principium est Novi Testamenti[a]; principium est novæ arcæ ad Deum excipiendum in Annæ utero exstructæ, quæ est ex radice Judæ, Jesse, et Davidis. Inquit enim Propheta[b]: *Et suscitabo tabernaculum Davidis, quod cecidit, et reædificabo ruinas ejus.* Ecce erigitur tabernaculum David in conceptione et procreatione filiæ ejus[c]. Ipsa est enim, de qua primus omnium

[a] Cum propria Novi Testamenti nota seu character sit operatio gratiæ, principium vero Novi Testamenti collocetur in *ipso initio* exstruendæ arcæ Deo excipiendo destinatæ, scilicet *in Conceptione* Deiparæ; ergo Mariæ Conceptio non solius naturæ (sic enim ad legem peccati spectasset), sed gratiæ quoque opus fuit.

Hinc Ecclesia Græca in sacris hujus solemnitatis officiis canit, veteres legis umbras exoriente Virgine transiisse, quia *splendor gratiæ, id est Maria*, effulsit (Men. die IX, Dec. Ode ς'.) : *Vere legis umbræ prætereunt; ecce enim divinæ gratiæ splendor Virgo refulget, nubes illa e qua vere coruscans sol Deitatis exoritur* (Νόμου αἱ σκιαὶ σαφῶς παρατρέχουσιν· αὐγὴ γὰρ ἰδοὺ τῆς θείας χάριτος ἐμφανίζεται ἡ παρθένος, νεφέλη ἐξ ἧς ὁ φαιδρὸς τῆς θεότητος ἀνίσχει ὄντως ἥλιος). Et rursus eadem die celebrat Græca Ecclesia *conceptas* in Annæ utero *primitias novæ ædificationis* (Ibid.) : *Exultent montes et colles, campi et maria, multitudo Angelorum, et universum mortalium genus; Anna enim divinum Domini templum, novæ ædificationis primitias concepit.* (Ὄρη καὶ βουνοί, πεδία καὶ θάλασσα, ἀγγέλων πλῆθος καὶ πᾶσα φύσις βροτῶν εὐφραινέσθωσαν τοῦ δεσπότου· τὸ θεῖον γὰρ τέμενος, ἀπαρχὴν ἀναδεμήσεως ἐδέξατο Ἄννα.)

[b] Amos IX, 11.

[c] Cum haudquaquam materialiter, sed spiritualiter accipienda sit restitutio illa collapsi tabernaculi, ruinarumque ædificatio a Propheta prænuntiata; de

ἧς πρῶτος πάντων Ἰακὼβ τὸν Ἰούδαν προφητεύων ηὐλόγησε [1] λέγων οὕτως· Ἰούδα, σὲ ἠνέσεσαν οἱ ἀδελφοί σου.

Ἀληθῶς μακάριοι ὑμεῖς, Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα· ὑμεῖς γὰρ ἐξ Ἰούδα, καὶ Ἰεσσαὶ, καὶ Δαυὶδ, καὶ αὐτὴ ἐξ ὑμῶν, καὶ ἐξ αὐτῆς ὁ τοῦ νόμου δωτὴρ [2], καὶ προφητῶν Κύριος, καὶ ἐπ' ἐσχάτων νόμου πληρώτης Χριστὸς Κύριος.

XII. Ταῦτα πρὸς τὴν εὐλογημένην συζυγίαν Ἰωακεὶμ καὶ Ἄνναν Ἄγγελος, καὶ ἐπιπλεῖον [3] ἐπήγαγεν· θαρσεῖτε, χαίρετε, καὶ [4] ἀγαλ-

[1] Ita codex, qui tamen in admittendo vel respuendo hoc augmento sibi non consta.

[2] Barb. δοτήρ.

[3] Barb. ἐπιπλείων, at vel ἐπιπλείω, vel ἐπιπλεῖον legendum. Cæs. A. ἐπὶ πλεῖον.

[4] Cum Cæs. A. ἀγαλλιάσθε; mend. Barb. ἀγαλλιᾶσθαι.

Jacob vaticinans Judæ benedixit, ita inquiens[a]: *Juda, laudarunt te fratres tui!*

Vere vos beati, Joachim et Anna. Vos enim ex Juda, Jesse, et Davide, hæc autem ex vobis, et ex ipsa legis dator, et Dominus prophetarum, atque extremis temporibus perfector legis Christus Dominus.

XII. Hæc Angelus ad benedictos illos conjuges Joachimum et Annam[b]; atque ulterius adjecit : Bono animo estote, gaudete, et

restauratione igitur per Christum facienda, et de ædificatione per gratiam perficienda sermo est. Insuper ejusmodi restauratio et reædificatio (uti patet) ita locum habuit in Deiparæ conceptione et generatione, ut tabernaculi illius erectio sit ipsa Deiparæ *conceptio*. Atqui si in conceptione Virginis suus reliquus fuisset peccato locus, jam in ipsa conceptione jure merito non quidem tabernaculi erectionem suspiceremus, sed ruinas et lapsum deploraremus. Iteratam ergo confessionem doctrinæ a Deiparæ conceptione peccati omnis suspicionem excludentis habemus.

[a] *Gen.* XLIX, 8. Sup. § VII cod. Barb. habebat αἰνέσουσιν, nunc mendose ἐννέσεσαν, uterque vero Cæs. αἴνεσαν. Notum est autem et codices versionis LXX heic varias lectiones præferre. Conf. *Scholia* Lamberti Bos in h. c.

[b] Cæs. B. reliqua omittens pauca hæc retinet : ταῦτα πρὸς αὐτοὺς ὁ ἄγγελος, *ita ad eos Angelus*. Quam lectionem præferendam censerem.

λιάσθε· ἤγγικεν γὰρ ὁ καιρὸς ὁ ὑπὸ τοῦ προφήτου κηρυττόμενος, ἐκ Βηθλεὲμ καὶ γῆς Ἰούδα τὸν μέγαν ποιμένα ἐξελεύσεσθαι, καὶ οὐ μόνον τὸν Ἰσραὴλ ποιμανεῖν [1], ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἔθνη.

Οὕτως μακάριοι καὶ τρισμακάριοι Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα· μυρίον ταπλάσιον δὲ μακαριωτέρα ἡ ἀπόγονος καὶ θυγάτηρ Δαυὶδ, ἡ ἐξ ὀσφύος καὶ γαστρὸς ὑμῶν προερχομένη· ὑμεῖς γὰρ γῆ ἐστὲ, αὐτὴ δὲ οὐρανός· ὑμεῖς χοϊκοὶ, δι' αὐτῆς δὲ οἱ χοϊκοὶ ἐπουράνιοι [2]· μα-

[1] Cæs. A. ποιμαίνειν· Barb. ποιμενεῖ.

[2] Barb. δι' αὐτῆς δὲ χωϊκοὶ οἱ ἐπουράνιοι; at melius Cæs. B. δι' αὐτῆς δὲ οἱ χοϊκοὶ ἐπουράνιοι.

---

exsultate. Instat enim tempus a Propheta adnuntiatum, quo ex Bethleem et terra Juda rex magnus est oriturus, et non modo populum Israelis, sed et gentes reget universas.

Vere beati ac ter beati, Joachime et Anna; at millies beatior Davidis progenies ac filia, quæ e femore atque utero vestro progreditur. Vos enim terra estis; ipsa vero cælum : vos terreni; per ipsam vero (evadunt) cælestes". Vere vos beati, quoniam rex ille

" Hoc etiam loco cujusvis labis expertem Deiparam luculenter prædicari, nullus equidem dubito. Quid enim sunt heic *terreni* seu *terra*, nisi homines in collapsæ naturæ statu spectati, qui per reparationem deinde ad statum gratiæ cum transeunt, cælestes fieri dicuntur? Id sane exigunt tum contextus, tum rei ipsius natura, tum tritissimus hujus locutionis in lingua ecclesiastica usus ex notissima Apostoli sententia (I. Cor. XV, 47 seqq.) suam ducens originem. Deipara porro non modo *a terra illa* atque *a terrenis* prorsus heic sejungitur, ut veluti e regione istorum altero in ordine collocetur; sed (quod probe notabis) dum hoc ipsum efficitur, ipsa non *cælestis* dicitur, sed absolute *cælum* vocatur : nempe si *cælestis* diceretur, aliquid habere commune cum iis forte videretur, qui cælestes fieri ibidem dicuntur, antea terreni cum fuerint; dum vero absolute appellatur *cælum*, haud obscure innuitur, hanc (donorum suorum in eam cumulum conferente Deo pro singulari, ad quam electa fuerat, dignitate) suam veluti sibique propriam exstitisse conditionem.

Id vero luculenter ex eo confirmatur, quod Mariæ *conceptæ* conditionem ope hujus imaginis exhibere familiarissimum in Orientis Ecclesia fuisse novimus. Ita Georgius Nicomediensis (ut hoc saltem heic innuam) celebrans Vir-

κάριοι ἀληθῶς ὑμεῖς, ὅτι ὃν Μωυσῆς ἰδεῖν οὐκ ἐδυνήθη, ἐπεθύμησεν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης τοῦ κάλλους τῆς ὑμῶν θυγατρός.

Μακάριοι ὑμεῖς Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα, ὅτι παράδεισον λογικὸν ἐκυήσατε· αὐτὴ γὰρ οὐ μόνον ὑπὸ ἀνθρώπων μακαρίζεται, ἀλλὰ

---

gloriæ, quem Moyses videre non potuit, filiæ vestræ pulchritudinem concupivit[a].

Vos beati, Joachime et Anna, quia rationalem paradisum genuistis. Ipsa enim non ab hominibus modo, verum etiam ab

ginis Conceptionem, cælum nobis datum gratia fulgidum proclamat (Orat. III. in Concept. et Nat. Deip. Auct. Combefis. tom. I, col. 1043) : *Cælum sublimius* (terra) *excipit hodie genitum, cælum lucidius prorsus et spatiosius, cælum... quod non visibilibus astris, sed multiplicis spiritualis lucis fulgore nitescit* (τὸν ὑπέρτερον οὐρανὸν ἀποτικτόμενον δέχεται, τὸν ὑπέρφωτον ὄντως καὶ εὐρυχωρότερον ... τὸν οὐκ ἄστροις ὁρωμένοις, ταῖς νοηταῖς δὲ ποικιλλόμενον δᾳδουχίαις). Id ipsum tota Græca Ecclesia in sacris Deiparæ conceptæ Officiis sic repetit (Men. die IX Dec. ad init. Matutin.) : *Deo omnium conditore afflante, norum in sinu Annæ cælum fabricatur; e quo ille, qui solus sincerus est hominum amator, propter suæ charitatis excessum tamquam sol occasum nesciens effulgebit, ut Divinitatis suæ radiis universum mundum illuminet* : (ὁ) νέος οὐρανὸς ἐν κοιλίᾳ τῆς Ἄννης τεκταίνεται Θεοῦ παντουργοῦ ἐπινεύσει, ἐξ οὗ.....

Neque vero absonum videatur, prælato sensu *terram terrenosque* vocari Joachimum et Annam alioqui justissimos : ibi enim quod conditionis erat, non quod reparationis, exprimitur. Rursus autem id maximopere vim dictis addit : si enim illi utut justissimi *terra* ac *terreni* appellati sunt, hoc non terrenæ eorum conversationi, sed vitiatæ conditioni tribuendum est. Ergo si et Deipara semel eodem originis vitio infecta fuisset, æquo jure et ipsa *terra et terrena audivisset*, non autem sua veluti conditione *cælum*, per quam et parentes ejus *cælestes* evaderent, quemadmodum et Johannes noster indicat, et sic eleganter prosequitur etiam Isidorus Thessalonicensis episc. (Orat. de Nativ. Deip. n. IX) : *Anna vero cum generaret, filia sua indigebat ut regeneraretur... Neque ipsa solum, quæ per preces mater ei fuit, sed ejusdem etiam progenitor opus habuit, ut ipsam veluti matrem nanciscerentur* (Ἄννα δὲ ἀναγεννηθῆναι τῆς παιδὸς ἐδεῖτο γεννῶσα ... καὶ οὐχ ἡ προσευχῆς αὕτη μήτηρ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ προπάτορι ταύτης ἐδέησεν, ὅσαπερ οἱονεὶ μητρὶ χρήσασθαι).

[a] *Ps.* XLIV, 11, 12.

καὶ ὑπὸ Ἀγγέλων, καὶ τῶν Χερουβὶμ καὶ τῶν Σεραφίμ· αὐτὴ γὰρ τὸν φυτουργὸν τῆς κτίσεως καὶ[1] τοῦ παραδείσου ἐξ ἀρχάντων αὐτῆς λαγόνων ἐκυοφόρησεν.

XIII. Καὶ ἰδοὺ Ἄννα ἀκούσασα παρὰ τοῦ Ἀγγέλου τὴν σύλληψιν καὶ γέννησιν τῆς παναμώμου κόρης, ἤρξατο μὲν χαίρειν· οὔπω δὲ παρὼν ἦν ὁ προσδοκώμενος, ἤτοι ὁ ἀγαπητὸς σύνευνος.

Δεξάμενος τοιγαροῦν καὶ ὁ δίκαιος Ἰωακεὶμ τὰ τῆς συλλήψεως τῆς ἐξ ὀσφύος αὐτοῦ εὐαγγέλια, ἤρξατο ἑτοιμάζειν τὰ τῆς χαρᾶς διπλᾶ καὶ τριπλᾶ, καὶ δεκαπλασιάζων ἔχαιρε καὶ ἠγαλλιᾶτο· καὶ δὴ πληρώσας πάντα καθὼς ἦν αὐτῷ εἰθισμένον[2], τὰ δῶρα

[1] Verba τῆς κτίσεως καὶ, quæ a Barb. absunt, desumpta sunt ex Cæs. A.
[2] Barb. ἠθισμένον, Cæs. A. ἠθισμένως.

Angelis, ab Archangelis, a Cherubim atque a Seraphim beatissima prædicatur, quippe quæ impollutis suis visceribus creaturarum omnium et paradisi auctorem gestavit.

XIII. Et ecce ut Anna ab Angelo audivit prorsus immaculatam puellam[a] se concepturam ac parituram esse, gaudio gestire cœpit. Nondum autem is aderat, quem exspectabat, dilectus nempe conjux.

Cum itaque justus quoque Joachimus lætum accepisset nuntium futuri de lumbis suis conceptus, lætitiæ apparatus in duplum ac triplum instituit adornare, ac decuplo gaudio et exsultatione efferebatur. Cumque, uti consueverat, jam plene dona et

[a] Auctor heic tamquam exploratum supponit, Annam *de plane immaculata puella concipienda* jam ab Angelo monitam fuisse. Atqui in eo, qui præmittitur, Angeli sermone nihil habes, quod huc spectet, nisi quod Maria *cælum* dicatur in oppositione ad reliquos omnes, qui *terreni* proclamantur; et quod paulo post Joachimus et Anna dicantur genituri *paradisum rationalem* (§ præc.). Ut ergo verbis Auctoris sua stet veritas, dicendum est, appellationes illas tum *cæli* tum *paradisi rationalis*, quas Angelus concipiendæ proli tribui se perhibetur, ex mente Auctoris ipsius omnimodam illam significare puritatem, cujus gratia puella prorsus immaculata (πανάμωμος) proclamatur.

καὶ τὰς θυσίας προσφέρειν, συνέλαβεν ἡ στείρα· καὶ ἀνέμενον ἀμφότεροι τὸν καρπὸν τῆς γεννήσεως, τὸ τί ἂν εἴη [1] τὸ ἀποβησόμενον.

Καὶ ἐγγίσαντος τοῦ καιροῦ τῆς πανσέπτου γεννήσεως τῆς παναμώμου κόρης καὶ θεοτόκου, ἐπληρώθη ὁ προφητικὸς λόγος, ὃν ἔφησεν Ἡσαΐας· εὐφράνθητι στείρα ἡ οὐ τίκτουσα· καὶ ηὐφράνθη, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ μακαρία Ἄννα σφόδρα, καὶ εἶπεν τῇ μαίᾳ· τί ἐγέννησα; καὶ εἶπεν ἡ μαῖα· θῆλυ· καὶ εἶπεν Ἄννα· προσάξω αὐτὴν δῶρον Κυρίῳ τῷ Θεῷ.

XIV. Ἴδε οὖν σαφῶς λειτουργοῦντας τῇ Τριάδι Μαρίαν, καὶ Ἄνναν, καὶ Ἰωακείμ· τεχθείσης γὰρ τῆς παιδὸς, καὶ προκοπτούσης ἡλικίᾳ, οὐ προσήγαγον αὐτὴν διετῆ, οὐδὲ πάλιν τετραετῆ, ἀλλὰ τριετῆ ὡς Τριάδος ἀχωρίστου νύμφην, καὶ παστάδα ἀμίαντον· καὶ κοινῶς [2] προσήγαγον αὐτὴν, ὡς μελλούσης αὐτῆς ἀμφότερα εἶναι·

[1] Εἴη ἀποβησόμενον cum Cæs. A., Barb. ἢ τὸ ἀποκτισόμενον.
[2] Barb. πῶς, cum Cæs. A. prætuli κοινῶς.

---

sacrificia obtulisset, sterilis concepit; et exspectabant ambo fructum generationis, qualis nempe foret proles nascitura.

Porro instante jam tempore augustissimæ nativitatis plane immaculatæ puellæ ac Genitricis Dei, propheticum impletum est oraculum, quod locutus est Isaias[a] : *Lætare, sterilis quæ non paris*. Lætata est enim et exsultavit maxime beata Anna ; et dixit obstetrici : Quid peperi ? et respondit obstetrix : Filiam. Et subdidit Anna : Afferam illam donum Domino Deo.

XIV. En palam igitur sacrificium Triadi offerentes Mariam, Annam, et Joachimum. Cum enim edita in lucem fuisset puella, atque ætate progrederetur, obtulerunt eam non quidem bimulam, nec item quatrimam, sed trimulam tamquam indivisæ Trinitatis sponsam, et thalamum immaculatum. Communi præterea voto ipsam adduxerunt, tamquam quæ utrumque futura erat, ac

[a] Is LIV, 1 secundum LXX.

καὶ πρῶτον μὲν δῶρον τῷ Θεῷ προσηνέχθη, ἔπειτα δὲ καὶ ναὸς καὶ θρόνος· προφητικῶς οὖν προσήγαγον τὴν παρθένον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Κυρίου.

Ὢ τοῦ θαύματος· ὁ ἔμψυχος ναὸς καὶ θρόνος χερουβικὸς εἰς ναὸν ἐκ λίθων κατεσκευασμένον προσφέρεται· πρὸ γὰρ πολλῶν γενεῶν ὁ Δαυὶδ περὶ αὐτῆς ἐβόα λέγων· ἄκουσον, φησὶ, Θεοῦ θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· καὶ πάλιν· ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς· πῶς ἀπενεχθήσονται; δηλονότι ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει· ποία αὐτή, ὦ προφῆτα; ἐπειδὴ οὐκ ἔδει τὴν βασιλίδα [1] μόνην εἰς τὸν

[1] Barb. mend. βασιλεῖδα.

---

primo quidem donum oblata Deo est, deinde vero et (tamquam) templum et thronus. Prophetico igitur spiritu Virginem in templo Domini obtulerunt.

O rem plane miram! In templum lapidibus exædificatum affertur animatum templum et thronus cherubicus. Et sane jam a multis ante generationibus David de ipsa palam vaticinatus est[a]: *Audi*, inquit, *Dei*[b] *filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui; et concupiscet rex pulchritudinem tuam*. Et rursus[c]: *Adducentur regi virgines post eam*. Quomodo adducentur? *in lætitia* scilicet *et exsultatione*[d]. Qualis et quanta hæc est, o Propheta! Quoniam nequaquam decebat, ut in templum regis sola sine comitatu regina adduce-

[a] *Ps.* XLIV, 11.

[b] Suo marte Johannes hic addit vocem *Dei*; neque enim in Psalmo legitur *Dei filia*, sed mere *filia*. Verum jam alias notavimus, solemne ac familiare SS. Patribus fuisse, ut singulari laude Deiparam ceu *Dei filiam* celebrarent. Nil proinde mirum, si ultro ex ore et calamo Johannis id excidit.

[c] *Ps.* XLIV, 15.

[d] *Ibid.* v. 16.

ναὸν τοῦ βασιλέως ἀπενεχθῆναι, τοῦτο πόρρωθεν διὰ πνεύματος ἁγίου ἀδόμενον εἴρηται· καὶ πάλιν· αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονταί σοι· ἀπηνέχθησαν τοίνυν [1] σὺν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ καὶ ἄλλαι παρθένοι· πρόδηλον ὅτι καὶ αὐταὶ μετέσχον ἁγιασμοῦ· τίς γὰρ ἐψιωμένων [2] βασιλέα, ἢ βασιλίδα [3], ὧρα καὶ ὀψώνια παρ' αὐτῶν οὐκ ἀμείψεται;

Εἰσὶν δὲ καὶ ἄλλαι παρθένοι· ἀλλ' ἵνα τὸν λόγον μὴ μακρύνωμεν, ὀλίγα καὶ περὶ ἐκείνων λαλήσω· αὐταί εἰσιν αἱ τὴν παρθενίαν ὥσπερ θησαυρὸν βασιλικὸν φυλάξασαι [4], προσέχουσαι ἑαυταῖς διαπαντὸς, ἵνα μὴ ταῖς πέντε μωραῖς ὁμοιωθήσονται, ἀλλ' ἀεὶ τὸν βασιλικὸν σκῦλον φυλάττουσαι καὶ μόνῳ τῷ νυμφίῳ αὐτῶν [5] ἀρέ-

[1] Quæ deinceps ad finem usque sequuntur desunt in mutilo cod. Cæs. B.

[2] Cæs. A. ὁ ψικεύων, nec minus mendose Barb. ὁψικεύων. Tres porro habemus voces, quæ et aliquam similitudinem cum his mendis, et sensum contextui congruum habeant, videlicet ὀπαδεύων ab ὀπαδεύω, ὀψικέλευθος, quod est *sero* seu *post veniens*, et ἐψιωμένων ab ἐψιάομαι, quod, teste Henr. Stephano, idem etiam valet ac ἀκολουθέω. Postremam præferendam duxi.

[3] Barb. mend. βασιλεῖδα.

[4] Barb. φυλάξαι, Cæs. A. φυλάξασαι.

[5] Barb. αὐταῖς.

---

retur; jam et hic comitatus diu ante per Spiritum Sanctum prænuntiatus est! Et rursus[a]: *Proximæ ejus afferentur tibi*. Cum sancta igitur Virgine aliæ quoque virgines adductæ; atque, ut manifestum est, et ipsæ sanctificationis participes fuerunt. Ecquis enim eorum, qui sunt in comitatu regis vel reginæ, munera ab ipsis præmiaque non referat?

Ceterum et aliæ sunt virgines, de quibus ne sermonem longius protraham, pauca tantum attingam. Hæ sunt, quæ virginitatem tamquam regium thesaurum cum servaverint, sollicitam sui curam numquam non adhibent, ut quinque fatuis nequaquam similes efficiantur, sed jugiter vigiles domum regiam custodiant,

[a] *Ps.* XLIV, 15.

σκουσαι· αὐτὸς γὰρ ἐνετείλατο λέγων· οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. Καὶ πολλαὶ μὲν διὰ τοῦ μαρτυρίου τὸ μακάριον τέλος ἔσχον· ἄλλαι δὲ καὶ δι' ἀσκήσεως καὶ διὰ τῶν σαρκικῶν πειρατηρίων ἐστεφανώθησαν, καὶ ἔτι στεφανοῦνται.

XV. Διὸ καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει ἀγαλλιᾶσθαι τὰς θυγατέρας τῆς Ἰουδαίας· περὶ οὖν τῆς παναγίας μητρὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦτο εἴρηται, ὡς μελλούσης αὐτῆς σὺν ταῖς θυγατράσιν τῆς Ἰουδαίας εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων βαδίζειν· οὐδέπω γὰρ εἶδον αἱ γυναῖκες κόρην [1] ἐν ἁγιάσματι ἀνατραφεῖσαν· καὶ προφητικῶς ὡς παραδόξων πραγμάτων ἐπιτελουμένων, ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες [2] τῆς Ἰουδαίας ὁρῶσαι τὴν παναγίαν παῖδα Μαρίαν, ὡς ἄσπιλον περιστερὰν, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων βαδίζουσαν, καὶ τοὺς

[1] Barb. pro κόρην legit χωρεῖν.
[2] Barb. mend. θυγατέραις.

---

et unico suo ipsarum sponso placeant. Ita enim ipse præcepit, inquiens[a]: *Nemo potest duobus dominis servire*. Et multæ quidem facto martyrio ad beatum exitum pervenerunt. Aliæ autem per sanctas exercitationes et carnis tentationes coronatæ fuerunt, ac porro coronantur.

XV. Quare et in alio loco filias Judæ exsultare[b], dicit; de sanctissima igitur Matre Domini nostri Jesu Christi hoc etiam dictum est, quia ipsa nempe ad Sancta Sanctorum itura erat filiabus Judææ stipata. Nondum enim mulieres viderant puellulam in templo fuisse enutritam, atque adeo cum nova ac præter opinionem res perageretur, filiæ Judææ secundum prophetæ vocem exsultaverunt, cum Mariam puellulam sanctissimam, veluti immaculatam columbam, ad Sancta Sanctorum euntem in-

[a] Matth. VI, 24.
[b] *Ps.* XLVII, 12. Quod *filias Judææ* potius quam *filias Judæ* Johannes posuerit, in causa est Vers. LXX, quæ hic legit : ἀγαλλιάσθωσαν αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας. Et *Ps.* XCVI, 8, ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας.

αὐτῆς γονεῖς Ἰωακεὶμ καὶ Ἄνναν χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ γεραίροντας, καὶ τὸν ἀρχιερέα παραδόξως στόμα[1] ἀνοίγοντα, καὶ εὐλογοῦντα αὐτήν· τοὺς δὲ λοιποὺς ἱερεῖς μεγαλοφώνως σὺν τῇ γερουσίᾳ καὶ παντὶ τῷ λαῷ βοῶντας, καὶ λέγοντας· γένοιτο, γένοιτο, ἀμήν, γένοιτο· τούτων οὕτως ἐπιτελουμένων ὡς ἔφην, προφητικῶς ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες[2] τῆς Ἰουδαίας πάντως μελῳδοῦσαι ἐπινικίους ᾠδάς· σκιρτήσατε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, οὐ μόνον αἱ τῆς Ἰουδαίας θυγατέρες, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· Μαρία γὰρ ἐγεννήθη, καὶ Εὔα οὐκέτι αἰσχύνεται· Μαρία τῷ ναῷ προσφέρεται, καὶ νέος ναὸς ἡ νέα κόρη ἀνίσταται θεοδόχος ναός· καὶ οὐ μόνον ναὸς, ἀλλὰ καὶ θρόνος χερουβικὸς, ἡ ἐκ Δαυὶδ βλαστήσασα ἀναδειχθήσεται· καὶ ὁ ναὸς τῶν Ἰουδαίων καταλυθήσεται, καθὼς

[1] Παραδόξως στόμα ex Cæs. A.; nam Barb. παραδόξῳ στόματι.
[2] Barb. θυγατέρας, quod mendum paulo infra recurrit.

---

tuerentur, et parentes ejus Joachimum et Annam ineffabili gaudio ipsam pro munere offerentes, et præter omnium exspectationem summum sacerdotem os aperientem, atque ei bene precantem, reliquos autem sacerdotes altisona voce cum senioribus et universo populo clamantes et dicentes : *Fiat, fiat, amen, fiat*. Dum itaque hæc ita, ut dixi, peragerentur, *Judææ filiæ* secundum prophetæ oraculum *exsultaverunt*, utique triumphales hymnos concinentes[a] : Exsultate et gaudio jubilate, Judææ filiæ, neque vos solum, sed universæ patriæ gentium. Nata est enim Maria, nec amplius pudore Eva suffunditur[b]. Maria ad templum adducitur, et nova puella novum templum, templum scilicet Dei capax consurgit; neque vero proles ista Davidica constituetur tantummodo Dei templum, sed et thronus cherubicus : Judæorum

[a] Quæ infra sequntur usque dum ad sententiam confirmandam testimonium ex Matthæi Evangelio petitur, videntur accipi posse tamquam a choro virginum Deiparam comitantium prolata. Certe et heic et in sequentibus orationis nexus paulo obscurior videri potest.

[b] Quia scilicet per filiam reparatur ruina per matrem illata.

καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ἔφη ὁ Κύριος· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν· οὐ μὴ μενῇ [1] λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ καταλυθήσεται· πάντη [2] γὰρ πάντοτε τὸ τῶν γυναικῶν φῦλον, εἴτε προφητεύσειεν [3] εἴτε βασιλέα εὐφημίσειεν, εἴτε πάλιν στηλιτεύσειεν καὶ ὀνειδίσειεν, οὐδὲν ἐκζητητέον [4] ἐν αὐταῖς, ὡς ἀσθενοῦς μέρους ὑπαρχούσαις αὐταῖς· ἴδε μοι γὰρ ἐπὶ Σαοὺλ τὰς παρθένους τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως μὴ δεδιώσας [5], ἀλλὰ κραζούσας ἐπὶ Σαοὺλ ἐν χιλιάσι, ἐπὶ δὲ Δαυὶδ ἐν μυριάσι.

XVI. Οὕτως εὐφράνθη [6] τὸ ὄρος Σιὼν, καὶ ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας· πότε; φησί· τότε, νῦν ὅτε ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ ἐν ναῷ προσηνέχθη, ὅτε παραδόξως κόρη ἀμίαντος [7] εἰς

[1] Barb. μείνη.
[2] Barb. πάντι.
[3] Cod. Barb. προφητεύει, Cæs. A. προφητέβει.
[4] Mendose Barb. ἐκζητηταῖον, absurdius Cæs. A. ἐκζήτιον.
[5] Δεδιώσας cum Cæs. A., Barb. δεδειώσας, videlicet pro δεδοικυίας aut Attic. δεδιυίας.
[6] Barb. εὐφρανθήτω.
[7] Cæs. ἀμόλυντος.

---

autem templum destruetur; quemadmodum revera et in Evangelio Dominus pronuntiat [a]: *Amen dico vobis, non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.* Semper enim et ubique idem mulierum genus: sive futura portendat, sive regem laudibus efferat, sive contra vituperet, et contumeliose excipiat; nihil cum iis, utpote infirmioris pavidique sexus, expostules. Ecce enim mihi virgines, quæ Saulis tempore, regis iram nihil veritæ, clamant [b] de ipso Saule in millibus, de Davide autem in decem millibus.

XVI. Vere [c] *lætatus est mons Sion, et exsultaverunt filiæ Judææ.* Quando, inquit? Hoc ipso tempore, quando Dei Templum oblatum Deo est in templo; quando immaculata puellula inaudito

[a] Matth. XXIV, 2.
[b] I *Reg.* XVIII, 7.
[c] *Ps.* XLVII, 12.

τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὠκυτάτοις ποσὶ βαδίζουσα[1] ἀναστρέφεσθαι ἔνθα πορεύεται· τότε αἱ παρθένοι ἀγαλλιώμεναι[2] σὺν ἀγγέλοις τὴν πνευματικὴν εὐωχίαν ἐπετέλουν· πῶς; πάντως ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει ἀχθησόμεναι εἰς ναὸν βασιλέως· ποῦ καὶ διὰ τί καὶ πρὸς τίνα[3]; δηλονότι πρὸς τὴν ἀμόλυντον, πρὸς τὴν παρθένον Μαρίαν· αὐτὴ γάρ ἐστιν ὁ ναὸς τοῦ μεγάλου βασιλέως· ἐπειδὴ ἤμελλεν ἡ βασίλισσα[4] τὰς παρθένους ὡς ἀμιάντους εἰς ναὸν βασιλέως πρὸς τιμὴν καὶ δόξαν αὐτῆς ἀγαγεῖν, διὰ τοῦτο ὁ προφήτης ἐβόα λέγων· ἀπενεχθήσονται αἱ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς· τότε ἀπηνέχθησαν· ἀλλὰ καὶ πάλιν ἄλλαι παρθένοι ἀπενεχθήσονται, ὅτε ἐξ αὐτῆς ὁ νυμφίος ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ.

[1] Ex Cæs. A. βαδίζουσα ἀναστρέφεσθαι, nam mend. Barb. βαδίζεσθαι ἀναστέφων.

[2] Barb. mend. ἀγαλλιωμένοι.

[3] Barb. παρὰ τίνι.

[4] Barb. mend. βασιλείσσα.

---

exemplo in Sancta Sanctorum propero pergens gradu contendit, ut inibi sedem defigat. Tunc virgines lætitia gestientes simul cum Angelis spiritale agebant tripudium. Quomodo? prorsus *in lætitia et exsultatione* in templum regis adducendæ. Quo, et quorsum, et ad quem? Videlicet ad immaculatam[a], ad virginem Mariam. Ipsa enim magni regis est Templum. Et quoniam virgines, utpote impollutas, ad sui decus et gloriam ipsa regina in templum regis erat adductura; propterea clamabat propheta inquiens[b]: *Adducentur virgines post eam.* Tunc adductæ sunt; sed et aliæ rursus virgines adducendæ erant, cum ex ipsa[c] *sponsus processisset* in gloria sua.

[a] Vide usu receptum, ut κατ' ἐξοχήν Deipara appellaretur *immaculata*.

[b] *Ps.* XLIV, 15.

[c] *Ps.* XVIII, 6. Cæs. addit σαρκωθείς, *incarnatus;* sed hic sensus per se manifestus est.

Ἴδετε, ἴδετε, οἱ ἀπόγονοι Ῥουβὶμ, καὶ υἱοὶ αὐτοῦ, ὅτι ὁ μὲν Ἰωσὴφ ὃν ὑμεῖς ζηλώσαντες ἐν Αἰγύπτῳ ἀπέδοσθε, πρόσκαιρον βασιλείαν λαβὼν οὐκ ἐμνησικάκησεν τὴν τῶν πατέρων ὑμῶν πονηρίαν, ἀλλὰ μᾶλλον τηκομένους[1] λιμῷ διέθρεψε· ὁ δὲ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας βασιλεὺς αἰώνιος, Θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων, μέγας καὶ φοβερός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ· αὐτὸς Κύριος, κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ· αὐτὸς ὁ δημιουργὸς ἐκ τῆς παλαιωθείσης γῆς ἐποίησεν οὐρανὸν καινὸν καὶ θρόνον ἀκατάφλεκτον, καὶ τὸν παλαιωθέντα χοϊκὸν εἰς ἐπουράνιον παστάδα[2] μετέβαλεν. Ἵστατε τῷ

[1] Barb. mend. τικομένους.

[2] Abest παστάδα a cod. Barb.; hanc tamen vocem præfert Cæs. A., et adoptari posse censuimus.

Videte, videte, o Rubenis posteri et filii ejus: Josephus quidem, quem vos per invidiam[a] in Ægypto vendidistis, regnum opportune nactus, non modo acceptæ patrum vestrorum improbitate injuriæ memoriam delevit, sed præterea fame consumptos aluit; at sol justitiæ ortus ex Juda, rex æternus, *Deus glorificatus in consilio sanctorum*[b], *magnus et terribilis*[c] *super omnes, qui in circuitu ejus sunt; ipse Dominus, fortis et potens, Dominus potens in prælio*[d], ipse rerum opifex e terra vetustate corrupta novum cælum ac thronum incombustibilem creavit, ac limum inveteratum in thalamum cælestem commutavit. *Cantate*[e]

[a] Auctor hoc in loco lapsus memoria videtur. Nam ut legimus in libro Geneseos (Cap. XXXVII, v. 29), Ruben haud particeps fuit iniqui illius adversus Josephum consilii.

[b] *Ps.* LXXXVIII, 8.

[c] Auctor legit φοβερός ἐστιν, *terribilis est*, prouti habent etiam cod. Alex. et Ald. Verum contextui consonare magis videtur communis LXX lectio, quæ illud ἐστιν omittit.

[d] *Ps.* XXIII, 8.

[e] *Ps.* XCV, 1, 2.

Κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ᾄσατε τῷ Κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ· ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὅτι κόρη παρθένος ναῷ προσφέρεται, ἵνα ὁ τὸν ναὸν ἁγιάζων ἐν αὐτῇ κατοικήσῃ, καὶ κατοικήσας τὴν ταύτης γαστέρα μὴ καταφλέξῃ· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ Μωσέως τῷ πυρὶ τὴν βάτον ἤρδευσεν, οὕτως καὶ ὁ ἐν ταύτῃ κατασκηνώσας Θεὸς σώσει τὸν κόσμον.

XVII. Οὗτος ὁ αἶνος καὶ τὰ ᾄσματα τῶν ἀγαλλομένων θυγατέρων τῆς Ἰουδαίας· ᾄσατε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, καὶ ψήλατε[1]· ἰδοὺ γὰρ νενίκηται ὁ τὴν ἡμετέραν φύσιν τυραννήσας διάβολος· ἰδοὺ θρόνος θαυμαστότερος τοῦ χερουβικοῦ ἐπὶ γῆς ἑτοιμάζεται, περὶ

[1] Barb. ψάλατε, Cæs. A. ψάλλατε.

Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra, cantate Domino,[a] *benedicite nomini ejus;* quia virgo puella ad templum adducitur, ut in ipsa is inhabitet, qui templum sanctificat, neque tamen in ea inhabitans uterum ejusdem comburat. Sed quemadmodum tempore Moysis rubum igne irroravit, sic etiam tabernaculum in hac Deus defigens, salutem mundo afferet.

XVII. Hæ sunt laudes, hæc exsultantium filiarum Judææ sunt cantica. *Cantate, et exsultate, et psallite*[b]. Ecce enim devictus est diabolus, qui naturam nostram tyrannide sua premebat. Ecce solium cherubico mirabilius[c] in terra paratur (virgo) de qua

[a] Cum LXX omitt. τὸ *et*, quod heic habet Vulgatus.

[b] *Ps.* XCVII, 5.

[c] Heic rursus per aliam imaginem nobis significatur, quid ea ætate de Conceptione Deiparæ ratum exploratumque esset. Primo enim Deipara cherubico solio comparatur; cujus quidem comparationis ratio perspicua est, cum sæpius in Prophetis Deus describatur sedens super Cherubim (*Ps.* LXXIX; 2, XCVIII, 1; Is. XXXVII, 16; Ezech. X, 1, seq.; Dan. III, 55). Deinde vero comparatio ita instituitur, ut Virgo beata non quidem Cherubim æquiparetur, sed throno cherubico longe dignior ac præstantior thronus exhibeatur. Ergo nisi affirmare quis velit, thronum peccati inquinamento sordidum throno cherubico præstan-

ἧς γέγραπται· ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται· αὕτη γὰρ θρόνος, καὶ χωρίον, καὶ οἰκητήριον τοῦ Ἐμμανουὴλ καὶ παμβασιλέως Χριστοῦ.

Ἰδοὺ παλάτιον τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως ἄνευ χειρῶν ἀνθρώ-

---

scriptum est[a]: *Deus in medio ejus et non commovebitur.* Ipsa enim solium, et sedes, et domicilium Emmanuelis et summi regis Christi.

Ecce sine manibus hominum[b] construitur palatium cælestis

tiorem esse ac digniorem in quo Deus sedeat, fateatur oportet ab ipsa Virginis Conceptione quodvis peccati inquinamentum longe abfuisse. Cur hoc? quia scilicet in ipsa Virginis Conceptione thronus ille præstantissimus Divinæ majestati dicitur instructus ac præparatus.

[a] *Ps.* XLV, 6. Conjunct. *et* præferunt etiam editiones Aldina et Complutensis. Conf. Lamb. Bos. in h. c.

[b] Animadversione dignissimus est hic locus, tum quia eamdem de Virginis Conceptione fidem prodit, tum vero multo magis quia occurrit cavillis illorum, qui, ubi hæc controversia agitur, vel meridianos solis radios uti tenebras habent, tenebras proclamant. Dixi eamdem de Conceptione Virginis fidem hoc proponi; nam Virgo comparatur cælestis Regis palatio, cujus magnificentia cogitationem omnem excedat, atque mentes ipsas angelicas in stuporem rapiat. At vero erit ne, qui ejusmodi palatium Deo dignissimum in homine peccati sordibus fœdo demiretur? Ergo vel negandum erit id, quod tenebat Ecclesia, hoc palatium tunc constructum fuisse quando concipiebatur Maria; vel fatendum est nullas peccati sordes in Deiparæ Conceptione locum habuisse. — At occurritur hoc præterea morosorum cavillis. Nam hinc quidem certissimum est agi de Deiparæ Conceptione; inde vero disertissime affirmatur, palatium non fuisse constructum manibus hominum; sed (ut paulo infra dicitur) *solus Deus illud condidit, quemadmodum et solus inhabitavit.* Atqui hoc de Virginis corpusculo dici non potest, tum quia Christi Domini Dei nostri privilegium fuit, ut sine humano opere conciperetur, tum quia Auctor noster hoc discrimen Evam inter ac Deiparam ipse statuit (intr. § XXI), quod Eva quidem manu Dei ædificata fuerit, Maria vero ab Joachimo et Anna fuerit progenita. Ergo hæc de beatissima Deiparæ anima necessario sunt intelligenda. Ergo constructio palatii nihil est aliud nisi animæ creatio atque in corpusculum infusio. Atqui per hanc constructionem dicitur productum opus Dei dignissimum, et supernis ipsis virtutibus maxime admirandum. Ergo vel negandum id est, quod Auctor

πων [1] κατασκευάζεται, καὶ τοῦτο τὸ παλάτιον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνα-

[1] Cod. Barb., ut fieri de hac voce solet, contracte habet ἀνῶν.

---

regis, et hoc palatium in Eden ad orientem[a] portam habet et

facto ipso prodit, in Ecclesia nempe hæc dici de Virginis Conceptione consuevisse; vel concedendum est, Ecclesiæ fidem hanc fuisse, Mariæ animam in gratia fuisse creatam, atque adeo ad Mariam transferendum esse quod Augustinus de Angelis pronuntiavit (de Civit. Dei, lib. XII, cap. IX): *Eos cum bona voluntate, id est cum amore casto, quo illi adhærerent, creavit, simul in eis et condens naturam, et largiens gratiam;* gratiam vero (quod ad Deiparam spectat) non qualemcumque, sed quæ par esset magnificentissimo operi ædificando: quod et cordatissimi Theologi in scholis docere consueverunt, gratiam Virgini in ipsa ejus creatione collatam ejusmodi fuisse, cui nulla alia comparari possit.

[a] Alluditur ad Gen. II, 8, sec. LXX. Καὶ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατ' ἀνατολάς. Familiarissimum fuit antiquis Patribus, ut Eden atque ad Eden pertinentia, cujusmodi sunt *terra non maledicta, arbor vitæ, fontes saluberrimi*, etc., haberent ceu totidem Deiparæ symbola. Hinc intelliges, cur Auctor superius quidem (§ XII) dixerit: *O vos beatos, Joachime et Anna, quia spiritualem paradisum genuistis!* nunc vero huc revocans locum illum Geneseos, prouti in græca LXX versione legitur, Sanctam Virginem sub palatii symbolo dicat in Eden fuisse constructam cum porta ad Orientem respiciente, quo deinde accersat et Ezechielis oraculum (Ezech. XLIV, 1-3) de porta soli Deo pervia. Porro hujus symboli usum eo spectare, ut quod venit in comparationem, æquiparetur felicissimo statui, qui lapsum miserrimum præcessit, res ipsa per se loquitur; hinc usitatissimum est, lapsi hominis reparationem significare per reditum in Eden. Sic Græcorum sacra officia in festo S. Philemonis (Men. die XXII Nov. Ode ϛ′): *Vere sinus tuus, o innocens Deipara, novus nobis apparuit paradisus, qui fert lignum vitæ, atque eos, qui ob ligni fructum mortui erant, vitæ redditos rursus in paradisum introducit* (Νέος παράδεισος ἡμῖν ἡ γαστήρ σου ἀληθῶς, ἁγνή, ὡράθη ζωῆς ξύλον βλαστάνων, καὶ τοὺς θανόντας καρπῷ τοῦ ξύλου, πάλιν πρὸς παράδεισον ζωοποιηθέντας εἰσάγων, θεοτόκε). Illud unum itaque inquirendum superest in rem nostram, an ad felicissimam Eden conditionem Maria vel in ipsa sui conceptione pertinere dicenda sit. At ea de re satis nunc sint quæ ab Auctore habemus affirmante, 1° Annam et Joachim *genuisse spiritualem paradisum;* 2° Virginem palatium esse magnificentissimum in ipso Eden *ædificatum*. Reliqua plura in Commentario.

τολὰς τὴν πύλην ἔχον [1]· καὶ οἱ' αὐτὴς τῆς πύλης οὐδεὶς εἰσελεύσεται, εἰ μὴ Κύριος ὁ Θεὸς μόνος· καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη· ὄντως θαυμαστὸν παλάτιον, ὥστε καὶ τὰς δυνάμεις τῶν οὐρανῶν εἰς αὐτὸ ξενίζεσθαι· ὑπερβαίνει γὰρ πᾶσαν ἔννοιαν τὸ πρᾶγμα· τοῦτο γὰρ τὸ ἄνευ τεχνιτῶν γηγενῶν ἑτοιμασθὲν παλάτιον, ὑψηλότερον τῶν οὐρανῶν καὶ πλατύτερον πάσης τῆς κτίσεως ἀνεδείχθη, καὶ ἐν τούτῳ οὐδεὶς κατῴκησεν εἰ μὴ ὁ τεχνίτης καὶ δημιουργὸς καὶ κτίστης [2] τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων· καὶ τίς οὗτος ὅτι μόνος ἔκτισεν, καὶ μόνος κατῴκησεν; οὐδέποτε τοῦτο ἠκούσθη, ὅτι ἡ πύλη τοῦ θαυμαστοῦ οἴκου ἐκείνου οὐδενὶ ἑτέρῳ ἀνοιγήσεται πώποτε [3]. Τίς οὗτος ὁ βασιλεύς; οὐκ ἔχει στρατόπεδον, καὶ στρατοπεδάρχας; οὐκ ἔχει θορυφόρους τρόμῳ καὶ φόβῳ τὴν λειτουργίαν ἐπιτελοῦντας; οὐκ εἰσὶν αὐτῷ βασιλικοί; Ναί, φησι, πᾶσα ἡ κτίσις

[1] Codd. mend. ἔχων.

[2] C. Barb. καὶ κτίσεως τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων. Cæs. A. καὶ κτίστης τῶν ἁπάντων τῶν τε ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

[3] Barb. mend. πώποται, hanc autem vocem prorsus omittit Cæs. A.

---

nemo per eam portam ingredietur[a], nisi solus Dominus Deus; et erit porta clausa. Palatium prorsus admirandum, adeo ut ipsæ quoque cœlorum Virtutes illud demirentur. Atque omnem sane cogitationem opus superexcedit. Palatium enim istud sine ullius humani architecti opera exædificatum, cælis sublimius, et creatura omni latius ostensum est, et nemo in ipso præterquam architectus ille, et opifex et cælestium rerum omnium ac terrestrium Creator habitabit. Ecquis tandem iste est, quod solus condiderit, et solus inhabitaverit? Nunquam auditum hoc est, quod porta mirabilis illius domus nemini alii unquam aperietur. Quis iste est rex? non habet exercitum, et exercitus duces? non habet satellites, qui cum timore et tremore adstantes officium explent? non habet regios præfectos? habet sane, omnis quippe creatura

[a] Cæs. A. addit *et egredietur*. Manifeste autem hæc ad Ezech. XLIV, 1 seqq. spectant.

αὐτοῦ ἐστιν· χίλιαι χιλιάδες [1] ἐν οὐρανοῖς αὐτῷ παρίστανται, καὶ μύριαι μυριάδες [2] λειτουργοῦσιν αὐτῷ.

XVIII. Ταῦτα οὕτως ἔχει τὸν τρόπον τῆς θεοτόκου Μαρίας ἀναστρεφομένης εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων· αὐτὴν δὲ πάσης δικαιοσύνης ἀνωτέραν δειχθῆναι.

Ὢ τῆς Ἰουδαίων πωρώσεως [3], ὢ τῆς ἐκείνων ἀνοίας· ὢ τῆς αἱρετικῶν βλασφημίας, ὢ τῆς ἐσκοτισμένης αὐτῶν καρδίας· οὐδὲν γὰρ οἱ ἔριδι καὶ ζήλῳ προσκρούοντες, ὡς χύτρα λέβητι, ἧττω τοῦ φρονήματος τῶν Ἰουδαίων εἰσίν· αὐτοὶ γὰρ προσκρούονται, καὶ αὐτοὶ συντρίβονται· ἢ οὐκ ἦσαν [4] οἱ προφῆται ἐξ αὐτῶν; νῦν δὲ τοὺς ὁμοφύλους προφήτας ὁμολογοῦσιν, τοῖς δὲ λόγοις αὐτῶν οὐ πείθονται. Ποῦ οὖν εἶδον εἰς πάσας γενεὰς κόρην [5] εἰς τὰ ἅγια τῶν

[1] Cæs. A. addit τῶν ἀγγέλων.
[2] Cæs. A. addit τῶν ἀρχαγγέλων.
[3] Barb. πορρώσεως, Cæs. A. πωρρώσεως.
[4] Barb. εἰ οὐκ εἶσαν.
[5] Barb. mend. κόριν.

---

ipsius est; *millia millium adstant ei in cælis, et decies centena millia ipsi ministrant*[a].

XVIII. Hæc ita se habent quoad modum, quo Dei genitrix Maria in Sanctis Sanctorum conversabatur, et quo omni justitia (ceterarum creaturarum) sublimior ostensa est.

O Judæorum duritiem! O eorumdem amentiam! Sed o hæreticorum quoque blasphemiam! O ipsorum quoque corda obcæcata! Quippequi contentione et æmulatione impingentes, tamquam testa in lebetem, nihil distant a Judæorum pervicacia. Ipsi enim colliduntur, et ipsi conteruntur. An non erant ex illis prophetæ? Etiam nunc confitentur (Judæi), prophetas ex ipsorum ortos propagine fuisse; at oraculis eorum cedere abnuunt increduli. Quandonam igitur per omnium generationum decur-

[a] Dan. VII, 10.

ἁγίων ἀνατραφεῖσαν, ἢ πάλιν παρθένον μετὰ τόκον; οὐχὶ αὐτοί, ὅτε ἀρχιερεὺς ὁ Κύριος ἐγένετο, ἰδίαις χερσὶν ἐξ αὐτῶν τινες γράφοντες ὡμολόγησαν [1] παρθένον τὴν ἁγίαν Μαρίαν; ψηφισάντων γάρ τινων τὸν Κύριον ἐξ αὐτῶν εἰς ἀρχιερέα, ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· ὅτι ὁ σοφία παρὰ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἦν προκόψας· καὶ [2] ἐκ φυλῆς βασιλικῆς, καὶ ἀρχιερατικῆς ἦν Μαρία ἡ ἁγία Θεοτόκος· κατὰ τὸ εἰθισμένον [3] οὖν αὐτοῖς ἐποίησαν· τῶν γὰρ προβαινόντων ἱερέων ἐξεζήτουν τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, καὶ ἔγραφον τὰ ὀνόματα αὐτῶν εἰς τὴν [4] ψῆφον τῆς ἱερωσύνης· καὶ ἐπηρώτησαν [5] τὴν ἁγίαν [6] παρθένον λέγοντες· υἱός σου ἐστιν ὁ Ἰησοῦς; ἡ δὲ ἔφησεν· ναί· οἱ

[1] Barb. ὁμολόγησαν.

[2] Tum particula καὶ, tum paulo post καὶ ἀρχιερατικῆς, quæ a Barb. absunt, ex Cæs. A. supplentur.

[3] Tum Barb. tum Cæs. A. ἠθισμένον.

[4] Barb. et Cæs. A. τὸν.

[5] Mendose codices, Barb. quidem ἐπερώτησαν, Cæs. A. vero ἐπιρώτισαν.

[6] Cæs. παναγίαν.

---

sum viderunt puellulam in Sanctis Sanctorum innutritam? vel rursus, ubinam viderunt virginem post partum? Nonne, cum Dominus declaratus est summus sacerdos, propriis manibus ex ipsis quidam scribentes confessi sunt, sanctam Mariam fuisse virginem? Cum enim quidam ex ipsis Dominum decernerent summum sacerdotem (ut impleretur sermo qui scriptus est[a] : *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*), propterea quod ipse[b] *proficiebat sapientia coram Deo et hominibus*, et Maria sancta Dei Mater erat ex stirpe regia et sacerdotali, proinde secundum morem ipsis faciebant. Proinde adstantibus sacerdotibus interrogaverunt patrem et matrem, et scripserunt eorum nomina in censu sacerdotii ; et interrogarunt sanctam Dei Matrem dicentes: Estne filius tuus Jesus? Maria vero respondit :

[a] *Ps.* CIX, 4 ; a græco textu abest verb. substant. secundum LXX.

[b] Luc. II, 52.

δὲ εἶπον· καὶ τίς ἐστιν ὁ πατὴρ αὐτοῦ; ἡ δὲ παναμωμος ἀπεκρίθη· πατέρα μὲν ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχει· ἐγὼ δὲ ἐγέννησα αὐτὸν ὡς οἶδεν αὐτός· πατὴρ γὰρ αὐτοῦ ὁ Θεός ἐστιν· οἱ δὲ εἶπον· καὶ γράψωμεν αὐτὸν εἰς τὴν γραφὴν τοῦ τόμου υἱὸν [1] τοῦ Θεοῦ; ἡ δὲ εἶπεν· γράψατε· καὶ ἔγραψαν εἰς τὸν τόμον οὕτως· Ἰησοῦς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ υἱὸς Μαρίας τῇ ἄνωθεν ψήφῳ εἰς τὸν αἰῶνα ἱερεύσεται [2]· καὶ ἐπληρώθη τὸ γεγραμμένον ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· μετὰ γὰρ τοῦ ὑποστρέψαι τὸν Κύριον ἐκ τῆς ἐρήμου, ἦλθεν εἰς Ναζαρὲτ, οὗ ἦν ἀνατεθραμμένος· καὶ εἰσῆλθεν κατὰ τὸ εἰωθὸς τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, καὶ ἀνοίξας τὸ βιβλίον εὗρεν τὸν τόπον οὗ

[1] Cum Cæs. A. υἱόν, nam Barb. mend. υἱῶν.

[2] Codicis Barb. lectioni adhæsi, quamquam incertum, num ἱερεύσεται, an ἱερώσεται ibi legatur. Cæs. A. habet : ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται, *sacerdos erit in æternum*.

Utique. Ipsi autem addiderunt: Ecquisnam est pater ejus? Respondit purissima: In terra quidem non habet patrem; ego ipsum genui ut novit ipse. Deus enim est pater ejus. Illi vero dixerunt: Scribemusne in elencho codicis, quod ipse sit filius Dei? Atque ipsa reposuit: (Sic) scribite. Et sic retulerunt in codicem: Jesus filius Dei et filius Mariæ, suffragio e cælis lato, sacerdatio fungetur in æternum. Et sicut superius declaratum est. implementum accepit scriptura inquiens [a] : *Tu (es) sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Et sane cum Dominus rediisset e deserto [b], *venit in Nazareth, ubi fuerat nutritus, et intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in Synagogam, et surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ, et ut revolvit librum. invenit locum, ubi scriptum*

[a] *Ps.* CIX, 4.

[b] Luc. IV, 16.

ἦν γεγραμμένον· πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέν [1] με· καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὁ τόμος οὖν οὗτος ἐστὶ πεφυλαγμένος παρ' αὐτοῖς μέχρι τῆς σήμερον· καὶ αὐτὸς ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ ὁ τόμος ἀναγνωσθήσεται εἰς ἔλεγχον τῶν Ἰουδαίων· προφῆται γὰρ αὐτοὺς οὐκ ἔπεισαν, οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ὑπήκουσαν· ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν γραφῶν τῶν γραφέντων ὑπὸ τῶν χειρῶν τῶν ἱερέων αὐτῶν ἐλεγχθήσονται· αὐτοὶ γὰρ ἀεὶ πλανῶντες καὶ πλανώμενοι τὴν μὲν ἀλήθειαν πλάνον ἔκραζον εἶναι, τὸν δὲ πλάνον ἀπεκδέχονται, μεθ' οὗ καὶ ἀπελεύσονται εἰς κόλασιν αἰώνιον· εἶπεν γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ Κύριος· ἐγὼ ἐλήλυθα [2] ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με, ἐὰν δὲ ἔλθῃ ἄλλος ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε [3].

[1] Mendose tum Barb. tum. Cæs. A. ἔχρησεν.
[2] Barb. ἐλύλυθα.
[3] Mend. tum Barb. tum Cæs. A. λήψεσθαι.

---

erat [a] : *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me.* Et cetera.

Hic itaque liber apud ipsos asservatur usque ad hodiernam diem; et in secundo ejus adventu, idem liber legetur ad Judæorum confusionem. Etenim neque prophetis ipsi crediderunt, neque ipsum Dominum audierunt; verum ex ipsis scripturis sacerdotum suorum manu exaratis convincentur. Ipsi enim perpetuo et decipientes et decepti, veritatem quidem proclamant esse errorem; errorem autem (quasi veritatem) amplectuntur, cum quo etiam in supplicium sempiternum abibunt. Ad eos namque dixit Dominus [b] : *Ego veni in nomine Patris mei, et non recipitis me : si vero alius venerit in nomine suo, illum recipietis.*

[a] Is. LXI, 1.
[b] Johan. V, 43.

XIX. Ἀλλ' ἐρεῖς μοι, ὦ Ἰουδαῖε, πῶς υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς ἄνθρωπός ἐστιν; ἄκουσον· ἐπειδήπερ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἔπλασεν κατ' εἰκόνα αὐτοῦ καὶ ὁμοίωσιν, τοῦτον δόλῳ τροπωσάμενος[1] ὁ διάβολος θανάτῳ ὑπέθηκε· τούτου ἕνεκεν πρῶτον μὲν προφήτας ἀπέστειλεν προκηρύττοντας τὴν αὐτοῦ παρουσίαν· καὶ ὅτε ἦλθεν τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν, ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ καὶ ἀγαπητόν· καὶ περιεβάλετο τὴν σάρκα τὴν τοῦ Ἀδάμ, ἵνα διὰ τῆς σαρκὸς τροπώσηται[2] τὸν τὴν φύσιν τῇ θελήσει τῆς σαρκὸς τυραννήσαντα, καὶ νεκρώσῃ τὸν ἀνθρωποκτόνον διάβολον.

Ὡς[3] γὰρ βασιλεὺς ἀποστείλας εἰς χώραν, ἢ εἰς πόλιν, καὶ μὴ δυνηθέντων τῶν ἀποστελλομένων τὸν ἐχθρὸν χειρώσασθαι, αὐτὸς τὸ σχῆμα τὸ τῆς χώρας ἐκείνης ἀναλαβών, πορεύεται ἀνελεῖν τὸν ἐχθρόν· ὁ δὲ ἐχθρὸς προσδοκῶν ὅτι καὶ τούτου κατισχύσει, ἐπιδραμὼν ἐπὶ τὸν ἰσχυρότερον ἁλωθήσεται· οὕτως οὖν ὁ πάλαι τρα-

[1] Codices mend. τροποσάμενος.

[2] Barb. τροπόσηται.

[3] Barb. quidem et Cæs. codices habent πᾶς, at et rei natura, et quod in contextu consequitur οὕτως postulant ut legamus ὡς.

XIX. Sed repones mihi, o Judæe : quomodo homo est filius Dei, et Deus? Audi. Quandoquidem Deus hominem creavit ad imaginem et similitudinem suam, hunc diabolus fraude subvertens morti subjecit. Propterea primo quidem (Deus) misit prophetas, qui adventum suum prænuntiarent. Ubi autem venit plenitudo temporum, misit unigenitum ac dilectum filium suum, qui carnem Adami induit, ut eum, qui per voluntatem carnis in tyrannidem suam redegerat naturam, per carnem everteret, et diabolum hominis interfectorem interficeret.

Quemadmodum enim rex postquam in regionem quampiam vel urbem expeditionem jusserit, siquidem illi, qui missi sunt, hostem debellare non potuerint, tunc ipse habitu incolentium illam regionem assumpto, ad hostem delendum proficiscitur, hostis vero dum huic quoque se prævaliturum præfidit, in fortio-

χηλιάσας, καὶ καυχησάμενος τιθεῖν τὸν θρόνον ἀνὰ μέσον τοῦ οὐρανοῦ, καταλιμπάνειν τε τὸν κόσμον, ὡς ᾤετο· οὕτως γὰρ εἶπεν ὁ ἀναιδὴς ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσὼν ὡς ἀστραπὴ, ὅτι τοῦτο ποιήσας ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ· ἐνεκαυχᾶτο γὰρ, ὡς ᾤετο, ὡς δυνατός· ἵνα οὖν νεκρὰ δείξῃ [1] τὰ ὀλέθρια αὐτοῦ τεχνάσματα ὁ Σωτὴρ, καὶ ἵνα δελεάσῃ [2] αὐτὸν ὥσπερ δράκοντα αἱμοβόρον τῷ εἰκῷ ἀγκίστρῳ, καταβάλλει [3]· τὰ γὰρ αὐτοῦ μηχανήματα [4] ἡ τοῦ Θεοῦ βουλὴ ὥσπερ ἱστὸν ἀράχνης διέσπασεν.

[1] Mendose Barb. δείξει, Cæs. A. δείξη.
[2] Codices mend. δελεάσας.
[3] Melius καταβάλλει cum Cæs. A., quam καταβαλεῖ cum Barb.
[4] Barb. μηχανίματα.

---

rem incurrens, ipse capitur[a] : sic prorsus ei accidit, qui cervicem erexerat seque in medio cælo solium suum locare, atque super mundanam, ut putabat, conditionem sublimari gloriabatur. Sic enim hic e cælo (dein) lapsus ut fulgur[b], impudens (tunc) aiebat : Si hoc obtinuero, *similis ero Altissimo*[c]. Quippe tamquam potens, ut sibi videbatur, se extulit jactabundus. Salvator itaque ut emortuas redderet exitiales ejus fraudes, ipsumque velut esca alliceret, tamquam draconem sanguinis appetentem divino hamo captum perimit[d]. Ita Dei consilium machinamenta illius tamquam telam araneæ dissipavit.

[a] Cæs. A. addit : τοῦτ' ἐστὶν ἀγρευθήσεται, id est, *quasi venatu capietur.*
[b] Luc. X, 18.
[c] Is. XIV, 14.
[d] Placet heic nonnulla decerpere ex S. Sophronii sermone, per Eminum Angelum Mai græce cum antiqua Bonifacii versione edito, in laudem SS. Cyri et Johannis : quippequæ hanc imaginem draconis hamo allecti perpulchre illustrant (*Spic. Rom.* tom. III, pag. 39) : Ἤδη σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς πρυτανεύσαντος, καὶ τὴν σαλευομένην κραταιώσαντος θάλατταν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ δρακόντων τὰς κεφαλὰς καταθλάσαντος, καὶ ἀγκιστρωτὸν πολυκέφαλον ἅξαντος δράκοντα..... ἤδη δὲ πάλιν περιθέντος Χριστοῦ φορβεὰν ἐπὶ ῥῖνα τοῦ δράκοντος, καὶ κρίκον τοῖς μυκτῆρσι προσδήσαντος, καὶ τὰ χείλη ψελλίῳ τρυπήσαντος, εἰληφότος τε αὐτὸν τὸν ἀποστάτην καὶ φυγάδα δοῦλον γενόμενον, καὶ δεδεμένον ἡμῖν ὥσπερ στρου-

Τὸν γὰρ δόλον αὐτοῦ γινώσκων ὁ Δαυὶδ, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν οὐκ ἐπαύετο δυσωπῶν ὡς ἐκ προσώπου [1] πάντων, δεήσεις καὶ ἱκεσίας προσφέρων τῷ Θεῷ καὶ λέγων· Κύριε, κλῖνον οὐρανούς σου [2] καὶ κατάβηθι· καὶ πάλιν· Κύριε, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς· καὶ πάλιν· Κύριε, τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς.

XX. Τῇ βουλήσει οὖν αὐτοῦ τῇ εἰς τὸν αἰῶνα μενούσῃ, καὶ τοῖς λογισμοῖς τῆς καρδίας αὐτοῦ τοῖς εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, οὐκ ἐπελάθετο τῶν πενήτων αὐτοῦ, ἀλλ' ἐμνήσθη τῶν οἰκτιρμῶν [3] αὐ-

[1] Cum Cæs. A. ἐκ προσώπου, nam Barb. ἐκ προσώπῳ.
[2] Barb. pro οὐρανούς σου mendose οὖν οὓς : Cæs. A. hanc pericopen omittit.
[3] Ita cum Cæs. A., nam Barb. οἰκτειρμῶν.

Hujus sane artes cuni bene perspectas haberet David, nunquam cessabat interdiu noctuque exorare, quasi gerens personam omnium, preces supplicationesque ad Deum intendens, ac dicens [a] : *Domine, inclina cælos tuos et descende* Et rursus [b] : *Excita, Domine, potentiam tuam et veni, ut salvos facias nos.* Et rursus [c] : *Domine, opera manum tuarum ne despicias.*

XX. Suo igitur consilio, *quod in sæculum permanet*, et *cogitationibus cordis sui quæ in generationem et generationem perseverant* [d], nequaquam (Deus) *oblitus est pauperum suorum* [e], sed

δὲν παιδίῳ λαῷ τῷ τοῦ Χριστοῦ νηπιάζοντι νείμαντος. *Rursusque cum (Christus) salutem in medio terræ dispensasset, et mare quod commovebatur firmasset, et draconum qui in eo erant capita confregisset, hamoque inde draconem illum, qui erat multorum capitum, eduxisset.... cumque iterum Christus jam capistrum circa draconis nasum imposuisset, et circulum in naribus alligasset, et armilla labia perforasset : cumque apostatam et fugitivum factum, servum sempiternum accepisset, atque nobis vinctum quasi passerem puero, populo scilicet, qui in ipso Christo parvulus est, tribuisset....*

[a] *Ps.* CXLIII, 5.
[b] *Ps.* LXXIX, 3.
[c] *Ps.* CXXXVII, 8.
[d] *Ps.* XXXII, 11.
[e] *Ps.* X, 12. αὐτοῦ, quod abest a Barb., suppletum ex Cæs. A.

τοῦ, καὶ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τοῦ ἀπὸ τῶν αἰώνων· καὶ ἐξελέξατο τὴν φυλὴν Ἰούδα, ἵνα ἀναστήσῃ τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ δούλου αὐτοῦ. Πρὸ γὰρ διαθήκης νόμου καὶ κηρύγματος προφητῶν, τὸν Ἰωσὴφ ὁ Ἰούδας ἐκ πικροῦ θανάτου ἐλυτρώσατο καὶ ἀντάμειψιν τοῦ ἀγαθοῦ μυριονταπλασίονα ἐκομίσατο· ἵνα ἐκ σπέρματος αὐτοῦ, οἱ πεφυτευμένοι ἐν οἴκῳ Κυρίου ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ, τὴν πανύμνητον Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα ἐξανθήσουσι· εὐφράνθητε οὖν Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα ἐν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐξομολογεῖσθε[1] τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ.

Ἤκουσε γὰρ καὶ εὐφράνθη Σιών, καὶ ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας· ὑπερίσχυσεν γὰρ τὰς ἕνδεκα φυλὰς ὁ Ἰούδας[2], καὶ οὐδεὶς ἐκ τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν εὐλογημένος, ὡς ὁ βλαστήσας

[1] Barb. mend. ἐξομολογεῖσθαι.

[2] Verba ὑπερίσχυσεν γὰρ τὰς ἕνδεκα φυλὰς ὁ Ἰούδας, exciderant a cod. Barb., quæ propterea a Cæs. A. mutuati sumus. Omissionis autem causam manifestam habemus in ὁμοιοτελευτοῖς Ἰουδαίας et Ἰούδας.

---

recordatus *est miserationum suarum, et misericordiæ suæ, quæ a sæculo est*[a], *et elegit tribum Judæ*[b], ut erigeret solium Davidis servi sui. Etenim vel antequam lex daretur atque prophetæ prædicarent, Judas ex crudeli morte Josephum liberavit, et benefacti sui immensam hanc retributionem reportavit, ut ex semine ejus Joachimus et Anna, *plantati in domo Domini, in atriis Dei*[c], omni laude dignissimam et sanctam Dei Matrem ceu florem emitterent. Exsultate igitur, Joachime et Anna, *et confitemini memoriæ sanctitatis ejus*[d].

Audivit enim et lætata est Sion, et exsultaverunt filiæ Judææ[e], propterea quod Judas undecim tribubus prævaluit, et nemo e reliquis fratribus benedictus est quemadmodum hic, qui nostram

[a] *Ps.* XXIV, 6.
[b] *Ps.* LXXVII, 68.
[c] *Ps.* XCI, 14.
[d] *Ps.* XXIX, 5.
[e] *Ps.* XCVI, 8, sec. LXX.

τὴν σωτηρίαν ἡμῶν· αἱ γὰρ τῶν λοιπῶν προσωνυμίαι εἰς τὸν Ἰούδαν μετήλθοσαν [1]· οὐ γὰρ καλοῦνται ἑτέρας φυλῆς ἢ Ῥουβιαμῖται, ἢ Βενιαμῖται, ἢ Ἰσαχαρῖται, ἢ Ζαβουλονῖται, ἢ εἰς ἑτέραν φυλήν, ἀλλ' Ἰουδαῖοι· ὦ ἔθνους πονηροῦ· ὦ γενεὰ σκολιά, καὶ διεστραμμένη· ὦ πωρώσεως, καὶ καρδιῶν καλύμματι περικειμένων· πασῶν τῶν φυλῶν αὐτῶν τὰ ὀνόματα εἰς τὸν Ἰούδα μετῆλθεν, καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι λέγονται, καὶ εἰς τὸν ἐξ Ἰούδα ἀνατείλαντα Κύριον [2] οὐκ ἐπίστευσαν· καὶ μαρτυρεῖ [3] τῷ λόγῳ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ λέγων· ὅτι ἡ σωτηρία [4] ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν· ὃς εἰμὶ ἐγὼ αὐτὸς ὁ λαλῶν σοι, ὁ Κύριος πρὸς τὴν Σαμαρείτιδά φησι ταῦτα.

XXI. Καιρὸς λοιπὸν ἀπάρξασθαι τῆς χαρμοσύνης καὶ συγχαί-

[1] Codex uterque Barb. et Cæs. A. habent μετηλθώσαν, forte μετήλθοσαν, uti sæpe et apud LXX, et passim in dialecto Alexandrina occurrit pro μετῆλθεν.

[2] Cod. Barb. heic addit καί: omisimus, quod redundare videatur, et quod etiam a Cæs. absit.

[3] Cæs. A. καὶ μαρτυρεῖ μοι τῷ λόγῳ (sc. τῷ λόγῳ) αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς λέγων. *Et Salvator ipse ac Dominus noster Jesus Christus testimonio suo sermonem meum confirmat, dicens.*

[4] Barb. repetit heic λέγων.

---

salutem germinavit. Et sane reliquorum appellationes transierunt in Judam; neque ab alia tribu nomen habent vel Rubenitæ, vel Benjamitæ, vel Issacharitæ, vel Zabulonitæ, nec secundum aliam tribum computantur, sed appellantur Judæi. O pessimum genus! o progeniem pravam atque perversam! o stupiditatem, et corda velamine obvolata! Omnium tribuum ipsorum nomina in Judam desierunt (omnes enim appellantur Judæi), et tamen in Dominum e Juda exortum non crediderunt. Quin et ipse Salvator testimonio suo sermonem confirmat, dicens [a]: *Quia salus ex Judæis est*, quæ salus *ego ipse sum, qui loquor tecum* [b], prout dixit Dominus ad mulierem Samaritanam.

XXI. Ceterum jam tempus est inchoandæ lætitiæ, et congratu-

[a] Johan. IV, 22.

[b] Johann. IV, 26.

ρειν πᾶσι τοῖς δικαίοις ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ[1] μέχρι Ζαχαρίου, ὃν ἐφόνευσαν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου.

Διὰ οὖν τὴν θεομήτορα Μαρίαν εὐφράνθητι Ἀδάμ, ὅτι διὰ γυναικὸς ἠπατήθης ὑπὸ τοῦ ὄφεως, καὶ διὰ γυναικὸς πατήσεις αὐτόν· ἥκει γὰρ ὁ καιρὸς, ἵνα ὅθεν τὸ ὅπλον ἐχρήσατο ὁ ἐχθρὸς, ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ τὰ ἠκονημένα ἔλθῃ· ξύλον γὰρ καὶ γυνὴ ἐγένοντο ἀφορμὴ τῆς ἐξορίας σου ἐν παραδείσῳ, νῦν δὲ γυνὴ καὶ ξύλον γίνεταί σοι ἀνάκλησις· γυνὴ μὲν χειρὶ Θεοῦ οἰκοδομηθεῖσα ἠπάτησέν σε· γυνὴ δὲ ἐξ ὀσφύος Ἰωακεὶμ, καὶ γαστρὸς Ἄννης κυοφορηθεῖσα, ἄνευ σπορᾶς γεννήσει τὸν νικητὴν τοῦ θανάτου, καὶ καθαιρέτην τοῦ ὑμᾶς αἰχμαλωτίσαντος· καὶ ξύλον μὲν καλὸν εἰς βρῶσιν, καὶ ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι, θάνατον ὑμῖν ἐπήγαγεν· ξύλον δὲ ξηρὸν καὶ ἄκαρπον τὸν

[1] Particula καὶ, quam habet et Cæs. A., redundare hic videtur.

---

laudi justis omnibus ab Adamo usque ad Zachariam, *quem inter templum et altare occiderunt*[a].

Exsulta itaque, o Adam, propter Mariam Dei matrem. Quoniam per mulierem a serpente deceptus fuisti, et per mulierem serpentem conculcabis. Venit enim tempus, ut *sagittæ potentis acutæ*[b] ex eadem illa natura proveniant, unde inimicus nocendi sumpsit instrumenta. Lignum etenim et mulier origo fuerunt in paradiso tui exsilii; nunc autem lignum et mulier tibi sunt restitutio. Mulier quidem manu Dei ædificata te decepit; at mulier e lumbis Joachim et Annæ utero progenita, sine semine gignet mortis victorem, debellatoremque illius, qui nos captivos abduxit. Et lignum quidem bonum ad vescendum et pulchrum oculis aspectuque delectabile[c] nobis mortem adtulit; lignum autem

[a] Matth. XXIII, 35.

[b] *Ps.* CXIX, 4.

[c] *Gen.* III, 6, sec. LXX ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι, *optabile ad intelligendum:* quem sensum admittit etiam veritas hebraica וְנֶחְמָד הָעֵץ לְהַשְׂכִּיל *et concu-*

μὲν δράκοντα ἀνελεῖ, πᾶσι δὲ τοῖς γηγενέσι [1] πρόξενον ζωῆς αἰωνίου γενήσεται.

Ἀγάλλου καὶ σὺ μῆτερ μητέρων Εὔα, ὅτι τὰ τέκνα σου οὐκέτι εἰς φθορὰν, ἀλλ' ἐν ἀφθαρσίᾳ ἔσονται [2]. Ἄβελ καὶ Σὴθ καὶ ὑμεῖς ὑμνήσατε, ὅτι ἑτοιμάζει ὁ Ὕψιστος σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται εὐλογῆσαι τὴν γῆν, ἣν κατηράσατο· καὶ σὺ Νῶε εὐχαρίστησον ὅτι ἔρχεται Κύριος· ἐπισυνάγαγε τὰ τέκνα σου τὰ διεσκορπισμένα ἵνα προσκυνήσωσιν [3] τὸν διασώσαντα ὑμᾶς ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ. Θεὸς γὰρ ἐκδικήσεων, Κύριος ἐπὶ γῆς παραγίνεται τὸν Ἀδὰμ καὶ-

[1] Mend. tum Barb. γαγενεῦσι, tum Cæs. A. γεγενέσιν.

[2] Hanc periodum, quæ a cod. Barber. abest, dedimus ex Cæs. A., qui more suo sic habet corruptam : ἄγαλου καὶ σὺ μήτερ μιτέρων ἐβα· ὅτι τὰ τέκνα σου οὐκέτι εἰς φθερὰν ἀλλ' ἐν ἀφθαρσία ἔσονται.

[3] Mend. Barb. προσκυνήσουσιν, cum Cæs. A. προσκυνήσωσιν.

---

aridum et infructuosum tum draconem perimet, tum terrigenis universis æternam vitam conciliabit.

Tu quoque mater matrum, Eva, gaude ; quoniam filii tui non amplius ad corruptionem nascentur, sed incorruptione potientur. Vos etiam, Abel et Seth, in cantica erumpite, quoniam Altissimus tabernaculum suum[a] præparat, et venit ad benedicendum terræ, cui maledixerat. Et tu, Noe, hilaritatem explica, quoniam adest Dominus : congrega dispersos filios tuos, ut eum adorent, qui vos in diluvio servavit. *Deus* enim, *ultionum Dominus*[b]. Adamum indutus, in terras advenit, ut Adamum ipsum

piscibilis arbor ad intelligendum : adeo ut sensus esse possit, ideo etiam fructum desiderabilem visum fuisse, quod Eva diaboli fallacibus verbis credens existimaret eum idoneum ad promissam boni ac mali scientiam acquirendam.

[a] Maria sæpissime apud Patres comparatur tabernaculo, in quo Deus residebat. At hoc habes, præparationem hujus tabernaculi ipsam fuisse Mariæ conceptionem, quam deinde Auctor cooperante Spiritu Sancto vivificante factam affirmabat.

[b] *Ps.* XLVII, 12.

νουργῆσαι[1], τοῦτον ἐνδυσάμενος, καὶ πάντας τοὺς δεσμίους ἐκ τοῦ Ἅδου ἀναγαγεῖν[2]· Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ σὺν τῷ νομοθέτῃ Μωϋσῇ καὶ πᾶσι τοῖς προφήταις, ἀμφότεροι γεραίροντες, τὰς βίβλους ὑμῶν ἀναπτύξαντες, ὅτι ἡ προσδοκία ὑμῶν πάρεστι.

Ταῦτα εἰσὶ τὰ σκιρτήματα τῶν θυγατέρων τῆς Ἰουδαίας, ὅτι προσήνεγκαν οἱ δίκαιοι Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα τὴν πανάμωμον Θεοτόκον εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων· εὐφράνθη γὰρ ὄρος Σιὼν, καὶ ἠγαλλιάσαντο θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας ἕνεκα τῶν κριμάτων σου, Κύριε· οὐδὲν γὰρ εἶχον εἰπεῖν ἑτέρων ἢ αἰσχρολογιῶν αἱ παρθένοι[3] αἱ συναπελθοῦσαι μετὰ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας τῆς Θεοτόκου, ἀλλ' ἢ μόνον πνευματικὰ, καὶ Θεῷ ἀρέσκοντα, ἅπερ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐδωρήσατο

[1] Καινουργῆσαι ex Cæs. A., Barb. mendose κενουργῆσαι.

[2] Ἀναγαγεῖν cum Cæs. A., Barb. habet ἀναγαγεῖ, quam lectionem si sequamur, sensus erit : *et vinctos omnes ex inferis reducet.*

[3] Cod. Barb. habet : οὐδὲν γὰρ εἶχον εἰπεῖν ἕτερον ἢ αἰσχρολογίαν, αἱ συναπελθοῦσαι... at sensus prorsus absurdus esset. Cæs. A. vero habet : καὶ γὰρ εἶχον εἰπεῖν ἑτέρων αἰσχρολογιῶν αἱ παρθένοι· καὶ συναπελθούσαι, ... quæ sensum pariter absurdum habent.

---

renovet, vinctosque omnes ex inferis educat. Abraham, et Isaac et Jacob cum legislatore Moyse atque prophetis omnibus, utrique exsultate, libros vestros evolvite, quoniam adest jam exspectatio vestra.

Hæ sunt exsultationes filiarum Judææ, quoniam justi Joachim et Anna plane immaculatam Dei matrem in Sancta Sanctorum detulerunt. *Lætatus est enim mons Sion, et exsultaverunt filiæ Judæ propter judicia tua, Domine*[a]. Virgines enim, quæ simul post sanctam Virginem Mariam Dei matrem incedebant, nihil, quod inclamarent, habebant aut alienum aut indecorum, sed spiritualia dumtaxat ac Deo placentia, quæ Spiritus Sanctus in

[a] *Ps.* XCIII, 1.

τὸ πνεῦμα ἅγιον· τί γὰρ ἦν αὐταῖς [1] ἑτέρων [2] ῥημάτων χρεία, ἀλλ' ἢ πάντως τὴν βασιλίδα πρεπόντως ἂν εὐφημῆσαι καὶ τῷ ἐξ αὐτῆς μέλλοντι ἀσπόρως τίκτεσθαι βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἐπινικίους ὕμνους καὶ ἀναφωνεῖν, καὶ ᾄδειν, καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐδίδου ἀποφθέγγεσθαι αὐταῖς;

XXII. Ἑορτάσωμεν καὶ ἡμεῖς ἅπαντες, ἀγαπητοί, τὰς τῆς Θεοτόκου Μαρίας πανηγύρεις, πνευματικῶς εὐφραινόμενοι, καὶ κατανοοῦντες τὸ τοῦ προφήτου λόγιον· ἑόρταζε γάρ, φησὶν, Ἰοῦδα, τὰς ἑορτάς σου· ἀνέβη γὰρ ὁ ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐξαιρούμενός σε ἐκ θλίψεων· αὐτὴ γὰρ [3] ἐξ Ἰούδα καὶ ὁ Κύριος ἐξ αὐτῆς τὸ κατὰ σάρκα.

Δεῖ οὖν ἐν ταῖς θείαις καὶ μεγάλαις ἑορταῖς καὶ τὰς τῆς Θεοτό-

[1] Cæs. A. mendose hic habet αὐτή, et mendose pariter Barb. αὐτοῖς. Contextus exigit αὐταῖς, ut reipsa Cæs. A. habet paulo infra, ubi rursus Barb. mendose repetit αὐτοῖς.

[2] Ἑτέρων, quod abest a Barb., suppletum ex Cæs. A.

[3] Γάρ cum Cæs. A., nam Barb. οὖν.

---

ea hora (ipsis, donabat. Ecquid enim aliis vocibus opus iis erat, quam ut ratione prorsus convenienti Reginam collaudarent, et Regi sæculorum ex ipsa sine semine nascituro triumphales hymnos alta clamantes voce canerent, *prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis*[a]?

XXII. Et nos igitur, dilectissimi, mente volventes illud prophetæ oraculum, quo inquit[b]: *Age, o Juda, solemnitates tuas: ascendit enim qui afflat in faciem tuam, te e tribulatione eripiens*, omnes spiritali lætitia gestientes Dei Genitricis Mariæ sacra solemnia celebremus. Ipsa enim ex Juda est, et Dominus ex ea secundum carnem.

Quocirca inter divinos solemnesque dies, Deiparæ quoque,

[a] *Act.* II, 4.

[b] Nah. I, 15; II, 1.

κου τῆς ἐλπίδος ἡμῶν πανηγυρίζειν· ἐκτὸς οὖν τοῦ πληρώματος τῶν δέκα ἑορτῶν πανηγυρίζομεν καὶ τὴν ζωηφόρον αὐτῆς κοίμησιν· αὐτὴ μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος ἐπὶ τοὺς μακαρίους ἀποστόλους κάθοδον, τὴν καὶ ἐσχάτην, καὶ μεγάλην ὀνομαζομένην ἑορτήν, πλήρωμα τῆς χρηστότητος [1] τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν οἰκονομίας, καὶ πάσης ὕστερον τὴν πάνσεπτον αὐτῆς κοίμησιν πανηγυρίζομεν.

[1] Barb. mend. χριστότητος

---

quæ spes est omnium nostrum, marito festa celebranda sunt[a]. Ideoque extra decem[b] solemnitatum numerum, vivificam quoque illius dormitionem celebramus. Quod quidem venerandæ illius dormitionis festum agimus et nos post ascensum Domini nostri Jesu Christi in cœlum et descensum Sanctissimi et vivificantis Spiritus in beatos Apostolos, quod postremum magnumque festum appellatur, tamquam quod fuerit bonitatis Domini et divinæ dispensationis omnisque justitiæ[c] complementum,

[a] Paulo aliter Cæs. A. Δῆ (scilicet δεῖ) οὖν ἐν ταῖς θείαις καὶ μεγάλαις ἑορταῖς καὶ τὰς τῆς παναγίας καὶ πανυμνήτου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, πανηγυρίζειν· αὐτὴ γάρ ἐστιν ἡ σωτηρία ἡμῶν καὶ ἀντίληψις ὡς γεννήσασα τὸν κύριον καὶ ποιητὴν τοῦ παντός. *Quamobrem in magnis solemnibusque diebus oportet habere etiam festivitates sanctissimæ atque omni laude dignissimæ reginæ nostræ, Dei Matris, ac nostræ spei. Etenim ipsa est salus nostra et opitulatio, quippe quæ Dominum et opificem rerum omnium genuit.*

[b] Barb. Cod., et ex ipso (ut videtur) Leo Allatius in fragmento, cujus in Monito meminimus, habent *duodecim*, δώδεκα : at Cæs. A. habet *decem*, δέκα, et prorsus congruentius. Nam Auctor festivitates superius enumerans, eas decem dixerat, non autem duodecim. Id ipsum exigunt et quæ deinde subduntur de decalogo.

[c] Ex Cæs. A. supplevimus vocem δικαιοσύνης, quæ a Barb. exciderat. Hoc codic., ut alias diximus, usus Leo Allatius, ad rem componendam conjunxit πάσης cum οἰκονομίας; at minus feliciter, quia dum retinet conjunctionem καὶ, haud exiguam vim infert syntaxi.

Τὰς δὲ ἀνωτέρω, καὶ προμνημονευομένας κατὰ τὸν δεκάλογον τῆς τε παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης· τρεῖς γάρ διαδοχαί εἰσι τῶν δέκα[1] λόγων, ὥσπερ[2] ἐδιδάχθημεν ὑπὸ τῆς παναγίας, ὁμοουσίου, καὶ ζωοποιοῦ, καὶ προσκυνητῆς Τριάδος· ἡ πρώτη ἐκ τοῦ νόμου· ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ μετέπειτα ἐν τῇ νέᾳ οἱ μακαρισμοὶ καὶ αὐτοὶ[3] δέκα· ὁμοίως, καὶ τὸ Πάτερ ἡμῶν, δέκα λόγοι εἰσίν· ταύτας οὖν[4] τὰς δέκα πανηγύρεις γεραίροντες ἑορτάζομεν.

XXIII. Τὴν μὲν πρώτην, εἰ καὶ μὴ παρὰ τοῖς πᾶσιν γνωρίζεται, ἐν ᾗ ἐδέξαντο οἱ μακάριοι Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα τὰ εὐαγγέλια

[1] Mend. Barb. δωδέκα (sic).

[2] Leo Allatius habet ἅπερ, cod. Cæsar. A. ὥσπερ.

[3] Allatius legit: δέκα ὁμοίως· καὶ τὸ, Πάτερ ... melius Cæs. A. δέκα· ὁμοίως καὶ τὸ ...

[4] Congruentius contextui εἶν cum Cæs. A., quam δέ cum Barb. et Allatio.

Quas vero superius commemoravimus, celebritates agimus secundum veteris et novi testamenti decalogum. Tres enim sunt decalogorum series, quas a sanctissima, consubstantiali, vivificante atque adoranda Trinitate edocti sumus. Prima continetur in lege, *Diliges Dominum Deum tuum*, et cetera. Et in novo deinde testamento *beatitudines* et ipsæ sunt decem, similiter et *Pater noster* decem complectitur sermones[a]. Has itaque decem solemnitates festiva cum lætitia agimus.

XXIII. Ac primam quidem, licet ea non ab omnibus agnoscatur[b], in qua beati Joachimus et Anna generationis Mariæ sem-

[a] Quod decem sint sermones *Orationis dominicæ*, non unius Johannis Eubœensis fuit singularis sententia. Id ipsum enim legimus apud S. Sophronium Hierosolymitanum in *Præfatione ad Miracula SS. Cyri et Johannis* (Mai *Spicil. Rom.* tom. III, pag. 14): Ἐντολαὶ δὲ δέκα θεόγραπτοι ταῖς πλαξὶν τῆς διαθήκης ἐνήστραπτον· δέκα δὲ καὶ ὁ Κύριος τὰ τῆς εὐχῆς παραδέδωκε ῥήματα· *mandata etiam decem a Deo in Testamenti tabulis fulserunt. Decem etiam Dominus orationis tradidit verba.*

[b] Hinc apparet, Johannis nostri ætate nondum universim ac ubique per

τῆς γεννήσεως τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, τῇ ἐννάτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνός.

Σημειοῦ νουνεχῶς, ἀγαπητὲ, ὅτι οὐκ ἄσπονδον, οὐδὲ ἀνωφελὲς τὸ παρ' ἡμῖν γραφῇ παραδιδόμενον· εἰ γὰρ καὶ ἐγκαινισμοὶ ἐκκλησιῶν ἐπαξίως ἐπιτελοῦνται, πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς ὀφείλομεν μυριονταπλασίονα μετὰ σπουδῆς, εὐλαβείας τε καὶ φόβου Θεοῦ ἐπιτελεῖν τὴν πανήγυριν ταύτην; ἐν ᾗ οὐκ ἐκ λίθων ὁ θεμέλιος ἐτέθη, οὐδὲ ἐκ χειρῶν ἀνθρώπων[1] ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ ᾠκοδομήθη, τουτέστιν

[1] Uterque codex Cæs. A. et Barb. habent ἀνθρώπων, at forte legendum ἀνθρωπίνων.

---

per Virginis ac Dei matris nuntium acceperunt, die nono mensis Decembris celebramus.

Atque attente adverte, dilectissime, non præter fidem esse, ac inane, quod apud nos scripto traditur. Si enim ecclesiarum dedicationes merito celebrantur; quanto magis citra ullam comparationis rationem debemus cum studio, et pietate, ac Dei timore hanc peragere solemnitatem? in qua" non ex lapidibus jacta sunt fundamenta, neque manibus hominum Dei templum exæ-

Ecclesias invaluisse morem Deiparæ Conceptionem solemni festo celebrandi, quemadmodum etiam de festo Dormitionis ejusdem Deiparæ affirmat Johannes Thessalonicensis in *oratione*, quam penes me ineditam servo. Neque id mirum accidit consideranti, non Deiparæ modo, sed etiam Salvatoris ac Domini nostri solemnia paulatim per Ecclesias recipi consuevisse, idque tum vetustioribus tum recentioribus ætatibus usuvenisse ac porro usuvenire.

" Patet hic *ex professo* tradi rationem solemnitatis celebrandæ. Atqui hæc ratio nulla est alia, quam Deiparæ Conceptio, conceptio autem non qualiscumque, sed ejusmodi, ut Mariam ipse Dei Filius ex beneplacito Dei Patris et cooperatione Dei Spiritus Sanctissimi et vivificantis ædificaverit. Ad quam ædificationem propterea pertinet quod in suis precibus habet Ecclesia: *Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus et animam ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante præparasti.* Et reipsa *præparationis* nomine plus semel in hac ipsa oratione indicatam Virginis Conceptionem vidimus.

ἐν κοιλίᾳ συνελήφθη ἡ ἁγία Μαρία ἡ Θεοτόκος. ἀλλ' εὐδοκίᾳ[1] Πατρὸς, καὶ συνεργίᾳ τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος, Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ λίθος ὁ ἀκρογωνιαῖος, αὐτὸς ᾠκοδόμησεν, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῇ κατεσκήνωσεν, ἵνα νόμον καὶ προφήτας πληρώσῃ, ἐλθὼν εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς[2]. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] Barb. et ex eo Allatius ἀλλ' εὐδοκίᾳ, Cæs. A. καὶ εὐδοκίᾳ.

[2] Cæs. A. heic addit : ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε : *propter nomen tuum, Domine.*

---

dificatum est : videlicet in utero concepta est Deipara ac sancta Maria, sed Dei Patris beneplacito, et cooperatione Sanctissimi ac vivificantis Spiritus, Christus Dei filius, qui lapis est angularis, ipse eam ædificavit, et ipse in ea inhabitavit, ut legem ac prophetas, cum ad salvandos nos veniret, impleret. Ipsi gloria et honor et adoratio una cum æterno Patre, et cum Sanctissimo ac vivificante Spiritu nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

DE

PETRO ARGORUM EPISCOPO

HOMILIÆ

IN CONCEPTIONEM DEIPARÆ AUCTORE

HISTORICA DISQUISTIO.

Duplex de Petro Argivo controversia, § I. — Rejecta Michaelis Le Quien sententia de unico Petro Argorum episcopo, binos cognomines admittendos esse ostenditur, § II-V. — Objectio solvitur e Synaxariis Græcorum petita, § VI-VII. — Auctor homiliæ in Deiparæ Conceptionem non alius est ab auctore Epitaphii in B. Athanasium Methonensem, § VIII-IX. — Homilia in Conceptionem Deiparæ habita in Sicilia fuit, § X. — Chronotaxi consulitur, § XI-XII. — De MS. codice et veteri hujus homiliæ versione, § XIII.

I. Petri cujusdam, Argorum Episcopi, nomen non huic solummodo homiliæ *in Conceptionem Virginis* præfigitur; verum etiam alteri homiliæ *in Sanctos et gloriosos Anargyros et Thaumaturgos Cosmam et Damianum*, quam post Leonem Allatium[1] memorat Guillelmus Cave[2], itemque *Epitaphio* seu *orationi encomiasticæ* in S. Athanasium Methonensem Episcopum, quam et

[1] In Diatriba *de Simeonum scriptis*, pag. 83.

[2] Ad calcem *Histor. Litter.* Dissert. I, *De Scriptoribus incertæ ætatis*, ad v. Petrus.

Bollandiani socii in Actis Sanctorum[1] et Octavius Caietanus in vitis Sanctorum siculorum[2] latine ediderunt. Præterea breves quasdam de Petro Argorum Episcopo memorias ex græco Synaxario ad bibliothecam Parisiensis Collegii S. J. olim spectante refert Michael Le Quien in suo Oriente Christiano[3], quas levissimo discrimine ex alio Synaxario græco excerptas sibique a Jacobo Goario transmissas jam et Bollandiani socii Commentario de S. Agatha[4] inseruerant, et quarum deinde aliud exemplar paulo diversum ad diem III Maii exhibuerunt.

Hic porro statim quæstio oboritur, quæ haud expeditissimam habet explicationem, an unus idemque sit Petrus, cujus memoria in Synaxariis agitur, et cujus nomen tribus illis orationibus inscribitur; an vero plures censendi sint cognomines ejusdemque Argivæ sedis episcopi : et si quidem alterum hoc recipiendum sit, quisnam haberi debeat auctor *orationis in Virginis Deiparæ Conceptionem.*

II. Et quod ad primam quæstionem attinet, plane dicam, mihi satis non probari sententiam Michaelis Le Quien, qui[5] superius enumerata omnia uni eidemque Petro tribui posse censuit.

Et sane perspicuum in primis est, Petrum illum, de quo in Græcorum Synaxariis, patria Constantinopolitanum fuisse. Ita enim de eo legitur ad diem III mensis Maii[6]: *S. P. N. Petri Argivorum Episcopi Thaumaturgi, qui patriam habuit Constantinopolim, piissimis illic parentibus natus, qui cum omni familia sua monasticæ vitæ se dedidere. Cum autem ob virtutis excellentiam eo adigeretur, ut Corinthi archiepiscopatum admitteret, præ modestia et humilitate vinci non potuit, ut consentiret. Quocirca ordinato illic fratre suo Paulo, eum illuc sequutus est.*

[1] Mens. Januar. tom. II, edit. Antuerp., a pag. 1125.

[2] Tom. II, a pag. 52.

[3] Tom. II, col. 184.

[4] Ad diem V Febr. Comment. de S. Agatha, § XIII, n. 108. Febr. tom. I, pag. 611.

[5] *Orient. Christ.* tom. II, coll. 184.

[6] Apud Le Quien, l. c.

Verum Argivorum suique fratris precibus inductus, Argûs episcopus consecratur.

Contra vero Epitaphium S. Athanasii Methonensis Episcopi adeo manifeste testatur, se Petrum auctorem habere, qui patria siculus fuerit, ut ipse Le Quien id diffiteri cum non posset, ad utramque sententiam conciliandam, affirmaverit, Petrum natum quidem fuisse Constantinopoli, oriundos tamen e Sicilia parentes habuisse.

III. Verum egregius vir non satis solerti oculo Petri Epitaphium in S. Athanasium Methonensem videtur inspexisse. Quæcumque enim ex eo depromi possunt ut conficiatur Epitaphii auctorem gente siculum fuisse, eadem manifestissime evincunt, non modo Petri parentes e Sicilia exstitisse oriundos, sed ipsum Petrum (quod sane cum iis, quæ in Græcorum Synaxariis narrantur, componi nullo modo potest) in Sicilia natum, ibique versatum fuisse.

Et vero ut e multis unum aut alterum proferamus, dum Auctor refert, B. Athanasii parentes e Sicilia sese in Peloponnesum recepisse, ne dira mala a Saracenis illata diutius ob oculos haberent, disertis verbis semet iis malis jactatum fuisse indicat[1]: *Neque enim*, inquit, *poterant siccis oculis intueri hinc Christi ovile, gentem sanctam, regale sacerdotium male habitum ab impiis, inde hos superbe despicientes*, nostrasque calamitates *deridentes, ut in injuriam rerum omnium conditoris Dei quasi percusso fœdere exterminarent perfectum populum Christianum...* Atque id plane confirmant, quæ de Saracenorum irruptione tamquam de pœna peccatis inflicta sic præmiserat[2]: *Agarenorum barbara gens, per quam*, sic nostris promerentibus peccatis, *Sicilia insula devastata est, pœnas* a nobis *de prævaricationibus quasi carnifex exigens* (*siquidem Deo non ut Patri* obedivimus, *neque facilem eidem vocanti cervicem* inclinavimus), *multas quidem diripuit civitates...*

[1] *Epitaph.* S. Athanasii, cap. II, n. 5. Apud Bolland. ad diem 31 Januar. tom. II, pag. 1126.

[2] Ibid. n. 4.

IV. Ne qua autem oboriatur suspicio, his verbis usum fuisse Petrum, non quod ea passus ipse esset, sed quia, ad Græcorum ditionem cum Sicilia pertineret, de hujus malis, tamquam de communi omnium calamitate ad Græcos verba faciens dissereret; advertas velim, Petrum eodem in loco de Græcia ac præsertim de Peloponneso ceu externa aliqua regione sermonem habere. Nam cum præmisisset, barbarico Agarenorum furore[1] *alios* (e Siculis) *procul a nutrice terra miserum in modum aufugere et per exteras nationes coactos esse divagari*; continuo subdit[2]. B. Athanasii parentes una cum filio *in antiquam Peloponnesi urbem* commigrasse; qua de causa eos Patriarchæ Abrahæ comparat, utpote qui *patriam terram, propriam domum, et cognationem reliquerint*. Cum de Peloponneso igitur, in qua et urbs erat Argorum, tamquam extera regione loquatur, palam est, non ideo Siculorum calamitates tamquam suas in ea oratione deplorare, quod Siculos haberet tamquam Argivorum et Græcorum omnium concives, sed quia Siculus ipse cum Siculis ea mala perpessus fuerat, de iis tamquam ad se pertinentibus disserere.

V. Hæc mirum in modum confirmantur ex iis, quæ Petrus de Catana urbe, de beatæ Agathæ martyris reliquiis, deque monte Ætna scribit. Ea etenim apertissime indicant scriptorem, qui olim iis in locis versatus fuerit, ac propterea de iis tamquam de rebus sibi domesticis loquatur[3]: *Patria* (inquit)... *B. Athanasii... Catana quidem urbs præclara in Silicia excellens in primis. Igitur in præsenti si omnia eximia vellem recensere, situm, pulchritudinem, magnitudinem, aeris temperiem, saluberrimam aquarum naturam, ingentes feracium ac sterilium arborum silvas, frequentem virorum sapientia, prudentia, fortitudine, justitia, illustrium multitudinem, ab incœpto intempestive digrederer: quemadmodum longe celeberrimam Virginem Agatham Martyrem, quæ in ea urbe et nata et educata, et cruciatibus*

[1] Ibid.
[2] Ibid. n. 5.
[3] Ibid. n. 3.

affecta est propter Christum, quæque ut sacrosanctæ sui corporis reliquiæ ibidem conquiescerent, gratum acceptumque habuit: quas quidem ignei torrentes ex superimpendente Ætna defluentes venerabundi sunt reveriti, quin imo... retro properare jussi sunt. De ipsa quoque Ætna ignem et sulphureum fumum ac nidorem eructante, piceasque flammas et crassos nigrores de summis faucibus evomente, nec non et horrendos fragores, bombosque valde immoderatos promente... si orationem tenere velimus, ab instituto egredi videremur.

Hæc itaque cum ei tribui nequaquam possint, qui natus Constantinopoli, ac monasticam ibi vitam amplexus Siciliam nunquam viderit, sicularumque rerum nulla tangi cura potuerit, definire profecto licet, alium esse Petrum cujus Synaxaria Græcorum meminerunt, alium qui B. Athanasii Epitaphium conscripsit.

VI. Ut vero tum illud ipsum quod statuimus, tum ea quæ deinceps de Auctore Orationis in Conceptionem Virginis dicturi sumus clariora evadant, occurrendum hic censeo difficultati, quæ ex temporum ratione peti posset. In dubium scilicet revocari posse videtur, an alius Petrus, præter hunc constantinopolitanum, Argorum episcopatum eo tempore gerere potuerit, quo oratio illa in B. Athanasium conscripta fuit.

Et sane, licet græci Synaxarii exemplar, qua usus est Michael Le Quien, nullam præferat notam temporis quo Petrus iste ac frater ejus Paulus vel vixerint vel episcopatum adepti fuerint, aliud tamen exemplar, quod a Jacobo Goario Bollandiani acceperunt, aliqua ejusmodi nota non caret, et saltem nomen addit Episcopi Constantinopolitani, qui Corinthiorum Ecclesiam committere Petro voluit. Ita enim hoc habet[1]: *Hic patriam quidem habuit Constantinopolim, piis autem natus est parentibus, qui*

[1] Apud Bolland. ad diem V Februar. Comment. de B. Agatha § XIII, n. 108-109. Febr. tom. II, pag. 611. Episcopi hujus Constantinopolitani nomen abest non modo ab exemplari, quod prostat apud Le Quien, verum etiam a tertio exemplari, quod ipsi Bollandiani exhibent ad diem III Maii, ubi de Petro Argorum Episcopo (mens. Maii, tom. I, pag. 428), itemque a quarto, quod ad diem III ejusdem mensis in Basiliano Menologio cernitur.

cum universa familia monachi facti sunt. Eorum exemplo et ipse Petrus factus monachus, exercitatione, vigilia, meditatione rerum divinarum omnes superabat. Quare eum Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus inducere cupiebat ut summum Corinthi sacerdotium susciperet, etc. Porro Bollandiani[1] opinionem Goarii admittendam censuerunt, qui existimavit, illum heic Nicolaum designari, cui Mystici cognomen accessit, quique Byzantinam sedem ab anno 891 ad 950 usque tenuit.

Id vero haud inconcinne cum ætate componi, qua encomiastica B. Athanasii oratio haberi potuit, haud ægre ostenditur. Quamquam enim annus, quo decessit Athanasius, ignoretur, at illud certo constat, eum Pseudo-Synodo Photianæ, quæ anno 879 celebrata est, interfuisse; nam inter Episcopos qui Actis subscripserunt, ejus quoque nomen legitur. Ad hæc licet nullo argumento firmatam videam opinionem Octavii Caietani, qui illius vitam ad annum usque 885 producit[2]; id tamen cum iis, quæ in Epitaphio narrantur, haudquaquam repugnat. Nam puerilem utique ætatem excessisse Athanasius videtur, cum e Sicilia una cum parentibus in Achaiam aufugit[3]: utique habita ratione contextus referenda hæc fuga videtur *ad annum* 828, quo Saraceni in Siciliam irrumpentes primo statim impetu Catanensem urbem expugnarunt[4]. Hæc nihilominus non evincunt, eum ad annum usque 885, qui nempe 75 circiter vitæ suæ esset, dies protrahere non potuisse. Præterea, etsi dicendum non sit orationem illam de Athanasii laudibus longe post ejus obitum habitam fuisse; tamen non eo ipso, quo mortuus est, anno, sed aliquanto post fuisse conscriptam vel inde elucet, quod memorentur[5] qui ad invisendum ejus sepulchrum longæ peregrinationis iter laboremque suscipiebant: quæ quidem aliquod sibi postulant temporis intervallum, quo fama tum sanctissimi ejus obitus, tum

[1] Ibid. n. 107.

[2] *Vitæ Sanctorum Siculorum*, tom. II, pag. 52.

[3] Conf. *Epitaph.* cap. II, n. 5, 6. Apud Bolland. tom. II, Jan. p. 1126, 1127.

[4] Conf. Muratorius, *Annali d'Italia*, Ann. 828.

[5] *Epitaph.* cap. VII, n. 20. Apud Bolland. l. c. pag. 1130.

insignium, quæ ad ejusdem tumulum patrabantur, miraculorum propagaretur.

Ad tempora igitur Nicolai Mystici res concinne deducitur, ac propterea omnibus rite perpensis, non modo nihil obstare videtur, quominus hæc oratio Petro Constantinopolitano tribuatur, sed nullus alius Petrus Argorum sedem per id temporis tenere potuisse videtur.

VII. Verum hujus argumentationis vis omnis infringitur, nisi præterea duo demonstrentur, videlicet 1° Constantinopolitanum illum Nicolaum, qui Petrum Corinthiorum episcopatu insignire voluit, non alium existimari posse, quam qui *Mysticus* est cognominatus; 2° Semel ac ista ad Nicolaum Mysticum referenda necessario sint, nullum amplius locum relinqui alteri Petro, qui alius a Constantinopolitano illo censeri possit. Verum duo hæc evincere neque ullus adhuc aggressus est, neque, si quis aggrediatur, eum facile evicturum puto. Dixi neminem id aggressum fuisse; nam Bollandiani socii utique arridere sibi Goarii opinionem professi sunt; at si unum Jacobi Goarii nomen excipias, ne levissimam quidem, qua rem confirment, rationem adducunt.

Ceterum tantum abest, ut in serie Byzantinorum Præsulum alius non occurrat Nicolaus, cui tribui possit Petri electio in Corinthi episcopum, ut ipsi Bollandiani[1] alium Nicolaum cognomine Chrysobergen commemorent, qui eandem sedem ab anno 982 ad 995 occupavit. Cum vero Synaxarium a Bollandianis vulgatum nihil insuper addat, quo decernatur, uter ibi Nicolaus intelligi debeat, palam est, neutri sententiæ tuendæ præsidium ab eodem peti posse, sed argumentis aliunde quæsitis rem definiri oportere. Rursus, ne putemus, Nicolaum qui in Synaxariis memoratur, *Chrysobergen* esse potius quam *Mysticum*, illud unum prohibere posset, quod historia Ecclesiarum tum Corinthi tum Argûs eam præferat Episcoporum seriem, quæ nullum locum Corinthi quidem Paulo Petri fratri, Argis autem ipsi Petro sub Nicolao Chrysoberge reliquum faciat. Verum istud quoque præsidium Goarii sententiæ penitus deest. Nam series Episco-

[1] Comment. de S. Agatha V. M. n. 107, l. c.

porum tum Argivorum tum Corinthiorum, quas ipse Michael Le Quien in suo Oriente Christiano exhibet, nihil impediunt, quominus sub Nicolao Chrysoberge Petrus quidem Argivam, Paulus vero Corinthiam sedem obtinuisse dicantur.

Sed insuper addidi, neque Bollandianorum ac Michaelis Le Quien sententiam necessario esse amplectendam, etiamsi evinci possit, ea, quæ in Synaxario legimus, de Nicolao Mystico accipienda esse. Et ratio in promptu est. Nonne enim Nicolaus Mysticus ad annum usque nongentesimum vigesimum quintum vitam produxit? Potuit igitur Constantinopolitanus Petrus sub Nicolao Mystico Corinthi episcopus designari, potuit etiam Argorum sedem adhuc Nicolao eodem vivente (quod tamen non exigunt Acta in Synaxariis relata) obtinere; neque tamen per hæc excluditur quominus ante eum alius eodem Petri nomine insignitus Argorum Ecclesiam regere et B. Athanasii laudes encomiastica oratione prosequi potuerit.

Atque ut paucis hucusque dicta complectamur, 1° nihil est præter nominis similitudinem, quod suadeat, Petrum, cujus in in Synaxariis fit mentio, eumdem esse atque eum qui in B. Athanasium Epitaphium scripsit: contra vero 2° ea, quæ in eodem Epitaphio leguntur, Petro illi, de quo in Synaxariis, tribui nequaquam possunt. Quæ igitur nobis suppetunt monumenta, manifeste postulant, ut duplicem Petrum, utrumque Argorum diversis temporibus episcopum, admittamus.

VIII. Altera nunc succedit quæstio, utri scilicet, quandoquidem hmi ejusdem nominis eamdem Argorum Ecclesiam Episcopi rexerint, homilia in Virginis Conceptionem adscribenda sit.

Benedictus Piazza, soc. Jesu, qui ad calcem eximii sui operis De Immaculata Deiparæ Conceptione primus hanc orationem latine[1] vulgavit, nihil hæsitans censuit ac pronuntiavit, Petrum

[1] Cur tantum latine orationem Piazza vulgaverit, hanc ipse rationem reddit: *Ne græcum exemplar proferamus, in causa est græcorum defectus typorum et characterum, quos typographus noster propediem exspectabat, sed nondum accepit.* (*Causa Immac. Conception.* Panorm. 1747, pag. 634.)

Cum vero ex eodem Piazza didicissem, græcum exemplar e Codicibus Bi-

Homiliæ auctorem eumdem esse atque illum, qui B. Athanasii scripsit Epitaphium. *Nos vero*, inquit, *ex aliis ipsius (Petri) scriptis illum hoc seculo (IX) claruisse deprehendimus, etsi annum designare non valeamus. Etenim habemus ab eodem Auctore conscriptum* Epitaphium in B. Athanasium *uti recens defunctum, natione Siculum, patria Catanensem, et Methones in Peloponneso Episcopum*[1].

Cui quidem sententiæ ipse etiam subscribendum arbitror. Non arbitror tamen, illud nobis licere, quod licuit Benedicto Piazza utpote nihil (ut videtur) suspicanti, alium forte præter Epitaphii Auctorem fuisse Petrum, cui posset oratio in Conceptionem tribui; ut nempe nullo alio argumento, nisi eo, quod æquivocum modo apparet, nominis videlicet similitudine, ad id affirmandum ducti videamur.

IX. Etsi vero ad id statuendum extrinseca prorsus desint momenta; at non desunt intrinseca, quæ ex accurata inter *Homiliam in Conceptionem* et *Epitaphium in B. Athanasium* collatione desumi levi negotio possunt.

Iidem enim utrobique sublimes de Deo divinisque rebus sensus occurrunt, eadem singularis elucet pietas, idemque se prodit utrimque omnigenæ virtutis animus studiosissimus.

Stylum vero si conferas cum stylo, præter eumdem colorem, quo generatim imbutam deprehendes orationem, duo habes, quæ instar specialis tesseræ esse possint. Aliud est quoddam orationis ornandæ studium, quo fit ut minima quæque copiose et amplificate efferantur. Aliud, adhuc magis singulare, mos est scriptori familiaris, ut sententias incidentes ope earum, quas Latini *inter-*

bliothecæ Monasterii S. Salvatoris prope Messanam desumptum fuisse, tam eximii monumenti textum græcum, si forte adhuc servaretur, inquirendum censui. At neque opus fuit Monasterium Messanense S. Salvatoris adire. Nam R. P. Josephus Spedalieri S. J. in Sicula Provincia Præpositus, ad quam litteras ea de re dederam, in Panormitani S. J. Collegii Bibliotheca etiamnum illud exemplar servari rescripsit, quod prælo Benedictus Piazza paraverat; ac paulo post apographum diligentissime exscriptum perhumaniter ad me transmisit. Tantæ ejus in me benevolentiæ hoc grati animi testimonium debeo.

[1] *Causa Imm. Concept*, Act. III, n. 52 pag. 247.

positiones, Græci *parentheses* appellarunt, frequenter orationi interserat. Has crebras cernere est in Epitaphio; et has adeo ab Homilia non abesse reperies, ut earum altera integram fere paragraphum IV occupatam cernas.

Denique, quod etiam reliquis prætermissis par est ad controversiam dirimendam, cum Epitaphii Auctorem deprehendamus amarissimo fletu teterrimas illas lamentantem calamitates, quibus ex Saracenorum irruptione afflicta fuit Sicilia, et peculiari ratione insolentes ac superbos hostium insultus dolentem; jam easdem plane cædes, vastationes, insultus in homilia memorari vides, ubi adversus tot mala barbarico furore illata cœlestem opem orator prope finem implorat. *Ismaelitarum*, inquit Auctor Epitaphii [1], *atque Agarenorum barbara gens.... multas quidem diripuit civitates ac vastavit; earumque cives cum finitimis accolis alios quidem amarissimo mortis genere, qua gladio, qua fame delevit, marique submersos suffocavit; hos autem gravissimis molestiis ac vinculis damnavit; et alios procul a nutrice terra miserum in modum aufugere et per exteras nationes coegit divagari.* Et paulo post de B. Athanasii parentibus disserens [2], *Neque enim poterant siccis oculis intueri hinc Christi ovile, gentem sanctam, regale sacerdotium male habitum ab impiis, inde hos superbe despicientes, nostrasque calamitates deridentes; ut in injuriam rerum omnium conditoris Dei quasi percusso fœdere exterminarent perfectum populum Christianum.*

Fac vero nunc inspicias, quam apte his respondeant, quæ Auctor in fine homiliæ sanctos Deiparæ parentes invocans lamentatur: *Frænum*, inquit, *gentium ferociæ imponite, earumque erectam in altum cervicem inclinate; elatum ipsarum supercilium deprimite, quemque contra nos acuunt, gladium retundite. Deprecamini Christum, ut* levet manus in superbias eorum [3]; *neque patiamini, ut nefaria eorum ac sanguinolenta manu tamquam agri fœnum vastemur. Neque irruat rabie furens barbarus,*

[1] Cap. II, n. 4. Apud Bolland. mens. Jan. tom. II, pag. 1126.
[2] Ibid. n. 5.
[3] *Ps.* LXXIII, 3.

clypeos, ensemque et arcus atque hastas contra nos intendens: nec ultra [1] supergaudeant nobis inimici nostri. *Intuemini quam multos, qualesque jaculis misere illi confoderint. Intuemini, quomodo innumerabilium sanguine effuso, insepultos eos pabulum bestiis terræ et cœli volucribus reliquerint, ac soli et stellis, et hyemi et æstati projecerint, atque his, qui reliqui sunt homines, miserum effusisque plorandum lacrymis spectaculum paraverint.*

X. Hæc porro non modo suadent, unum eumdemque esse Petrum qui et Epitaphium in B. Athanasium et Homiliam in Deiparæ Conceptionem conscripsit; neque rursus modo confirmant, hunc Petrum alium prorsus habendum a Constantinopolitano, quem superius adducta Synaxaria memorant, utpote ad quem spectare ista nullatenus possint; sed præterea haud obscure indicant, ubinam habita hæc homilia censeri possit.

Duo enim sunt, quæ in dubium revocare vix liceat. Alterum est, hunc sermonem 1° ab eo, qui tantorum malorum spectator ipse coram fuerit, et 2° ad eos, qui graves a barbaris calamitates perpessi, alias adhuc ab ipsis extimescebant, ac denique 3° eo in loco, qui barbarorum incursibus pateret, habitum fuisse. Hoc manifeste ea conficiunt, quæ modo ex ipsa homilia recitavimus.

Alterum vero est, Siciliæ utique insulam ea tempestate, irruentibus ex Africæ littore Saracenis, diris diuturnisque malis vexatam, ac demum in miserrimam servitutem fuisse redactam; at Peloponnesum, ubi Argorum civitas, tunc a barbaris occupatam, cædibus fœdatam, atque aliis, quas plorabat Petrus, ejusmodi calamitatibus afflictam fuisse, nemo hominum unquam rescivit. Hæc consulenti historiam exploratissima sunt.

Ergo ipsimet rerum eventus docent, hanc orationem in Sicilia ipsa, et antequam Petrus in Peloponnesum sese reciperet, Argorumque sedem obtineret, fuisse concinnatam. Neque vero existimes, hanc conclusionem nullius prorsus esse momenti. Hinc enim luculentissimum nobis præsto est argumentum, quo certe statuamus, hac ætate immaculati conceptus Sanctæ Dei

[1] *Ps.* XXXVII, 17.

Genitricis jam celeberrimum in Siciliæ insula cultum, vulgaremque doctrinam fuisse.

XI. Atque huic quidem opinioni de homilia in ipsa Siciliæ insula a Petro recitata, atque adeo de Virginis Conceptæ cultu jam per Siciliam tunc obtinente, neminem puto nunc ideo refragaturum, quod veteri adhuc laborans præjudicio Conceptionis Mariæ cultum in Occidentis Ecclesiis ab undecimo tantum sæculo labente, aut etiam serius præsertim in Italia usurpari cœpisse censeat. Jam enim antiquata ista sententia ac penitus obsoleta haberi debet. Atque ut ea omittam, quæ superius, cum de Charta Hugonis sermo esset, diximus de Cremonensi Ecclesia, notissimum est marmoreum Kalendarium Neapolitanum, quod ante medium sæculum IX, ut ostendit cl. vir Alexius Mazzochi [1], exaratum fuit, et tamen ad diem IX Decembris Conceptionis Mariæ festum indicit. Mirum ergo videri non debet, Conceptionis Deiparæ solemnia peragi in Sicilia consuevisse, quando eumdem ritum in Neapolitana Ecclesia per idem tempus invaluisse videmus.

Vereor potius, ne cui forte hæc minus apte cum ratione temporum componi videantur. Etenim si statuas, Petrum propter Saracenorum irruptionem e Sicilia in Orientem imperante Michaele Balbo aufugisse, admittas etiam oportet, ante annum 850, quo Balbus decessit, Petrum jam provectum adeo ætate fuisse, ut munus concionandi obire posset. Hoc autem semel præstituto, jam minus verisimilia sunt, quæ de Argivo ejusdem Episcopatu feruntur. Et sane, ut patet ex Pseudo-Synodi Photianæ subscriptionibus, anno 879 Argorum sedem non noster Petrus, sed Theotimus quidam occupabat. Non potuit autem Petrus episcopatum ante Theotimum gerere; secus præmortuus ipse fuisset B. Athanasio, qui eidem conciliabulo interfuit, ac proinde auctor Epitaphii in B. Athanasium haberi nunquam posset. Electus igitur episcopus post Theotimum dicendus est. Immo et in vivis esse debuit post aliquod ab Athanasii morte

[1] In vetus S. Neapolit. Ecclesiæ Kalendarium Commentarius Prævi. part. II, cap. II. Neap. 1744.

temporis intervallum. Ut enim superius advertimus, non statim ab obitu beati illius Episcopi oratio encomiastica habita videtur. Ergo si antequam a Sicilia Petrus recederet, jam matura erat ætate ; prope nonagenarius (quod sane minus est verisimile) episcopatum obivisset, et senio prorsus confectus scripsisset B. Athanasii Epitaphium, cujus tamen stylus auctorem non extrema senectute languentem, sed potius viribus pollentem præfert.

XII. Verum ne ista quidem tantum habent ponderis, ut a præfata sententia deterrere nos debeant. Et sane tota difficultas inde demum proficiscitur, quod Petrus natale Siciliæ solum reliquisse, imperium tenente Michaele Balbo, perhibeatur. Quæ tamen est caussa cur id admittamus? Affirmat utique Antoninus Mongitorius [1]. Petrum e Sicilia in Orientem anno 830 digressum esse ; quem licet ipse a Petro Epitaphii auctore distinguat, alii tamen, quos Mongitorius ipse recenset [2], pro uno eodemque Petro eos habuere, deque ea re incertus hæsit vel ipse Octavius Caietanus[3], e quo mutuatum se esse eam temporis notam Mongitorius profitetur. At (quidquid demum sit de controversia, unusne an duplex Petrus[4] hic quoque admittendus sit) undenam, quæso, illud fugæ tempus didicerunt? Equidem rationem, cur Caietanus id affirmaverit, neque ipse ullam affert, neque nobis ullam certo divinare licet ; idque tum de Petro Epitaphii auctore, tum etiam de Petro illo siculo dictum velim, qui manichæorum historiam, et nonnullos adversus hos reliquit sermones. Neque enim hisce in opusculis vel levissimum occurrit vestigium, e quo liceat ar-

[1] *Biblioth. Sicul.* vol. II, pag. 158. V. *Petrus Siculus.*

[2] Ibid. pag. 159. V. *Petrus alter Siculus.*

[3] *Vitæ SS. Siculorum*, vol. II. *Animadv. ad vitam B. Athanasii*, pag. 18.

[4] Hanc controversiam prætermittendam omnino censui. Adeo enim perspicuæ sunt rationes, quæ Petrum Siculum historiæ Manichæorum auctorem distinguendum suadent a Petro Argivo, ut jure merito E^mus^ Vir Angelus Mai, qui in *Novæ PP. Bibliothecæ* quarto volumine Siculi Petri tum historiam græco textu a mendis deterso novaque addita interpretatione rursus edidit, tum tres sermones nondum editos publica donavit luce, pronuntiaverit (vol. cit. part. II, pag. 79) : *Petrum Siculum et Petrum Argivum reapse nihil habere commune.*

guere, quandonam e nativa terra in orientales regiones hic se contulerit, immo vero neque illud apparet, utrum sui e Sicilia discessus caussa Saracenorum fuerint incursus. Conjiciemus igitur, Octavium Caietanum id propterea asseruisse, quod generatim constaret, plurimos ad Saracenorum furorem effugiendum e patrio solo in alias regiones commigrasse. Ceterum, etsi pro certo habendum esset, hanc reipsa caussam fuisse, ob quam Petrus Epitaphii simul et Homiliæ in Conceptionem Auctor in Peloponnesum se recepit; non tamen inde consequeretur, id imperante Michaele Balbo evenisse. Esto enim, Saraceni Siciliam anno 828 invaserint, esto, prima illa incursione Catanam urbem, quam Petri nostri patriam fuisse sat indicat Athanasii Epitaphium, occupaverint[1] : at non uno impetu, neque brevi temporis intervallo universam insulam subegerunt; atque eam præsertim plagam, ubi Syracusana exsurgit civitas, ad annum usque 878, quadragesimum nempe a prima barbarorum irruptione[2], sub Græcorum potestate stetisse compertum est. Si quis ergo putet, Petrum, adolescentulum adhuc dum patriam ejus urbem Saraceni expugnarunt, haud statim in Orientem, sed in aliam potius insulæ partem secessisse, ac tamdiu inibi moratum esse, usque dum maturam attingeret ætatem; hic levi sane negotio assequetur, quomodo Petrus et hanc in Deiparæ Conceptionem homiliam habere in natali terra, et eos in homilia alloqui potuerit, quos socios habebat calamitatis; nec tamen hæc impediant, quominus deinde in Peloponnesum commigrans Argorum sortiri episcopatum, et B. Athanasii laudes ætate nondum effœta viribusque nondum exhaustis potuerit celebrare.

XIII. Sed satis jam de Orationis Auctore Petro. De ipsa autem Oratione eo libentius supersedeo quidpiam addere, quo plura eaque plane in rem nostram eximia in illa esse scio, quibus ipsamet se lectori commendabit. Unum illud superest, ut ne iis lectorem defraudem, quæ de MS. græco codice, deque auctore versionis, quam Benedictus Piazza edidit, adnotata reperiuntur

[1] Conf. Muratori, *Annali d'Italia*, *ann.* 828.
[2] Ibid. *ann.* 878.

ad calcem exemplaris, quod in Panormitana Collegii soc. Jesu bibliotheca asservatur. Sunt autem quæ sequuntur :

TESTIMONIUM EXSCRIPTORIS, ET INTERPRETIS.

Requisitus ab Adm. Rev. Patre Antonio Maria Portio Soc. Jesu, Ego infrascriptus Græcæ Linguæ lector, et Bibliothecæ hujus Magni et Regii Monasterii SSmi Salvatoris Messanæ in lingua Phari Custos, annuente Rmo S. Th. M. D. Basilio de Neapoli, ejusdem monasterii Abbate, exscripsi ex Codice XLII dictæ Bibliothecæ, et latine reddidi[1] *superiorem orationem S. P. N. Petri, Episcopi Argorum, in Conceptionem S. Annæ, quando S. Dei Genitricem concepit.*

Est autem Codex hujusmodi, integer, membranaceus, in folio majori, græco numero MB. id est XLII obsignatus, tabulisque leucophæa pelle a tergo contectis coopertus, inscriptusque exterius sic, MET. nempe Metaphrastæ. Ceterum qui illum scripsit Daniel, πανηγυρικὸν vocat.

Totum hoc opus πανηγυρικὸν duobus voluminibus ejusdem ferme molis et characteris continetur; atque in iis varias per annum legendas, vel orationes, vel Sanctorum historias reperies. In priori igitur volumine, quod festivitates exhibet ab Kal. Septembris usque ad III Non. Aprilis, V Idus Decembris habetur dicta Oratio S. P. N. Petri Episcopi, undecim ferme columnis comprehensa : incipit ab ultimis decem lineis ultimæ columnæ quaternionis XX usque ad lineam XXX columnæ XI quaternioris sequentis. Singulæ vero columnæ lineis XLIII ut plurimum concluduntur. Scriptus est autem Codex hic anno VICIↃDCCCXVI ab O. C. (hoc est sexmillesimo octingentesimo decimo sexto ab

[1] Eamdem hanc versionem rursus edendam cum textu græco mihi proposueram. Sed postquam collatione instituta eam modo liberiorem, modo mancam, modo etiam a græca Petri sententia alienam deprehendi, recudendam censui, magis acceptam fore interpretationem minus quidem elegantem minusque concinnam, fideliorem tamen arbitratus.

Orbe condito) *ut Græci Calligraphi supputant, id est anno Incarnationis Dominicæ CIƆCCCVIII. Etenim in fine Codicis legitur nota hæc :* Ἐτελειώθη τὸ παρὸν πανηγυρικὸν διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Δανιὴλ καὶ σκευώφυλαξ (*sic*) τῆς μεγάλης μάνδρας τοῦ Σωτῆρος ἀκρωτηρίου Μεσσήνης· Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ εἰς β΄ ἡμέρᾳ Σαββάτου, ὥρᾳ θ΄, ἔτους ϛ̄ωιϛ, ἰνδίκτου ϛ. Εὔχεσθε, καὶ μὴ κατάρασθε, ὅτι ὁ γράφων παραγράφει. *Scilicet :* Explicitus est hic Panegyricus liber manu peccatoris Daniel, et Scevophylacis magnæ Mandræ Salvatoris Promontorii Messanæ, IV Non. mens. Septembris, die Sabbati, hora IX, anno VICIƆDCCCXVI, Indictione VI. Orate pro me, et non maledicatis mihi, quoniam qui scribit, scribendo errat.

In quorum fidem, etc. Prid. Non. Februarii An. Domini CIƆDCCXLIV.

BENEDICTUS MONALDINIUS HIEROMONACHUS.

Ita est. ABBAS BASILIUS DE NEAPOLI.

Locus † Sigilli.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΕΤΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΡΓΩΝ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΥΛΛΗΨΙΝ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΑΝΝΗΣ ΟΤΑΝ ΣΥΝΕΛΑΒΕΝ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΘΕΟΤΟΚΟΝ.

Εὐλόγησον, Πάτερ.

1. Μεγάλα βλέπων καὶ ξένα, μεγίστων προτρέχοντα θαύματα, μεγάλως ἄγαμαι τῇ καρδίᾳ γηθόμενος, καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς τοῦ Δε-

---

SANCTI PATRIS NOSTRI

PETRI ARGORUM EPISCOPI

ORATIO

IN CONCEPTIONEM SANCTÆ ANNÆ QUANDO CONCEPIT" SANCTAM DEI GENITRICEM.

Benedic, Pater.

1. Cum magna maximis, inauditaque videam (portentis) præcurrere portenta ; ingenti cordis gaudio gestiens in admirationem rapior, et dominicæ erga nos misericordiæ viscera, providen-

" Vel pauca hæc tituli verba « *Quando concepit Sanctam Dei Genitricem* » palam per se faciunt, quantum a veritate id abludat, quod nonnulli veteres theologi conjectando affirmabant, festum Conceptionis non propter ipsam conceptionem agi consuevisse, sed propter Deiparæ sanctificationem, quæ conceptionem sit subsequuta : ideo autem in Conceptionis die celebratam fuisse sanctificationem, quod hujus tempus ignoraretur.

σπότου εὐσπλαγχνίαν καὶ ὑπὲρ λόγον προμήθειαν καταπλήττομαι. Σήμερον γὰρ τῆς ἡμετέρας πρὸς Θεὸν καταλλαγῆς τὰ μηνύματα· σήμερον ἡ ἀπωσθεῖσα φύσις ἡμῶν, τῆς ἀνακλήσεως τὰ προοίμια κατοπτεύουσα, γέγηθε· σήμερον οἱ προπάτορες τῆς εἰς γῆν ἀποστροφῆς τὴν ἀπόφασιν, ὅσον οὔπω, λύεσθαι μέλλουσαν ἐνωτιζόμενοι χαίρουσιν. Ἄρτι τὸ εὐωδέστατον ῥόδον ἐν ἀκάρπῳ φυτευόμενον

---

tiamque divinam omni cogitatione majorem stupens demiror. Hodie enim nostræ cum Deo reconciliationis aperta conspiciuntur indicia. Hodie natura nostra, olim rejecta, jam suæ in pristinum restitutionis primordia aspiciens hilarescit[a]. Hodie primi parentes, dum assonat eorum auribus, jam solvendam illam esse sententiam, qua edictum fuerat[b] hominem in terram reversurum, lætissimam frontem explicant: certioresque dum fiunt, modo in agro sterili fragrantissimam illam rosam plantari[c], quæ

[a] Accurate fac consideres, quo animo, quibus sensis, quibusve affectibus festum Conceptionis Deiparæ fideles celebrabant. Habes scilicet 1° stupentes miræ conceptionis portenta; 2° providentiam Dei ac viscera misericordiæ ejus in reconciliandis sibi hominibus grata mente recolentes et admirantes; 3° de Virginis conceptione tamquam de initio operis redemptionis nostræ lætantes; 4° ipsam Mariæ Conceptionem tamquam præparationem habitaculi Verbi Dei celebrantes. Hæc sane omnia vel in hac prima paragrapho perspicue elucent. Atqui his plane gemina ea sunt, quibus Sixtus IV Romanus Pontifex (Const. *Cum præexcelsa*, III Mart. 1476) fideles universos ad mysterium Conceptionis Mariæ colendum invitat. *Dignum* (inquit Pontifex), *quin potius debitum reputamus, universos Christi fideles* (*invitare*), *ut omnipotenti Deo, cujus providentia ejusdem Virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro reconcilianda suo Auctori humana natura lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam sui Unigeniti habitaculum Sancti Spiritus præparatione constituit, ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret..... de ipsius immaculatæ Virginis* MIRA *conceptione gratias et laudes referant.* Romana ergo Ecclesia dum hoc Virginis mysterium festo recolendum proposuit, non nova quædam protulit, sed a majoribus tradita servavit ac fovit.

[b] *Gen.* III, 19.

[c] Vim sententiæ elidit heic antiqua versio, dum reddit *plantata est*, quod

ἀρούρα, πάσῃ τῇ ὑφηλίῳ μέλλον εὐωδιάζειν, καὶ τῆς παραξάσεως ἐλαύνειν τὸ δυσῶδες, εὐαγγελιζόμενοι γήθονται. Νῦν τὸ καθαρώτατον ἀνάκτορον τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ θεμελιούμενον, πᾶσα ἡ κτίσις ὀρῶσα σκιρτᾷ, χαριστήρια καὶ χεῖρας κροτεῖ, καὶ τῷ

---

odore suo quidquid sub sole est, perfundet, ac prævaricationis fœtorem abiget, lætitiam gratulationemque ingeminant. Omnes quotquot sunt creaturæ dum purissimi templi Regis omnium Christi nunc jaci" fundamenta cernunt, gratanter tripudiant, manibusque plaudunt et Deum bonorum omnium auctorem cum

græce per præsens tempus effertur φυτευόμενον, et significantius indicat, de rosæ plantatione agi, non autem de rosa jam plantata, videlicet, agi de Virginis conceptione, non autem de Virgine jam concepta.

Cæterum quod rosa illa jam inde cum plantatur, ceu suavissimo odore describatur fragrantissima, hoc enimvero sat aperte insinuat, Deiparam ex tunc jam cum conciperetur, illum suavitatis odorem effudisse, quo Deus oblectatur. Id autem citra omnem ambigendi locum palam fit, quando rosæ illi fragrantissimæ ex adverso opponitur genus humanum universum prævaricatione fœtens. Fœtor enim prævaricationis, quo *universi* inficiantur, nullus est alius, quam qui in damnatam prolem ex primo parente propagatur. Non ergo ceu fragrans rosa a male olenti massa secerni Virgo posset, sed inter fœtentes Adæ fœtus et ipsa recenseretur, siquidem æque ac alii e sua origine contraxisset vitium, cujus gratia fœtere alii omnes dicuntur. Luculentissime id ipsum ex eo confirmatur, quod rosa odore ipsa suo communem omnium fœtorem perhibeatur expellere. Cogita enim quidquid demum lubeat de hujus odoris efficacia: illud tamen necessario dabis vel invitus, hanc sententiam postulare 1° ut Deipara suo illo odore fragraverit, dum reliqui omnes corruptione putrescebant; 2° ut suo illo odore fragrans Deipara intelligatur, priusquam pharmacum communi fœtori expellendo pararetur et adhiberetur. Atqui prorsus implicat, ut Virgo intelligatur munda et fragrans, antequam abstergendæ communi fœtenti labi commune paretur et adhibeatur pharmacum, siquidem ipsa quoque ea corruptione laboret, cui remedium illud commune parandum est. Manifestam ergo contradictionem duo hæc involvunt, scilicet 1° Mariam odore suo communis prævaricationis fœtorem abegisse; 2° Mariam simul cum aliis eodem morbo laborasse.

" Hæc confer cum iis, quibus superius *homiliam* suam claudebat Johannes Eubœensis, inquiens: cooperante sanctissimo ac vivificante Dei Spiritu hoc animatum templum in conceptione exstructum fuisse.

πάντων αἰτίῳ τῶν ἀγαθῶν εὐχαριστοῦσα γεραίρει Θεῷ. Νῦν ὁ θεῖος παράδεισος ἐν ἀνίκμῳ νηδύϊ φυτεύεται, τοὺς ἐκ τοῦ πρώτου ἐξορισθέντας ἡμᾶς καὶ θανάτου καταχριθέντας, πρὸς ζωὴν, διὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ βλαστήσειν μέλλοντος, ἐπανάξων ζωηρόρου φυτοῦ· νῦν τοῦ πνευματικοῦ ἔαρος τὰ ἄνθη μυρίζουσιν, καὶ τὴν αὐτοῦ προαγγέλλουσιν εἴσοδον· νάρδος, κρόκος, καὶ κρίνα κυπρίζουσι, καὶ τὴν ἡδίστην ὄψιν προδεικνύντα, τοὺς ἐν τῇ κατηφείᾳ τῆς ἁμαρτίας ἡμᾶς κατατέρπουσιν· προέκοψε μετὰ τὴς νυκτὸς τὴς ἁμαρτίας ὁ κατηφείας πλήρης χειμὼν, καὶ ἤγγικεν, μετὰ τῆς ἡμέρας τῆς εὐσεβείας, τὸ χαριέστατον ἔαρ, καὶ τὴν ἀλέαν τοῦ θείου συνεπαγόμενον Πνεύματος.

II. Ἀγαλλιασώμεθα τοίνυν, καὶ ψαλμικῶς ἀλαλάξωμεν ἅπαν-

---

gratiarum actione laudibus prosequuntur. Nunc arido in utero divinus ille plantatur Paradisus[a], qui nos a priori expulsos, mortique damnatos, per vivificum germen ex ipso oriturum ad vitam revocabit. Nunc flores spiritualis veris spirant odorem, illiusque prænuntiant ingressum. Jam vernant cum nardo crocus et lilia, ac suavissimo, quem exhibent, aspectu nos peccati pudore squalentes erigunt et oblectant. Præcessit jam cum nocte[b] peccati plena tristitiæ hyems : jucundissimum autem ver cum pietatis die divini Spiritus calorem secum adducens appropinquavit.

II. Nobilitatis[c] itaque ac decoris naturæ nostræ primam[d] in

[a] Vid. *Gen.* II, 8, et nota morem SS. Patrum ad Mariam transferentium quæcumque de primæva illa et tum peccati tum miseriæ experte conditione in S. Litteris leguntur.

[b] Ipsa est Pauli sententia (*Rom.* XIII, 12) : *Nox præcessit, dies autem appropinquavit*, ad Deiparæ Conceptionem translata.

[c] Quod reddidi *Nobilitatis* ac *decoris*, græce habes εὐγένειαν, quæ vox significat nobilitatem ac decus *ad originem* spectantia. Reddi etiam posset *germen ingenuum*, vitio nempe communi non laborans. Sane sicut appellationem istam antonomastice hoc loco Maria sortitur, ita a Patribus velut *unicum naturæ germen ingenuum* celebrari consuevit ; hoc autem, ut patet, adscribi nequit nisi privilegio, quod soli ipsi sit proprium. Verum de his in Commentario.

[d] Quod verti, *primam plantationem*, græce legis ἀρχομένην φυτεύεσθαι,

τες, ὁρῶντες τὴν τῆς ἡμετέρας εὐγένειαν φύσεως ἀρχομένην ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Ἄννης φυτεύεσθαι· κροτήσωμεν χεῖρας, καὶ πνευματικοὺς χοροὺς συστησώμεθα, τῆς αἰτίας ἡμῖν εὐφροσύνης ἁπάσης, καὶ χαρᾶς ἀνεκλαλήτου προξένου γενησομένης ἑορτάζοντες σύλληψιν.

Ἄσωμεν συμφώνως τῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾄσωμεν· ὡς τὴν τῆς ἡμετέρας πρόξενον ἐλευθερίας τῶν καταδουλωθέντων τῇ ἁμαρτίᾳ Παρθένον διὰ τῆς Ἄννης καὶ τοῦ Ἰωακεὶμ πλουτοῦντες πανάμωμον Δέσποιναν· εἴπωμεν οὖν ἡμεῖς ὡς ἐν ἐκπλήξει μετὰ τοῦ θείου Δαβίδ· ὡς

Annæ utero plantationem intuentes, *exsultemus* omnes et in *psalmis jubilemus*[a]. Plaudamus manibus, spiritualesque choreas instituamus, Conceptionem illius festive celebrantes, quæ nobis omnis lætitiæ auctrix ineffabilisque gaudii conciliatrix exsistet.

Cantemus concordi voce Deo nostro, cantemus, utpote qui per Annam et Joachimum plane immaculata Domina et Virgine ditemur, quæ nos peccati servitute pressos in libertatem asseret[b]. Et nos igitur, stupore in exstasim veluti rapti, cum divino Da-

et apertissime indicat, sacræ ac solemnis lætitiæ caussam *ipsum exsistendi principium* Deiparæ fuisse; quæ deinde citra figuratam locutionem paulo post *Conceptio* dicitur.

[a] *Psalm.* XCIV, 1–2.

[b] Habemus hoic sententiam, quam superius (§ I) aliis verbis Auctor sic expresserat: *Nunc in arido utero divinus plantatur Paradisus, qui nos a priori (Paradiso expulsos)... ad vitam revocabit.* Ergo *ditari nos per Annam et Joachimum Domina plane immaculata*, idem valet ac *plantari divinum paradisum;* ac proinde cum absone dicatur divinus plantari paradisus qui cum peccato plantetur, eo redit et alterius sententiæ sensus, Dominam nobis per Annam et Joachimum plane mundam et immaculatam prodisse. Atque id multo etiam evidentius inde elucet, quod qui dicuntur ibidem a *paradiso expulsi*, intelligendi sunt quicumque originali culpa sunt infecti. Nam si Deipara quoque hoc vitio laborasset, jam ubi de prima ejus origine sermo est, haudquaquam divinus ipsa paradisus dici potuisset, sed necessario simul cum aliis extra paradisi januas cherubico gladio peccatoribus interclusas debuisset collocari.

ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Τίς γὰρ αὐτοῦ τὰς δυναστείας λαλῆσαι δυνήσεται; ποίας δὲ καὶ καρδίας πλάτος τῶν ἀνεξιχνιάστων αὐτοῦ κριμάτων ἀναμετρῆσαι τὴν ἄβυσσον; Οἱ προσκεκρουκότες, τῆς καταδίκης ἀπολυόμεθα· οἱ τῷ ἀρχεκάκῳ δαίμονι πεισθέντες διὰ τοῦ ὄφεως συμβουλεύοντι, παρὰ τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς Δεσπότου, καὶ παρακουσθέντες προσλαμβανόμεθα· οἱ ἑκοντὶ τοῦ ἡμετέρου τραχήλου τὸν αὐτοῦ ζυγὸν ἀπορρίψαντες, καὶ τῷ δυσμενεῖ προσχωρήσαντες, πρὸς τὸν χρηστὸν ἐκείνου πάλιν διὰ σπλάγχνα ἐλέους ὑποβαλλόμεθα· οἱ τὰ δύσοιστα τῶν ἁμαρτάδων φορτία ἑαυτοὺς ἐπιφορτίσαντες, πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν προσκεκλήμεθα.

Τούτων ἁπάντων ἀρχὴ καὶ αἰτία ἡ παροῦσα καθέστηκεν ἑορτὴ,

---

vide clamemus[a]: *Quam magnificata sunt opera tua Domine! Omnia in sapientia fecisti!* Ecquis enim potentias ipsius eloqui poterit[b]? Aut cujusnam amplitudo cordis investigabilium judiciorum ejus abyssum (poterit) dimetiri[c]? Qui (in indignationem ejus) incurreramus, a damnatione absolvimur, Qui dæmoni, malorum omnium architecto, prava per serpentem consilia suggerenti obtemperaveramus, a Domino, conditore nostro, utut prævaricatores, suscipimur. Qui sponte jugum ipsius a cervice nostra excusseramus, et facta deditione ad inimici partes transiveramus, rursus suavi illius[d] jugo propter misericordiæ suæ viscera subjicimur. Qui onere peccatorum miserrime opprimente nosmetipsos gravaveramus[e], ad refectionem vocati jam sumus.

Horum porro bonorum omnium origo et caussa præsens exstitit

[a] *Psalm.* CIII, 24.

[b] *Psalm.* CV, 2.

[c] *Psalm.* XXVII, 7.

[d] Textus græcus habet περὶ τὸν χρηστόν: nisi quid aliud exciderit, putavi subintelligendum ζυγόν.

[e] Hæc alludunt ad evangelicam illam sententiam (Matth. XI, 28): *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.*

καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καθάπερ τις ἡλίου ἑωσφόρος, προανατέλλουσα, καὶ δι' ἑαυτῆς ἁπάσας μηνύουσα.

III. Ἰωακεὶμ γάρ τις τῶν ἐξόχων, καὶ μέγα παρ' Ἑβραίοις ἔχων τὸ ὄνομα, ἐκ Δαβιδικοῦ φύλου κατάγων τὸ γένος, τὴν τῆς θείας χάριτος ἐπώνυμον Ἄνναν τῆς αὐτῆς συγγενείας οὖσαν ἐκτήσατο σύνοικον· οὐ γὰρ ἐξῆν κατ' ἐκείνους ἐξ ἄλλης φυλῆς τὰς συζυγίας ἁρμόζεσθαι· καὶ δὴ τὴν ἀρετὴν ὁμοτίμως καὶ ὁμοψύχως ἀμφότεροι ἐξασκήσαντες, οὐχ ἧττον θάτερος θατέρου, πάντας τοὺς κατ' ἐκείνου καιροῦ ἐν ταύτῃ, ὁπόσον οὐκ ἦν εἰπεῖν, ῥᾳδίως ὑπερηκόντι-

---

solemnitas, quæ reliquis insuper omnibus, ceu quædam solis aurora, ortum parat, cæterasque seipsa solemnitates[a] prænuntiat.

III. Joachim unus e primoribus, magnique apud Hebræos nominis, et e Davidis familia ducens originem, Annam, a divina gratia nomen habentem et ortum ex eadem stirpe trahentem (neque enim apud eos ex diversa tribu matrimonia jungi fas erat) uxorem habuit. Atque ambo sane concordi animo, pariqne studio virtutem excolentes, hujus præstantia unus æque atque altera omnes ætatis illius homines, quantum nec verbis dici posset, facile excesserunt. Cujus rei evidens suppeditabunt ar-

[a] Versio antiqua habet, *omnes seipsa lucis splendores prænuntiat;* et aliquid sane supplendum relinquit textus græcus, καὶ δι' ἑαυτῆς ἁπάσας μηνύουσα. Mihi vero, ut putarem ibidem subintelligi ἑορτάς, persuasit tum ratio contextus, tum consona aliorum Scriptorum de hac ipsa re sententia. Sic enim in præmissa homilia Joannes Eubœensis (§ X) : *Prima omnium insignium solemnitatum ea est, in qua Joachimus et Anna plane immaculatæ et genitricis Dei Mariæ generationis faustum nuntium acceperunt.* Et Georgius Nicomediensis (*In Concept. S. Annæ*, Orat. I, apud Combefis. Auct. vol. I, col. 1015) eamdem solemnitatem vocat *sicut ordine, ita et ipsa veritate præcipuam.* Et idem Georgius rursus (*In Concept. S. Annæ*, Orat. II, l. c. col. 1018) : *Cum itaque hodierna festivitas illustrioribus omnibus solemnitatibus... præeat, iisque ceu fundamentum quoddam ac crepido supposita...*

σαν· καὶ τούτου σαφὴς τὰ μετὰ τὸν τόκον ἀπόδειξις. Μόνοι γὰρ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοιούτῳ μυστηρίῳ διακονῆσαι κατηξιώθησαν, ὡς Θεοῦ μητρὸς χρηματίσαι γεννήτορες, καὶ τούτου πρόγονοι τῆς κάτω γεννήσεως. Ἀλλά γε καίπερ τοιοῦτοι πρότερον ὄντες, ἄπαιδες κατεγήρων τὸν βίον, καὶ τὴν ἐκ τούτου λύπην συναύξουσαν παρ' ἕλον εἰσέκτηντο, ὡς τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπηγγελμένων ἐκ Θεοῦ ἀγαθῶν ὑπάρχοντος τὸ κεφάλαιον ἐν τούτῳ ἐφυστερίζοντες.

IV. Ἐπεὶ δὲ τῆς παρ' ἐκείνοις φθασάσης μεγάλης ἡμέρας· ταύτην δὲ οἶμαι τὴν σκηνοπηγίαν εἶναι κατὰ τὸν Γορπιαῖον τελουμένην, ἤτοι Σεπτέμβριον· ἔδει δὲ πάντας ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν κατὰ τὸν νόμον ἐν Ἱεροσολύμοις ἀθροίζεσθαι· τρὶς τοῦ ἔτους τοῦτο προστάττοντος, ἐν ταύτῃ τε, καὶ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ πρώτου μηνὸς, καὶ τῇ Πεντηκοστῇ, καὶ διὰ τοῦτο καλουμένας μεγάλας·

---

gumentum quæ post partum sequuta sunt. Et sane ex aliis omnibus ipsi soli digni habiti sunt, qui hujus mysterii ministri forent, ut proinde Dei Matris genitores, ac Dei ipsius secundum generationem terrestrem avi exstiterint. Verum enimvero licet tantis vel antea meritis insignes essent, sine liberis tamen senescebant; et exinde dolore jugiter acerbiori conficiebantur, utpote eo bono carentes, quod inter promissa a Deo per illud tempus potissimum habebatur.

IV. Cum vero magna apud eos dies adventasset, (puto autem hanc esse scenopegiam[a], quæ mense Gorpiæo, Septembri scilicet, celebrabatur: oportebat vero, ut omnes ex universis tribubus secundum legem Hierosolymis congregarentur, ter anni ordine id præscribente, hac nempe recurrente solemnitate, tum decima quarta primi mensis, tum denique Pentecoste, qua de caussa hæ festivitates *magnæ* vocabantur; et omnes quidem ad divinum

[a] Congruenter id conjicit Auctor: cum enim historia, unde hæc desumpta sunt, perhibeat, post eam festivitatem et ante Virginis Conceptionem intercessisse etiam quadraginta dierum jejunium, merito illa ad solemnitatem Scenopegiæ, ad mensem nempe Septembrem referuntur.

Πάντες, κατὰ τὸ ἐνὸν, εἰς τὸν θεῖον καὶ περιώνυμον ἐκεῖνον νεὼν προσερχόμενοι, δῶρά τε προσέφερον τῷ Θεῷ· οὐ γὰρ ὀφθήσῃ κενὸς ἐναντίον μου, παρ' ἐκείνου τούτοις ἐνομοθετεῖτο· ἀπάγων αὐτοὺς, τὸ μὴ τινὶ σέβας, ἢ ἄλλο τι προσφέρειν τῶν οὐκ ὄντων Θεῶν, καὶ μόνῳ προσοικειοῖ ἑαυτῷ· οὐ γὰρ τῶν ἡμετέρων ἐν χρείᾳ Θεὸς, ὁ ἐκ μὴ ὄντων τὰ πάντα παραγαγὼν, ἀλλ' ἡμῶν, ὡς πάσης ἀγαθότητος ὑπάρχων πηγὴ, τὴν σωτηρίαν ζητεῖ.

Πάντων τοίνυν, ὡς ἔφην, κατὰ φυλὰς προσφερόντων τὰ δῶρα Θεῷ, παρῆν καὶ τὸ θεῖον ζεῦγος, Ἰωακεὶμ, φημὶ, καὶ Ἄννα, τῆς νομικῆς λατρείας τὸ στήριγμα, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς φιλοσοφίας τὸ καύχημα, τὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς εὐγενέστατον γνώρισμα, καὶ τοῦ πάντων Δεσπότου Χριστοῦ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως περιφανέ-

---

illud et celeberrimum templum accurrentes, pro sua quisque facultate, Deo munera offerebant: illud enim[a], *Non apparebis in conspectu meo vacuus*, Deus ipse lege illis constituerat, periculum sic avertens, ne cui deorum eorum, qui nihil reipsa sunt, tamquam Deo vero honorem aut quidpiam aliud offerrent, sed ut sibi soli eos devinciret; nam cæterum haud indigus est bonorum nostrorum Deus, qui omnia ex non exstantibus creavit; sed tamquam omnis fons bonitatis per hæc sollicitam salutis nostræ curam gerit);

Cum omnes igitur, ut dixi, e singulis tribubus sua Deo munera offerrent, aderat et illud divinum par, Joachimus videlicet et Anna, legalis illud religionis firmamentum, et evangelicæ philosophiæ gloria, tribus Judæ nobilissimum ornamentum, atque præclarissima gloriatio[b], utpote Christi omnium Domini gene-

[a] *Exod.* XXIII, 15.

[b] Sententiarum vim contextumque sequutus potius quam verborum ordinem, illud περιφανέστατον σεμνολόγημα ad *tribum Judæ* referendum censui. Cujusmodi enim sententia aut cujusmodi foret gradatio, si Joachimus atque Anna *ornamentum* seu *gloria* dicantur *tribus Judæ, Christi Domini*, et *Davidis?* Cæterum verborum ordinem posthaberi posse eo facilius duxi, quod

στατον, ὡς ἀρχὴ καὶ αἴτιον, σεμνολόγημα· τὸ τοῦ Δαβὶδ ἱερώτατον ἐγκαλλώπισμα, καὶ τῆς ἁπάντων ἡμῶν σωτηρίας ἀστειότατον γνώρισμα· καὶ παρῆν, οὐκ αἴρον κατὰ τοὺς ἄλλους τὸν τένοντα καὶ μάλιστα τὸν Ῥουβὶμ, οὐκ ἀναspῶν τὰς ὀφρῦς, καὶ τῶν ἄλλων κατεπαιρόμενον καὶ τὰ τούτων δῶρα παραμετρούμενον· ἀλλ' ἠρέμα καὶ ἡσυχῇ, καὶ πρὸ τῶν αἰσθητῶν καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην τῷ ταύτην μὴ ἐξουθενοῦντι προσάγοντες.

V. Ἀλλ' ἀναιδῶς κατὰ πρόσωπον ὁ Ῥουβὶμ ἁπαντᾷ, καὶ τούτους ὡς ἄπαιδας κατονειδίζειν καταθρασύνεται, καὶ τὰ τούτων δῶρα, ὡς παρ' ἀξίαν, ἐκπρούεται προσφερόμενα.

---

rationis secundum carnem principium ac radix, Davidis augustissimum decus, et nostræ omnium salutis tessera splendidissima. Aderant autem non sicut alii cervicem erigentes, nec supercilia insolenter attollentes ad Rubenis præsertim exemplar, qui et adversus alios sese efferebat, et horum oblata dona superbe metiebatur; sed quiete ac tacite et magis quam res sensibiles, cor contritum et humiliatum Deo, qui istud non despicit, offerentes.

V. At ore impudenti Ruben sese iis fert obviam, et eos quidem utpote nullam sobolem sortitos contumeliis lacessere non veretur; tum vero ipsorum dona oblata, quasi Deo indigna, rejicit[a].

alias eumdem in hac ipsa homilia plane neglectum repecire est. Sic ad finem § IX ista legis : ἔδει πάντως καὶ τοὺς ταύτης γεννήτορας Θεοτόκου, ὡς τῶν ἄλλων εἶναι κρείττονας, Θεοῦ τοῦ ἐξ αὐτῆς τεχθησομένου προπάτορας : cum tamen sententiæ indoles postulet, ut particula ὡς jungatur sequentibus Θεοῦ τοῦ ἐξ αὐτῆς κ. τ. λ. Eadem porro de causa in periodo proxime sequenti, contra ac verborum ordo exigere videatur, voces κατεπαιρόμενον et παραμετρούμενον conjunxi cum Ῥουβὶμ potius quam cum præcedenti ζεύγος; quamquam utroque modo reipsa sententia eodem demum recidat.

[a] Conjicere ex hisce quispiam posset, Ruben hunc, qui dona rejecisse dicitur, quempiam fuisse e sacerdotum numero. At quæ Auctor ad finem hujus paragraphi subjicit, palam faciunt, in alia sententia ipsum fuisse.

Τί ταῦτα πράττεις, Ῥουβίμ; τί τοὺς ἀναιτίους, ὁ πολλῶν αἴτιος ἀπηχεστάτων, θρασέως γράφειν αἰτίας κατατολμᾷς; τίς ὑπὲρ ὧν οὐ πέφυκε πράττειν εὐθύνεται; τίς Θεοῦ προστάττοντος ἀντιστῆναι δεδύνηται, καὶ πρὸς κέντρα λακτίζειν καταθρασύνεται; ποῦ Θεὸν ἄπαιδας ἤκουσας ἀποστρέφεσθαι; οὐ τὸν Ἄβελ τὰ δῶρα προσφέροντα προσεδέξατο ἄπαιδα; οὐ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὴν Σάῤῥαν εὐλόγησεν ἄπαιδας; οὐ τὴν Ἄνναν τῆς Φενάννης ἀντίθετον προσευχομένην, ὕστερον ὑπήκουσε τυγχάνουσαν ἄπαιδα; τὸν δὲ μέγαν Ἠλίαν, καὶ τὸν Ἐλισαῖον πότε τεκνογονήσαντας προσευχομένων ὑπήκουε, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν προσαγομένας θυσίας ἀπείροις ἐδόξασε θαύμασιν; ἢ οὐδὲ Ζαχαρίαν ὁμολογήσεις ἀποδεκτέον εἶναι προσφέροντα, καὶ διὰ τοῦτο ἀρχιερέα γινόμενον, καὶ τὰ τῶν ἄλλων δῶρα δεχόμενον καὶ τῷ Δεσπότῃ προσάγοντα; ἄλλως δὲ

Quid est, quod ita agas, o Ruben? Quid hosce insontes ipse, qui multis probris inhonestaris, ceu reos publice criminari fidenter audes? Quis unquam de iis postulatur, quibus præstandis sit impos? Quisnam Deo leges ferenti potuit contradicere, et contra stimulos præsumit audacter calcitrare? Ubinam audisti, Deum illos, qui careant prole, repellere? Nonne Abelem, quamquam liberorum expertem, cum offerret munera, acceptum habuit? Nonne Abrahæ et Saræ, utut filios non habentibus, benedixit? Nonne Annam Phenennæ æmulam, licet sobole destitutam, deprecantem demum exaudivit? Quandonam gignendis liberis operam dedere magnus ille Elias atque Elisæus, quorum tamen Deus et preces exaudivit, et oblata sacrificia maximis decoravit miraculis? Vel nonne saltem fateberis, Deo acceptum esse, dum offert, Zachariam[a], ac propterea summi sacerdotis munus obtinere atque aliorum etiam dona excipere et Domino dedicare? Cæterum palam est, sacerdotis esse de ejusmodi judi-

[a] Intellige Zachariam Johannis Præcursoris patrem, qui, licet prole destitueretur, non censebatur tamen indignus, qui Deo sacrificia offerret.

ἱερέως ἀντικρὺς τὰ τοιαῦτα κρίνειν, οὐχὶ σοῦ τοῦ τὴν πατρῴαν εὐνὴν ὑβρίσαντος· Λευὶ τοῦτο τὸ γέρας δέδωκε Μωσῆς, οὐχὶ σοί, μᾶλλον δὲ δι' ἐκείνου Θεός.

VI. Πῶς οὐ φρίττεις τοῦ ἱερατικοῦ καὶ βασιλικοῦ γένους κατεξανίστασθαι; μὴ γὰρ εὐλογῶν ὑμᾶς ὁ Πατριάρχης, ἢ προλέγων τὰ μέλλοντα ὑμῖν ἀπαντήσασθαι, σὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αἰνέσειν προήγγειλεν, καὶ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ἡττήσειν προανεφώνησεν; Ἰούδᾳ τοῦτο τὸ γέρας ἀπένειμεν, σοῦ δὲ καὶ τὴν πρᾶξιν πικρῶς ἐστηλίτευσεν, καὶ ἥττονα τῶν ἄλλων φυλῶν ἀπέφηνεν ἔσεσθαι· ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ τὸ ἀποκεκρυμμένον ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐκλάμπειν προεῖπεν μυστήριον, τὴν τῶν ἐθνῶν προσδοκίαν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν χρόνον καθ' ὃν τοῖς ἐν

---

dicare, non autem tui, qui paternum cubile violasti[a]: Levi, non autem tibi, hocce munus Moyses, immo per Moysen Deus ipse demandavit.

VI. Quomodo adversus sacerdotale simul ac regale genus insurgere non penitus reformidas? Numquid enim cum bene vobis Patriarcha (Jacob) diceret, aut cum ea, quæ vobis eventura erant, prænuntiaret, numquid, inquam, prædixit fore, ut te fratres tui laudarent, seu tibi universos hostes subjectum iri vaticinatus est? Judæ[b] hos honores attribuit; tua contra facinora amare redarguit, tuamque tribum inferiorem aliis futuram declaravit[c]. Ex illo autem (Juda) absconditum quoque mysterium, *exspectationem gentium*[d], nempe Christum Jesum Dominum nostrum, novissimis diebus proditurum esse prædixit. Neque

[a] Hæc suadent, ex Auctoris sententia Ruben, qui Joachimum probris excepit, non e Levitica sed e Rubenitica tribu fuisse; cui idcirco Auctor paternum exprobrat crimen, de quo *Gen.* XLIX, 4.

[b] *Gen.* XLIX, 8: *Juda, te laudabunt fratres tui: manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum.*

[c] *Gen.* XLIX, 4: *Effusus es, sicut aqua; non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.*

[d] *Gen.* XLIX, 10.

σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις ἡμῖν ὁ μέγας τῆς δικαιοσύνης ἐπιφανήσεται ἥλιος, εἰρηκώς· οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. Προλέγει καὶ τούτου τὸ πάθος, τὸ πᾶσιν ἀπάθειαν πορισάμενον, καὶ τὸν ἀθανασίας πρόξενον θάνατον καταλύσαντα θάνατον· ἀναπεσών, φησὶν, ὡς λέων ἐκοιμήθη, τίς ἐγερεῖ αὐτόν; Καὶ πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. Εἶτα τὸ τῆς ἀναστάσεως χαριέστατον· Χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ μᾶλλον ἢ γάλα. Καὶ πάλιν τὸ τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ ἐνεργέστατον· Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, τῷ τῶν ἀποστόλων κηρύγματι τὰ ἔθνη παρασκευάζων ἀκολουθεῖν,

---

vero id solum, sed et tempus ipsum, quo nobis sedentibus in tenebris et in umbra mortis[a], sol justitiæ oriturus esset, his verbis prænuntiavit[b]: *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat, cui repositum est, et ipse est exspectatio gentium.* Prænuntiat etiam hujus passionem, quæ impassibilitatem omnibus suppeditavit, et mortem quæ mortem destruxit, atque immortalitatem conciliavit: *Recumbens*, inquit[c], *ut leo dormiit, quis suscitabit eum*[d]*? Et lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum.* Deinde et jucundissimam resurrectionis gratiam (vaticinatur inquiens): *Læti sunt oculi ejus præ vino, et dentes illius lacte candidiores*[e]. Et rursus efficacissimam prædicationis ejus virtutem, dicens[f]: *Alligans ad vitem pullum suum*, præparans nempe gentes ad Apostolorum prædicationem animo morigero excipiendam, *et ad*

[a] Is. IX, 2; et Matth. IV, 16.
[b] *Gen.* XLIX, 10.
[c] Ibid. v. 9.
[d] Ibid. v. 11.
[e] Ibid. v. 12.
[f] Ibid. v. 11.

καὶ τῇ ἕλικι τῆς ἀμπέλου τὴν ὄνον αὐτοῦ. Οὐ γάρτοι μόνοις τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίοις οἱ θεῖοι μυσταγωγοί, καὶ τούτοις γε πρώτοις, τὸ σωτήριον διεπόρθμευσαν κήρυγμα.

VII. Τί οὖν ἡ θεοχαρίτωτος καὶ ἁγία ἐκείνη δυάς, Ἄννα, φημὶ, καὶ Ἰωακεὶμ, ἀντιτιθέασι ταῖς ἀγερωχίαις τοῦ ἀδικοῦντος τὰς ἰδίας εὐλόγους αἰτίας, καὶ συνιστάναι ἑαυτοὺς κρεῖττον ἐκείνου σπουδάζουσι, πολλὰ τὰ εἰς τοῦτο συντείνοντα ἔχοντες εὔλογα; Μηδαμῶς· ἀλλὰ δριμείαις μὲν καὶ πικροτάταις τὴν καρδίαν ὀδύναις κατατιτρώσκονται, οὐ τοσοῦτον διὰ τὸν ἔλεγχον, ὅσον διὰ τὸ ἀπρόσδεκτα μεῖναι τὰ δῶρα, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀποσόβησιν· ἡσυχῇ δ' ὅμως καὶ πραέως στένοντες καὶ δακρύοντες ὑποστρέφουσιν οἴκαδε· ἤδη γὰρ αὐτοῖς τὸ τοῦ κατὰ σάρκα ἀπογόνου Χριστοῦ κατηύγαζε θέλημα· ὃς λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων οὐκ ἠπείλει· οὗ καὶ διὰ Ἡσαΐου βοῶντος πρότερον

---

helicem vitis asinam suam[a]. quoniam non tantum gentibus, sed Judæis quoque, immo et ipsis prius, divini illi mysteriorum dispensatores salutare prædicationis verbum proposuerunt.

VII. Quid igitur? Num Deo accepti et sancti conjuges, Anna inquam et Joachim, arrogantiæ calumniatoris sui propriam opponunt eamque optimam causam? num tueri sese et commendare nituntur, cum potiori id jure præ illo possent, multa scilicet, quæ huc spectarent, præclara ad manum habentes? Nullatenus; sed acerbis sane amarisque doloribus in corde suo excruciantur, non tam ob illatum sibi probrum, quam quod oblata dona non fuissent suscepta, atque adeo etiam a Deo, prout videri poterat, rejicerentur. Tranquillo nihilominus mansuetoque gemitu ac fletu sese continentes domum revertuntur. Jam enim eorum mentibus illucescebat voluntas Christi ipsorum secundum carnem nepotis[b], *Qui cum maladiceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur;* quem et antea per Isaiam

[a] Ibid.

[b] I Petri II. 23.

ἤκουον· Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους μου;

VIII. Ἐπειδὴ ὑπέστρεψαν, ὅλους πρὸς Θεὸν ἑαυτοὺς ἐπιστρέφουσιν· καὶ πάντα λιπόντες, ἓν τοῦτο καὶ μόνον αἰτοῦσι, παῖδα αὐτοῖς χαρίσασθαι, ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν ὅσα παραδόξως πεποίηκεν ἐξ ἀρχῆς, ὅσων τὴν στείρωσιν λύσας, παίδων πατέρας ὀφθῆναι πεποίηκεν· ὅσους ἀπογνωσθέντας διὰ τὸ εἰς ἔσχατον γῆρας ἐληλακέναι, παρ' ἐλπίδας τεκνογονίας παρέσχετο· ὅπως ἐξ ὀδυνηρᾶς τινος καὶ κατηφοῦς διαθέσεως πρὸς εὐφροσύνης μετήγαγε βίον καὶ θυμηδίας ἀνάπλεων.

IX. Οὕτω νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ τῷ τῆς δεήσεως τῶν δικαίων Θεῷ εἰσακούοντι ἀδιαλείπτως μετὰ νηστειῶν καὶ πάσης εὐποιΐας, ταῖς ἀνενδότοις σχολάζουσι προσευχαῖς· καὶ προστιθέασιν, ὡς, εἰ τοῦ

---

clamantem audiverant[a]: *Ad quem respiciam, nisi ad mansuetum, et tranquillum, et trementem sermones meos?*

VIII. Cum vero domum reversi essent, ad Deum semet totos convertunt, ac reliquis omnibus votis posthabitis hoc unum ac solum ab eo efflagitant, ut sibi prolem largiatur, in memoriam ipsi revocantes, quanta ab initio mirabilia fecerit; quot, sterilitate sublata, liberorum patres effecerit; quot omni spe gignendi prolem prorsus destitutos, propterea quod ad extremam devenissent senectutem, ipse exhibuerit[b], ut sic ex molesta quadam ac tristi conditione ad vitam lætitia plenam ac suavitate jucundissimam transferret.

IX. Hunc in modum noctu diuque enixis ad Deum, qui justorum vota non despicit, precibus una cum jejuniis atque omni bono opere, incessanter insistunt; atque adjiciunt, si voti com-

[a] Is. LXVI, 2. Auctor, hunc Isaiæ locum allegans, tantisper discedit etiam a versione LXX, quæ congrue cum Vulgata legit: ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν...

[b] Videlicet, *permiserit, ut sine prole senescerent*, ut prole deinde præter spem concessa magis gauderent.

αἰτουμένου τύχοιεν, προσάξωσι δῶρον τῷ δεδωκότι Θεῷ. Εἰσήκουσεν ὁ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούων Θεὸς, ὁ τοῖς ἐν ἀληθείᾳ ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐγγίζων· καὶ δὴ οὐχ ἁπλῶς γονεῖς, ἀλλ' ἁπάντων ὑπερέχοντας δείκνυσιν· ὅσῳ γὰρ τῶν ἄλλων παίδων ἡ τούτων ἀσυγκρίτως ὑπερανέστηκεν, τοσούτῳ τῶν γεννητόρων ἁπάντων οὗτοι γνωρίζονται προύχοντες. Ἐπεὶ γὰρ ἐλεήθημεν Θεοῦ σαρκουμένου, διὰ τὴν ἁμαρτίαν θανάτῳ κατακριθέντες καὶ τῇ φθορᾷ, ἔδει δὲ τὴν τὸ τοιοῦτον μεγαλεῖον διακονήσασαν κρείττονα πάντων ἀνθρώπων ὑπάρχειν εἰς καθαρότητα, ὡς γενησομένην, ὦ τοῦ θαύματος, Μητέρα Θεοῦ· ἔδει πάντως καὶ τοὺς ταύτης γεννήτορας Θεοτόκου, ὡς τῶν ἄλλων εἶναι κρείττονας, Θεοῦ τοῦ ἐξ αὐτῆς τεχθησομένου προπάτορας.

---

potes fiant, Deo tribuenti se dono, quidquid accepissent, oblaturos. Exaudivit Deus, qui preces ratas habens[a] *voluntatem timentium se facit*, et[b] *prope est invocantibus illum in veritate*. Et sane eos non genitores utcumque, sed genitoribus omnibus præstantiores eflicit. Quanto enim reliquis omnibus liberis hæc ipsorum filia superexcelluit, tanto illi quibusvis genitoribus præcellentiores probantur. Et re quidem vera cum morti et corruptioni propter peccatum subacti, indigeremus, ut Deus carnem nostram assumeret; oporteret autem, ut quæ tam admirandi operis administra foret, quippe quæ (proh nirum!) Dei mater futura erat, universos homines puritate antecelleret[c]; necesse profecto erat, ut parentes quoque ejusdem Deiparæ, utpote Dei, quæ ex illa nasciturus erat, progenitores, aliis parentibus supereminerent. Neque enim res ferebat, ut aut alterius quam hujus

[a] *Psalm.* CXLIV, 19.

[b] Ibid. v. 18.

[c] Hinc apparet, SS. Patrum vestigiis prorsus institisse scholæ theologos, quum puritatem labis omnis nesciam nefas ducunt illi Virgini denegare, quæ Verbo Dei carnem ministratura erat, ipsiusque Dei mater dici et esse debebat.

Οὐ γὰρ ἄλλου ἐξῆν ἢ ταύτης εἶναι πατέρας ἐκείνους, οὐδὲ ταύτην ἄλλων θυγατέρα ἢ ἐκείνων ὀνομασθῆναι.

X. Διὰ τοῦτο χαρᾶς τὰ σύμπαντα γέγηθε σήμερον, καὶ ἡ φύσις ἡμῶν χαριστηρίους προσφέρει φωνὰς τῷ Θεῷ· εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα, λέγουσα, ὅτι με στείραν οὖσαν καὶ ἄγονον πρὸς τεκνογονίαν διήγειρας· ὅτι μου τὰς τῆς κατακρίσεως ἀκάνθας καθαίρειν

---

illi parentes essent, aut aliorum quam istorum hæc filia nominaretur.

X. Hodie propterea universæ creaturæ gaudio gestiunt, et natura nostra laudis et gratiarum actionis voces ad Deum attollit, inquiens : gratias tibi ago, Domine, quod me, quæ sterilis eram[a] ac gignendi impos, ad sobolem procreandam excitasti : quod spinas, quibus germinandis damnata fueram, avellere a me cœ-

[a] Non leviter prætereunda hæc sententia est. Et sane quæ hoc loco inducitur Deum alloquens, non Anna Deiparæ mater est, sed infelix nostra natura, quæ hinc quidem sterilem se hucusque fuisse, tribulosque dumtaxat ac spinas sese germinasse fatetur ac plorat ; inde vero sterilitatem istam tandem in Mariæ conceptione solvi, optimumque demum a se germen oriri læta proclamat. Porro palam est, hæc ad hominum generationem originemque referri, tum quia diserte agitur de procreanda sobole, tum quia id ipsum postulat ratio festivitatis. At vero quis non videt, ideo sterilem exstitisse et vocari naturam, ideo spinas tantummodo protulisse, quod nullam prolem adhuc ediderat, quæ paternæ corruptionis vitio non laboraret? Quod ergo in conceptione Deiparæ sterilitas sublata, quodque non spina aliqua enata sed fructus bonus productus dicatur, nulla alia ratio est, quam quod Deipara ab illo vitio immunis progenita fuit. Exinde Leo Augustus, eamdem repetens sententiam, expressis verbis affirmat, ideo naturam in ortu Mariæ a lege ferendi spinas solutam denique fuisse, quia fructum a communi maledictione exemptum protulit : sic enim ille (*Orat. II in Præsent. Deiparæ*, apud Combefis. Auct. vol. I, col. 1620) : *Quæ ob maledictionem spinas ferebat, ad ubertatem frugum mutata fœcunditate fructum edidit*, NON SOLITÆ MALEDICTIONIS IMBUTUM AMARITUDINE, *sed benedictionis dulcedine delectantem*. Atque hinc rursus factum est, ut Patres cum Jacobo Monacho (*Orat. in Nativ. Deiparæ*, apud Combefis. Auctar. vol. I, col. 1278) Mariam appellaverint UNICUM FRUCTUM *beatissimum in cunctis generationibus*. Sed de his fusius in Commentario.

ἀπήρξω, καὶ πρὸς γυτουργίαν διὰ τῆς θείας Ἄννης καὶ τοῦ Ἰωακεὶμ καθωμάλισας. Εὐχαριστῶ σοι τῷ παιδεύσαντι καὶ πάλιν προσλαμβανομένῳ σήμερον. Τί ἀνταποδώσω σοι τῷ ἐν λύπαις με τίκτειν διὰ τὴν παράβασιν κατακρίναντι, καὶ πάλιν με διὰ τοκετοῦ χαρᾶς εὐαγγελιζομένῳ μηνύματα; Νῦν ἐξ ἐμοῦ ῥόδον προφανὲν ἡ Μαριὰμ, ἐν νηδύϊ τῆς Ἄννης, τὴν ἐκ φθορᾶς μου δυσωδίαν ἐκ μέσου ποιεῖ, καὶ τὴν ἑαυτῆς εὐωδίαν διδοῦσα, θείας ἀγαλλιάσεως μεταδίδωσι· διὰ γυναικὸς μέχρι τοῦ νῦν ἀθλία ἐγώ· διὰ γυναικὸς ἄρτι μακαρία γεγένημαι. Ὁρῶ γὰρ τὰ διὰ τῶν σῶν περὶ σοῦ προφητῶν προλελεγμένα τελεῖσθαι ἀρχόμενα, καὶ τὸ τέλος τούτων ὅσον οὔπω κατιδεῖν ἀπεκδέχομαι.

XI. Νῦν ἡ κατὰ τὸν Ἡσαΐαν Παρθένος ἔξουσά σε τὸν Ἐμμα-

---

pisti, et ad plantarum culturam per divinam Annam et Joachim me aptam effecisti. Gratias ago tibi, qui me castigasti, atque iterum hodie suscipis. Quid retribuam tibi, qui me ad pariendum in doloribus propter prævaricationem juste damnasti; ac deinde per hunc partum iterum fausta gaudii nuntia (mihi) præbes? Nunc in Annæ utero ex me edita rosa, Maria inquam, meum, qui est ex corruptione, fœtorem e medio tollit[a], suumque ipsa odorem tribuens, divinæ exsultationis participem me efficit. Per mulierem hucusque ipsa infelix, per mulierem modo beata effecta sum. Impleri enim cœpisse jam video, quæ de te per prophetas tuos prænuntiata sunt, perfectumque eorum exitum jamjam me visuram comperio.

XI. Nunc Virgo illa, quæ secundum Isaiæ oraculum[b] te Em-

[a] Adverte iterum manifestissimam antithesim inter suaveolentem rosam, et naturam fœtentem, quæ rosæ odore reficitur; adde vero hæc dicentem induci ipsam *naturam corruptam*. Quis heic non videat repugnare prorsus, ut Maria communi corruptione cogitetur infecta? Ut enim meridiana luce clarius est, si ipsa quoque peccato infecta dicatur, jam non uti rosa, quæ naturam corruptam reficiat, exhiberi potest, sed necessario ad massam illam corruptam, quæ refectione indiget, et ipsa pertinebit.

[b] Is. VII, 14.

νουὴλ καὶ τέξουσα, τῆς γῆς στείρας νηδύϊ φυτεύεται· καὶ ἡ κούφη νεφέλη συνίσταται καὶ ἡ ῥάβδος ῥιζοῦται, ἐφ' ᾗ στηριχθήσομαι. Νῦν ἡ κατὰ ἀνατολὰς κατὰ τὸν Ἰεζεχιὴλ βλέπουσα πύλη, καὶ σοὶ μόνῳ τηρουμένη πρὸς εἴσοδον, κατασκευάζεται· ἄρτι τὸ κατὰ τὸν Δανιὴλ ὄρος αὐξάνεται, ἐξ οὗ σὺ ὁ ἀλάξευτος λίθος τμηθείς, πάσας τὰς ἀντιπάλους σοι βασιλείας ἐκ μέσου ποιήσας, τὴν σὴν αἰώνιον θήλυν ἀπεργάσειας ἅπασιν. Σήμερον τὸ ὄρος, ὃ εὐδοκήσεις κατὰ τὸν Δαεὶδ κατοικεῖν, ἐν γαστρὶ τῆς Ἄννης ἐπαίρεται, καὶ τὴν

---

manuel in utero habebit et pariet, in terræ[a] sterilis (Annæ) sinu plantatur, et levis nubes[b] formatur, et radices agit virga[c], cui innitar. Nunc exstruitur porta illa quæ secundum Ezechielis oraculum[d] ad orientem respicit, et cujus tibi uni servatur ingressus. Nunc exsurgit mons ille a Daniele prævisus[e]; e quo delapsus, tu non excisus lapis, universis tibi repugnantibus regnis e medio sublatis, æternum regnum tuum omnibus manifestum exstrues. Hodie mons ille, *in quo*, juxta Davidis[f] vatici-

[a] Codex habet τῆς σῆς στείρας. At legendum prorsus videtur τῆς γῆς στείρας, ut vulgo et alii Patres heic loqui solent.

[b] Is. XIX, 1. Deiparæ symbolum SS. Patres viderunt in nube illa, de qua Isaias : *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Ægyptum*.

[c] Is. XI, 1. Vide, quam aperte hinc quoque se prodit sententia veterum de beata Virgine miserrimæ conditionis nostræ exsorte; et quidem vide, quam sponte Auctori quasi incogitanti excidit. Exhibetur nempe *natura lapsa* gaudens de mystica illa virga, quam Isaias prædixerat; gaudet autem natura, propterea quod in illa virga firmum fulcrum invenerit, cui ægra innitatur. Atqui perspicuum est, nomine *naturæ lapsæ* venire quotquot Adæ vitium contraxerunt, atque adeo quotquot ægri, labantesque fulcro illo indigent, utpote inepti cum sibi, tum aliis sustentandis. Ergo quæ heic dicuntur, aut sensu carent, immo plane absurdum sensum præferunt, aut (quod evidentissimum est) Virginem Deiparam, quæ potius quam fulcro indigeat, ipsa aliis est fulcrum, a communi naturæ lapsæ miseria excludunt.

[d] Ezech. XLIV, 1-2.

[e] Dan. II, 34.

[f] *Psalm.* LXVII, 7.

Δαβιδικὴν φυλὴν αὐξανομένην προδείκνυσιν ἅπασιν· σήμερον κατὰ τὸν μέγαν πατριάρχην πρὸς οὐρανὸν ἀπὸ γῆς ἡ κλίμαξ στηρίζεται, δι' ἧς ἐνωθήσῃ μοι καταβὰς, καὶ πρὸς τὸν πατρικόν με θρόνον ἀναβιβάσεις τὴν ἔκπτωτον.

XII. Χαίρετε μετ' ἐμοῦ σήμερον, καὶ τῆς Ἄννης τῆς στείρας καὶ τοῦ μεγάλου Ἰωακεὶμ οἱ προπάτορες· ἡ ὑμῶν ἀνάκλησις ἤδη ἤγγικεν· ἡ ὑμῶν λύτρωσις πραγματεύεται· ἡ ὑμᾶς διὰ τοῦ ἑαυτῆς

---

nium tibi *beneplacitum erit inhabitare*, in Annæ utero attollitur, ac davidicæ tribus nomen usque præclarius apud omnes efficit. Hodie secundum magnum illum Patriarcham Jacob[a] e terra ad cælos scala firmatur, per quam descendens mihi unieris, et me lapsam ad paternum thronum provehes.

XII. Congaudete nunc mecum vos quoque, o sterilis Annæ et magni Joachim progenitores. Appropinquavit jam restauratio vestra : redemptio vestra jam ad opus deducitur : jam[b] creatur

[a] *Gen.* XXVIII, 12. — In pluribus symbolis e sacra Scriptura desumptis, et in hac paragrapho ad Beatam Deiparam describendam collectis, duo sunt, quæ in rem nostram maxime faciunt. Ac primo quidem manifestum est, ea omnia ad *Conceptionem* Deiparæ seu ad ejus exsistentiæ initium referri. Ita cum dicitur : *nunc virgo plantatur, nunc formatur nubes, nunc exstruitur porta, nunc assurgit mons, nunc firmatur scala.* Sed rursus æque manifestum est, hæc omnia perperam et falsissime affirmari, nisi Mariam in primo illo exsistendi initio purissimam et Deo charissimam habeas. Et sane quomodo ipsa, peccato si inquinatam putes, esset *mons, in quo beneplacitum Deo est inhabitare?* Quomodo *nubes*, quæ, ut inquit Vulg. Origenes (*Hom. III, Opp.*, part. II, pag. 280. Edit. Paris. an. 1604), *ideo levis, quia nullam habet peccati gravedinem?* Quomodo *firmatur scala*, cum ideo firma sit, quia cœlo jungitur, ac Deo innititur? Quot ergo sententiæ heic proponuntur, totidem sunt sanctitatis, quæ Conceptioni Deiparæ coæva fuerit, argumenta.

[b] Vetus interpres reddiderat, *jam formatur;* disertius græce κτίζεται *creatur;* ut nemini dubium esse queat, heic agi de exsistendi initio, non autem de secundis illis temporis instantibus, quæ nonnulli somniarunt, ut sanctam Virginem, quam fateri immunem a peccati inquinamentis nolebant, quam citissime saltem ab ea labe eximerent.

τοκετοῦ τῆς μακρᾶς καταδίκης ἐξάξουσα κτίζεται. Χαίρετε, ἅπαντες δίκαιοι· χαίρετε, πατριάρχαι καὶ προφῆται ἅπαντες· τὸ τοῦ γένους ἄνθος ἀνέτειλεν, τῶν ὑμετέρων προρρήσεων ἡ ἔκβασις ἤγγικεν· αἱ τῶν ἐπαγγελιῶν προθεσμίαι πεπλήρωνται· αἱ πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ὑμῖν ἐκ Θεοῦ λαληθεῖσαι ὑποσχέσεις πρὸς τὸ πέρας κατήντησαν· οὐκ ἔτι ἐν ἐλπίσι τὰ προσδεχόμενα, αὐταῖς ταῖς ὄψεσιν ὡς ὁρώμενα. Νῦν χαίρει καὶ ἡ οὐράνιος τῶν ἁγίων ἀγγέλων πληθύς, εἰσὶ γὰρ λίαν φιλάνθρωποι τὸν ἴδιον δεσπότην μιμούμενοι. Εἰ γὰρ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαίρουσι, πῶς τῆς πάντων ἡμῶν ἀνακλήσεως οὐ χαρήσουσι τὰ προοίμια βλέποντες; πῶς τὸ καθαρώτατον τοῦ δεσπότου καὶ παμβασιλέως Χριστοῦ βλέποντες ἀνάκτορον, οὐκ ἀγαλλιάσονται κατασκευαζόμενον; πῶς τὸν φραγμὸν ὁρῶντες λυόμενον καὶ εἰς ἓν τὰ διεστῶτα συνερχόμενα, καὶ μίαν

---

ea, quæ partu suo a diuturna vos damnatione eripiet. Gaudete, justi omnes: gaudete, universi patriarchæ ac prophetæ. Generis nostri flos ortus est: prope est vestrarum prædictionum exitus: præstituta promissionum tempora jam impleta sunt: quæ multifariam multisque modis Dei voce nobis promissa sunt, ad exitum suum jam adventarunt. Haud amplius mera spe continentur, quæ exspectabantur; sed oculis ipsis jam prope subjiciuntur. Lætatur nunc et cœlestis sanctorum Angelorum multitudo: quippe qui Dominum suum imitantes, humanum genus impense diligunt. Sane si *gaudent super uno peccatore pœnitentiam agente*[a]; quomodo non gaudebunt, restaurationis omnium nostrum initia intuentes? Quomodo non exsultabunt, purissimum[b] Domini ac Regis omnium Christi palatium parari videntes? Quomodo jam disruptam cernentes sepem, atque adeo in unum coire quæ dissita erant, et universos in unum Christi gregem

[a] Luc. XV, 10.

[b] Vides induci lætantes Angelos de *palatio assurgente* non qualicumque, sed *purissimo*: quæ absurdissime de B. Virginis Conceptione dicerentur, nisi conceptioni gratia Dei associata fuisset.

ποίμνην ἅπαντας γινομένους Χριστοῦ, οὐκ εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν πληρωθήσονται;

XIII. Χαίρετε καὶ αὐτὴ ἡ συζυγία ἡ πανθαύμαστος, ἡ πᾶσι σήμερον τὴν χαρὰν προξενίσασα. Χαίροις, Ἄννα, χάρις ἡ ἔνθεος· χαίροις, ἡ στείρα, ἡ πάντως τὸ γένος τῇ εὐπαιδίᾳ νικήσασα· χαίροις, ἡ ἄνικμος γῆ, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ παράδεισον καταρδεύσασα· χαίροις, ἡ ἄπαις διὰ τὴν στείρωσιν καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν μητέρα βλαστήσασα· χαίροις, ἡ συλλαβοῦσα ἐν γαστρὶ τὴν συλλήψεσθαι μέλλουσαν τὸν κατέχοντα τὸ πᾶν τῇ δρακί· χαῖρε, τὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς πλατυτέραν ἐν γαστρί σου χωρήσασα· χαῖρε, πασῶν ὑπερανεστηκυῖα μητέρων, ἄτερ τῆς σῆς θυγατρός· παρὰ ταύτης γὰρ μόνης τὰ πρῶτα φέρειν κεκώλυσαι· χαῖρε, τὴν ὄντως χαρὰν τῷ ἡμετέρῳ γένει γεννήσασα· χαίροις, ἡ ἐν νόμῳ καλῶς τῷ Θεῷ λειτουργήσασα, καὶ τὴν χάριν ὡς χάρις ἀντιπαρεισάξασα. Χαίροις, μήτηρ τῆς τοῦ Δεσπότου Μητρὸς, καὶ προμήτωρ Χριστοῦ, καὶ μη-

---

convenire, lætitia et gaudio supra quam dici cogitarique possit, non replebuntur?

XII. Gaudete et vos, conjuges plane admirandi, qui universis hodierna die gaudii auctores exstitistis. Gaude tu, Anna, cujus nomen cœlestem præfert gratiam : gaude, o sterilis, quæ universum genus fœcunditate longe vicisti. Gaude, arida tellus, at quæ ipsum Dei paradisum irrigasti. Gaude, quæ, filiorum expers ob sterilitatem cum esses, nunc tandem Dei matrem progerminasti. Gaude, quæ in utero eam concepisti, quæ hoc universum pugillo continentem conceptura erat. Gaude, quæ (filiam) cœlo ac terra ampliorem utero tuo continuisti. Gaude, quæ matribus omnibus superemines præter filiam tuam ; hæc enim una prohibet, ne prorsus inter omnes principem locum teneas. Gaude, quæ generi nostro verum genuisti gaudium. Salve, quæ in lege rite Deo servivisti, et ipsa uti a gratia nomen habens, sic vicissim gratiam nobis induxisti. Salve, o mater Matris Domini, et Christi avia, et omnium matrum ornamentum.

τέρων ἁπάντων τὸ σεμνολόγημα· χαίροις, ἡ τὸ γῆρας καὶ τῆς στειρώσεως ἄχθος ἀποθεμένη τῷ τόκῳ σου, καὶ νέαν ἐνδυσαμένη διὰ τοῦ τόκου σου στολὴν θεούφαντον.

XIV. Χαίροις καὶ αὐτὸς Ἰωακεὶμ, ἁπάντων δικαίων ἐγκαλλώπισμα, καὶ πατέρων ἐξαίρετον σεμνολόγημα. Χαίροις, ὁ πατὴρ τῆς μητρὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ προπάτωρ τούτου σεβασμιώτατε· χαίροις, ὁ καταξιωθεὶς κρατῆσαι χειρὶ τὴν κρατήσασαν τὸν ὡς Θεὸν μηδαμοῦ χωρητόν· χαίροις, ὁ πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων ὁμοτιμίαν ἀναβιβασθεὶς διὰ τῆς σῆς θυγατρός· χαίροις, ὁ πάντας ὑπερακοντίσας πατέρας τοὺς ἐπὶ γῆς· χαίροις, ὁ διὰ τῆς ἐμμόνου προσευχῆς πρὸς Θεὸν θυγατέρα πασῶν ἐξ αὐτοῦ καὶ υἱῷ ὑπεραίρουσαν κληρωσάμενος, πλὴν καὶ μόνου τοῦ ταύτης υἱοῦ καὶ Θεοῦ· χαίροις, ὁ ἐν νόμῳ δικαιότατος, καὶ ἐν τῇ χάριτι, ὡς καὶ τὰς ταύτης ἀρχὰς διὰ τῆς σῆς θυγατρὸς παρασχόμενος, ἁγιώτατος.

Salve, quæ senectutis pondus et sterilitatis mœrorem exuisti, novamque stolam divinitus contextam per tuum partum induisti.

XIV. Tu quoque salve, o Joachim, justorum omnium gloriatio, et patrum singulare decus. Salve, o genitor Genitricis Dei, et Dei ipsius avus augustissimus. Salve, qui dignus effectus es, ut eam ulnis tuis complectereris, quæ incomprehensibilem, Deum quippe, ulnis suis comprehendit. Salve, qui per filiam tuam ad æqualem cum angelis honorem evectus es. Salve, qui patres omnes terrenos antecellis. Salve, qui diuturnis ad Deum precibus sobolem consequutus est, quæ uno excepto ejus filio ac Deo sobolem omnem... superexcelluit[a]. Salve, qui et secundum legem justissimus, et per gratiam, utpote hujus primitias consequutus per filiam tuam, sanctissimus fuisti.

[a] Vetus interpres habens rationem etiam earum vocem ἐξ αὐτοῦ καὶ υἱῷ, sic locum hunc reddit : *Salve qui diuturnis precibus ad Deum emissis, filiam* ab illo *sortitus es, quæ* ob Filium suum *omnes supergressa est, præter unum Filium suum ac Deum.* Quæ utrum admitti queant tam-

Ὑμεῖς τοῦ μεγάλου Ἀβραὰμ καὶ Σάρρας κατὰ τὴν γέννησιν κρείττονες, ὅσον τὸ ὑμέτερον γέννημα τοῦ Ἰσαὰκ τιμιώτερον· ὑμεῖς Ῥεβέκκας καὶ ταύτης συνεύνου κατὰ τὴν γέννησιν, καὶ τἄλλα ἀσυγκρίτως ὑπερκείμενοι, ὅτι μηδὲ μήτηρ Θεοῦ πρὸς τὸν ἐκείνων παῖδα συγκρίνεσθαι πέφυκεν· οὐ γὰρ ἐν τούτῳ τὸν ἐπὶ κακίᾳ κατατάξαιμι περιβόητον· ὑμεῖς Ἰακὼβ τὸν πολύπαιδα μετὰ Λίας καὶ Ῥαχὴλ, ὅσον οὐδ' εἰπεῖν ἐστιν, ὑπερηλάσατε· ὑπέρτεροι κατέστητε σφόδρα Φενάννας καὶ Ἑλκανᾶ, αὐτῶν τῶν ὑμῶν συγγενῶν Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ, ὡς τὴν τὸν ἁπάντων Δεσπότην τετοκυῖαν γεννήσαντες.

XV. Ἀλλ', ὦ πατέρες τῆς Θεοτόκου καὶ Θεοῦ προπάτορες ἁγιώτατοι, ὦ τῆς ἡμετέρας φύσεως τὸ γλυκύτατον παρηγόρημα, ὦ νόμου καὶ χάριτος ἱερώτατα καὶ σεβάσμια ἀκροθίνια, νέμοιτε πᾶσιν ἡμῖν εἰρηναίαν κατάστασιν· παύσατε τὸ φρύαγμα τῶν ἐθνῶν,

---

Vos magno Abraham et Sara tanto præstantiores in generando fuistis, quanto germen vestrum præ Isaaco præcellentiorem honorem promeruit. Vos Rebecca ejusque conjuge nedum prolis præstantia sed et cæteris omnibus incomparabiliter eminentiores; neque enim, ut modo illum (Esau) improbitate famosum præteream silentio, cum Dei matre eorum filius (Jacob) in comparationem venire potest. Vos et Jacobum multa sobole ex Lia et Rachele auctum, quantum nec fari licet, excessistis. Longe sublimiores fuistis Phenenna et Elcana, ac vestris ipsis cognatis Zacharia et Elisabet, utpote qui in lucem protulistis eam, quæ Dominum universorum peperit.

XV. At vos, o Dei Genitricis parentes, Deique progenitores sanctissimi, o dulcissimum naturæ nostræ solatium, o legis et gratiæ primitiæ sacratissimæ et augustæ, nobis omnibus pacificum rerum statum largimini. Frænum gentium ferociæ imponi-

quam græcæ syntaxi satis consona, an vero mendum aliquod irrepsisse in græcum codicem dicendum sit, sapientiorum judicio malui permittere.

καὶ τὸν εἰς ὕψος τούτων αἰρόμενον καταβάλλετε τένοντα, καὶ τὴν ἐπηρμένην αὐτῶν ὀφρῦν κατασπάσατε, τὴν αὐτῶν καθ' ἡμῶν τεθηγμένην μάχαιραν ἀμβλύνατε· ἐπᾶραι Χριστὸν τὰς χεῖρας ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν ἱκετεύσατε, καὶ μὴ ἐπὶ πλεῖον ἐάσητε ἡμᾶς λυπῖζεσθαι καθάπερ τινὰ χόρτον ὑπὸ τῆς ἀνοσίου καὶ μιαιφόνου αὐτῶν χειρός· μὴ λυσσῶν βάρβαρος ἐπέλθῃ καθ' ἡμῶν ἐπανατείνων ἀσπίδας καὶ μάχαιραν καὶ τόξα καὶ δόρατα· καὶ μὴ ἐπὶ πλεῖον ἡμῖν ἐπιχαρείησαν οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν. Ὁρᾶτε ὅσους καὶ οἵους ἐλεεινῶς κατηκόντισαν· ὁρᾶτε ὡς ἀριθμοῦ κρειττόνων ἐκχέαντες αἵματα τοῖς θηρίοις τῆς γῆς καὶ τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ θοίνην ἀτάφους κατέλιπον καὶ ἡλίῳ καὶ ἄστροις, καὶ χειμῶνι καὶ θέρει, καὶ τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἀνθρώποις ἐλεεινὸν καὶ πολλῶν δακρύων ἄξιον προσέθηκαν θέαμα.

Ἀλλὰ διεγέρθητε, σπεύσατε, κινήσατε πρὸς τὴν πρέσβειαν τὴν ὑμῶν θυγατέρα, καὶ μητέρα Θεοῦ· οὐ γὰρ παρόψεται γονέας καθ-

---

te; earumque erectam in altum cervicem inclinate; elatum earum deprimite supercilium, quemque contra nos acuunt, gladium retundite. Deprecamini Christum, ut *levet manus in superbias eorum*[a]; neque patiamini, ut nefaria eorum ac sanguinolenta manu tamquam fœnum vastemur. Neque irruat rabie furens barbarus, clypeos, ensemque et arcus atque hastas contra nos intendens; nec ultra *supergaudeant nobis inimici nostri*[b]. Intuemini, quam multos, qualesque jaculis misere illi confoderint. Intuemini, quomodo innumerabilium sanguine effuso, insepultos eos pabulum bestiis terræ et cœli volucribus reliquerint, ac soli, et stellis, et hyemi, et æstati projecerint, iisque, qui reliqui sunt homines, miserum effusisque plorandum lacrymis spectaculum paraverint.

At exsurgite, festinate: filiam vestram ac Dei matrem ad supplicandum pro nobis excitate (neque enim genitores deprecantes

[a] *Psalm.* LXXIII, 3.
[b] *Psalm.* XXXVII, 17.

ικετεύοντας· ὁμοῦ δὲ πρὸς τὸν ταύτης Υἱὸν, καὶ Θεὸν, καὶ ὑμέτερον, τὸν κατὰ σάρκα, ἀπόγονον. Ἴσμεν γὰρ ὡς οὐδαμῶς Μητρὸς καὶ Προπατόρων ἐκκρούσηται δέησιν· ἀλλ' εἰσακούσεται καὶ σώσει ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐπεμβαινόντων ἡμῖν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων πικρῶς δυσμενῶν· καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἡμετέρας ζωῆς, εὐσταθὲς καὶ εἰρηνικὸν καὶ ἀτάραχον διατηρήσει λείψανον· ὅτι Θεὸς αὐτὸς ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας ἐστὶν, καὶ αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

despiciet): atque una (intercedite) apud hujus filium, ac Deum, vestrumque secundum carnem nepotem. Non enim, certo id scimus, matris, avorumque preces repellet, sed exaudiet, nosque tuebitur ab hostibus visibilibus atque invisibilibus, qui nefario odio incensi acerbissime nobis insultant; quodque in posterum reliquum est vitæ nostræ, incolume, pacificum, et a perturbationibus vacuum conservabit. Quoniam ipse misericordiæ et benignitatis Deus est, et ipsum decet gloria omnis, honor et adoratio cum coæterno ejus Patre, et cum sanctissimo et bono et vivificante ejus Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

DE FRAGMENTO ORATIONIS

GEORGII NICOMEDIENSIS

IN CONCEPTIONEM DEIPARÆ

MONITUM.

Undenam hoc fragmentum desumptum fuerit, § I. — Quidnam ad immaculatæ Virginis Conceptionis causam conferat, § II.

I. Vir e Lucensi Matris Dei congregatione præclarissimus, atque Deiparæ Virginis gloriæ studiosissimus, Hippolytus Marraccius, qui tot veterum Scriptorum de Mariæ laudibus opuscula in lucem edidit, et, quod haud minorem a nobis gratiam postulat, notis seu commentariis Patrum doctrina apprime ditissimis locupletavit, Georgii quoque Metropolitæ Nicomediensis, ex communi nunc sententia Photio coævi, opuscula ejusdem argumenti collegerat, ac vulganda paraverat cum titulo aliis a se editis operibus communi : *Mariale Georgii Nicomediensis*, etc., etc. Verum, quod sane dolendum, optimum abjecit consilium, propterea fortassis quod ejusdem Georgii scripta a Francisco Combefisio græce et latine aut mox evulganda, aut evulgata jam in primo Auctarii volumine persensit. Dolendum, inquam; propositum enim suum si egregius vir implevisset, præter versionem a Francisco Combefisio adornatam, quæ nedum perspicuitate, sed interdum ita caret etiam fidelitate, ut in iis, quæ ad Virginis Conceptionem referri queant, vim sententiæ vel enervatam vel fere exstinctam reperias, alteram jam eamque prorsus præferendam Georgii interpretationem ad manus haberemus.

Marraccii porro manuscriptum codicem, qui Romæ in bibliotheca Ven. Congr. Clericorum Matris Dei asservatur, cum pervolvendi facultas perhumaniter mihi facta fuerit, haud mediocre solatium inde etiam percepi, quod in eo præter tres Georgii in Deiparæ Conceptionem orationes jam a Combefisio vulgatas, hanc de eodem argumento quartam, seu potius quartæ fragmentum, cujus nulla uspiam mentio occurrebat, præter opinionem invenerim. Neque vero ambigendum mihi diu fuit, an illud in lucem producerem. Hoc unum obstabat, quod præsto mihi non esset, quo plenam ejusdem rationem lectori redderem. Nam unde illud hausisset eximius Marraccius, adnotabat ipse quidem paucis hisce verbis: *Orationem hanc in perantiquo græco MS. codice sub nomine Georgii Nicomediensis metropolitæ a se inventam exscripsit ac latine reddidit Adm. R. P. D. Vincentius Riccardius, Clericus Regularis, mihique ab eo benigne communicatam marianis lectoribus exhibui*; et vero utut diligenter inquisiverim, ubinam lateat sive codex e quo Riccardius exscripsit, sive græcum exemplar quod ipse exaravit, et rursus cur mutila jaceat ipsa oratio, an quod mutilum græcum quoque exemplar esset, an aliam ob causam id factum fuerit, nihil prorsus mihi rescire licuit. Veruntamen illud me recreavit, quod compertissima omnibus esse debeat tum Marraccii tum Riccardii fides, quibus propterea plene confidere fas sit; et Vincentium quidem Riccardium in græcis codicibus dignoscendis ac latine vertendis multum valuisse, plures alii ejusdem labores notissimi satis superque testantur.

II. Ne levioris autem momenti, quam ut in lucem proferri mereretur, hoc fragmentum putarem, primum quidem illud effecit, quod doctorum virorum et judicium et exemplum suadet, nunquam hasce veterum scriptorum reliquias parvi adeo faciendas esse, ut de ipsis dici illud nequeat: *colligite fragmenta ne pereant*. Deinde vero nihil leve in rem nostram existimandum duxi, e quo hæc saltem percipiatur utilitas, ut certo confirmetur, solemni in Ecclesia cultu hoc Deiparæ mysterium constanter per ea tempora celebrari consuevisse.

Denique non hunc tantummodo fructum ex eodem fragmento

posse percipi facile patebit, si præterea ostendero, quædam in eo de Conceptionis Deiparæ mysterio sat præclara contineri.

Neque vero id ægre conficitur. Et sane perpende, quæso, sententiam, quæ de Conceptione sanctæ Virginis paragrapho quarta occurrit, et qua dicitur, tunc *mortalium omnium pulchritudinem efflorvisse*. Hoc enim encomium, quo frequenter apud alios quoque Patres Maria celebratur ceu *generis humani* vel *mortalium hominum pulchritudo*, tria manifesto infert, videlicet 1° suspiciendum esse in Virgine Deipara quoddam pulchritudinis decus, quod plane eximium in se sit, et quo proinde mortalium genus gloriari ac veluti superbire merito possit; 2° decus illud singulare adeo ac proprium esse Deiparæ Virginis, ut eatenus solum eo gloriari, idemque ostentare possint mortales, quatenus Mariam sibi congenerem possident, quam veluti suam ostentent; 3° si quid pulchrum præferat humana natura tamquam a se editum, hoc eam tunc edidisse, cum Mariam protulit. Quas iterum sententias ab Auctore inculcatas videre est, ubi paulo infra Mariam proponit ceu *peregrinum naturæ ornamentum, et germanam omnium gloriationem : peregrinum* utique, quod novum prorsus, ac nunquam antea visum auditumve foret, quodque proinde soli Mariæ tribueretur. Et his quidem consonum accidit, ut Deipara uti *sola pulchra*, *sola omnium ornamentum* etiam in Ecclesiæ precibus commendetur. Horum alterum habes in Græcorum canone seu cantico, quod ad calcem Paracletices editum cernitur, auctoremque præfert Josephum hymnographum; ibi enim et ista occurrunt[1] : *Salve, mundi regina : salve, Maria omnium nostrum domina : salve, quæ* sola inter mulieres expers es maculæ et pulchra : *salve vasculum, quod unguentum inexhaustum (Dei Verbum) totum in te effusum recepisti.* Alterum vero in eadem Paracletice prostat, ubi legitur[2] : *mediatione tua, o Virgo impolluta, soluta est veteris maledictionis*

[1] Ode IX. Χαῖρε, κόσμου Δέσποινα· Χαῖρε, Μαρία Κυρία πάντων ἡμῶν· Χαῖρε, ἡ μόνη ἄμωμος ἐν γυναιξὶ καὶ καλή... Canoni hic præfigitur titulus : Κανὼν τοῦ ἀκαθίστου ὕμνου εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον.

[2] Ode III Dominic. in matut. Ἐλύθη ἡ τῆς ἀρᾶς τῆς πάλαι κατάκρισις σοῦ τῇ

sententia. Postquam enim propter te Dominus visus est, benedictionem utpote benignissimus super omnes effudit, o quæ sola ornamentum mortalium exsistis.

Hæc porro efficiunt, ne (quod suspicari quispiam posset) propter celsissimam tantum, ad quam evecta est, dignitatem beatissima Virgo et decus et ornamentum et venustas naturæ nostræ dicta existimetur. Et sane alia est *dignitatis* ratio, alia *pulchritudinis* : neque alicubi gentium morem invaluisse scimus, ut ad sublimem cujuspiam dignitatem laudibus extollendam pulchritudinis ejus encomia texerentur.

Sed et Auctor ipse dubitationes istas plane removet, ac manifestissime de gratiæ muneribus, quibus benedictissima Deiparæ anima cumulata fuit, intelligenda hæc esse paulo infra edicit, cum pluribus ejusdem, quæ enumeraverat, magnalibus veluti cumulum imponens, concludit: *Et, sine fuco sit dictum, quæ vere incorporearum virtutum superat puritatem.*

Ceterum multa, eaque plane perspicua sunt, quæ hanc pulchritudinis laudem ad primam Deiparæ originem seu Conceptionem referendam heic prorsus suadent.

Suadet enim 1° quod nulli mortalium communis hæc pulchritudo affirmetur. Nam si absolute sermo sit de divinæ gratiæ munere, quod nulla post detersum originale vitium labe vel minima deinde fuerit inquinatum, falsum est unicam esse Deiparæ animam, quæ hoc decore resplendeat; tot enim pari conditione potiti sint, quotquot primum acceptam justificationis gratiam morte prærepti integram ad supernas sedes detulerunt.

Suadet 2° quod huic Deiparæ Virginis pulchritudini opponi e diametro soleat deformitas, in reliquos mortales omnes per adamiticam prævaricationem inducta. Qua de re satis sit nunc ea attulisse, quæ disertissime Theodorus Sinaita habet in oratione, quam in posteriori parte dabimus: *Collaudemus* (inquit) *hymnis naturæ nostræ pulchritudinem* (Mariam scilicet), *per quam nos deformes ob inobedientiam effecti, digni evasimus, ut divinæ*

μεσιτείᾳ, Παρθένε ἄχραντε· ἐπὶ σοὶ γὰρ Κύριος ἐφθείς, πᾶσι τὴν εὐλογίαν ὡς ὑπεράγαθος ἀνέβλυσε, μόνη τῶν βροτῶν ἐγκαλλώπισμα.

naturæ consortes essemus[1]. Quis enim non primo videat intuitu, ideo heic Mariam celebrari uti *naturæ pulchritudinem*, quia communis omnium per Adæ inobedientiam inductæ expers est de formitatis?

Suadet 3° quod Auctor subjicit, Deiparæ pulchritudinem *incorporearum quoque Virtutum puritatem superasse*. Qui enim fieri potest, ut puritas Virtutum cœlestium puritate potior dicatur, quæ vel semel peccati fœditate deturpata fuerit?

Suadet 4° quod Auctor non qualemcumque celebrat pulchritudinem, sed eam omnino, quæ tunc *efflorescit*. Nonne enim Conceptionis Mariæ mysterium Auctor heic celebrat? De Conceptione igitur (quod etiam contextus orationis postulat) et illud dictum est : *Hinc mortalium omnium efflorescit pulchritudo*. Idem ergo Auctori est *Virginis conceptio*, ac *pulchritudinis germinatio*. Quo quid luculentius dici possit ad Immaculatum Virginis conceptum prædicandum, plane non video.

Suadet 5° denique quod Auctor post nonnulla subjicit, *Annam protulisse fructum incorruptionis*. Quid enim heic est *fructus incorruptionis*, nisi fructus incorruptus seu corruptioni non obnoxius? Atqui de Virginis Conceptione id effertur : concepta est igitur Deipara corruptionis expers, id est expers originalis vitii, quod antonomastice *corruptio* dicitur.

Heic autem haud otiosum erit animadvertere, illud quod Auctor inquit, *Annam incorruptionis fructum protulisse*, ex eo quodammodo inferri, quod ipse præmiserat, *Mariam cœlestium quoque Virtutum puritatem superasse*. Hinc enim innotescit, binas istas sententias sic inter se connecti, ut cum Angelis puriorem Mariam celebrari comperimus (quod apud Patres sane frequentissimum est), eo ipso a communi originis labe eamdem immunem prædicari noverimus. Verum de hac re fusius infra, cum insignem Isidori Thessalonicensis locum de hoc ipso argumento expendemus.

[1] § IV. Ὑμνήσωμεν τὴν ὡραιότητα ἡμῶν τῆς φύσεως· δι' ἣν οἱ κακόμορφοι τῇ παρακοῇ θείας ἠξιώθημεν γενέσθαι κοινωνοὶ φύσεως.

GEORGII METROPOLITÆ NICOMEDIENSIS

IN CONCEPTIONEM

SANCTISSIMÆ DEI GENITRICIS

ORATIO IV.

I. Suave quidem est præsentis hujus lætæ solemnitatis nomen[1]. At suavius est illius rationes sermone retexere; quas iterato evolventes et gratabundi exponentes, novo nos dulcedinis incremento recreamur, et splendidiori sane ampliorique voluptate perfundimur. Cum enim in ejusmodi rei tractatu verbis immoramur, augetur suavitas iteratione sermonis; et quemadmodum quæcumque olentia innascuntur germina, licet per se odoris habeant fragrantiam, contrectata tamen et compressa jucundum magis, magisque fragrantem exspirant odorem; ita et celebris ista solemnitas, unguentorum gratiæ referta odore, jucundissimam utique eamque minime fucatam secum defert suavitatem; præconio tamen celebrata, faustisque commendata acclamationibus, ac verbis veluti contrectata, magis eam efflat sane, effun-

[1] Cujusmodi fuerit hoc solemnitatis nomen, orationis titulus indicat, qui est, *in Conceptionem Sanctissimæ Dei Genitricis*. Quod ergo quidam posteriori ætate maluerint *Sanctificationis* potius quam *Conceptionis* festum agere, id manifeste contra veterem Ecclesiæ consuetudinem factum est: ac mirum sane, quod isti illud nomen exhorruerint, quod in Ecclesia uti *suave* celebrabatur.

ditque, odorataque numquam evanescunt cognitionis unguenta; quibus vero penitius ejus perspecta fit notio, uberiorem spirant suavitatis odorem[1]. Cum itaque jugi rei meditatione, iterataque explicatione dulcis hæc spiritalis voluptas majus sumat incrementum, magisque inde animus oblectetur; longe acriori studio atque operosiori tractatione de hac ipsa solemnitate oportet habere sermonem, ut efflante ex illa jucunditate abunde expleamur. Verum ut id ipsum, quo caremus, assequi possimus, divinæ odoratæ hujus fragrantiæ aspiret afflatus; inexhausta quippe est horum bonorum[2]. nec ex iis, quæ ab illis oboriuntur, satiari potest animus, cujus demonstrationem ad ea, quæ acta sunt post redditum justis illis Joachim et Annæ divinum oraculum, rejicimus[3]. Eo enim usque producentes sermonem, et uberem copiam per illum coacervantes, insatiabilem cupiditatem moderata compositione distulimus; nunc vero illo posthabito necesse est thesaurum ipsum comparate aggredientes, his qui convenere, jucundissimam traditionis partem exponere[4].

II. Cum igitur sanctissimi Joachim et Anna ejusmodi spon-

[1] Penitiorem sane solemnitatis notionem ille habet, qui mysterium, quod per eam recolitur, penitius noverit: ille vero conceptæ Virginis mysterium penitius introspicit, qui perspectam habeat ejusdem Conceptionis rationem, num munda ea fuerit et gratiæ divinæ luce splendida, an vero vitio infecta et peccati tenebris obsita. At vero numquid uberiorem odoris suavitatem ex penitiore mysterii notione exspectes, si hæc nihil demum oculis tuis objiciat, quam Deiparæ Virginis animam peccati damnationisque et veteris maledicti vinculis constrictam? Dicendum imo foret, conceptionem ipsam illud unum esse, quod res Virginis consideranti spectaculum sane triste ac miserandum ob oculos ponat. Ergo si ex mente Patrum penitior mysterii cognitio potiorem secum adducit suavitatem, statuendum est, ipsis auctoribus Conceptionem Virginis nihil cum peccato ac veteri maledictione commune habuisse.

[2] Palam est, hinc vocem aliquam excidisse; quam tamen ipse per se lector facile supplebit.

[3] Nisi hujus periodi obscuritatem tribuere velimus minus accuratæ e græco interpretationi, saltem dicamus oportet, nonnulla hic excidisse. Quo tamen ea spectent, haud omnino obscurum est.

[4] *Traditionem* intellige *historiam duodecim Tribuum*, de qua alias diximus.

sionem[1] præconis voce delatam minime prorsus hæsitabundi, quin constantissima mente, perinde ac re jam completa suscepissent, fœtum excepissent, protinus ille quidem preces, stationes, nuncupata vota, propitiationis holocautomata, acceptabilesque instruit hostias. Ipsa vero munus suis impetratum precibus se Deo oblaturam, ac sacratiori holocausto consecraturam pollicetur O justorum fidem! O exploratissimam spem, quæ cognatas naturæ vires superant[2]! O res nulli comparabiles, et libero sane judicio relinquendas eorum, qui veram germanamque ipsarum eminentiam tenent exploratam! Neque enim cum fidem habent justi, signis præterea indigent. Quin Joachim nec signa se promereri expetiit, postmodum certissime, ac si jam accepisset, sibi futuram prolem sentiens.

III. Anna vero promissam prolem perinde ac præsentaneam et verbis et re ipsa tenet, et præbenti rependere illud ipsum, quod præhabendum erat, certissima voti sponsione confirmans, omnino futurum esse denuntiat. *Sive enim*, inquit, *masculus fuerit, sive femina id quod peperero, hoc ipsum utut erit, Domino Deo meo dicabo et templo ejus consecrabo.*

Et quemnam priscorum, o beata Anna, similem fecisse sponsionem percepisti? ac quandonam sacro illo loco feminam dicatam aspexisti? quonam modo sacrosancto illi virorum cœtui insociabilem associas mulierem? Et quænam fervens ista, ignitaque fides, qua nuncupatis votis inaudita aggrederis facinora? Quis nova ejusmodi instituta prænuntiavit? Quis ejusmodi mentis sensa tuum indidit in animum? Hominum quidem, inquit, nullus; neque mater majorum acceptis exemplis me ad admirandum istud emittendum votum adegit; sed eo, qui a sterilitate liberat, auctore, ab eoque, qui præter omnem spem hominum desideria perficit, istud futurum cogitans, certam hanc constantemque fidei vocem emitto.

[1] Scilicet sponsionem prolis suscipiendæ, cujus Angelus nuntius fuerat.

[2] Hæc quoque periodus vitio sive codicis, sive interpretis prorsus male habita. Et liceret sane ex hujus aliorumque locorum versione de græca ipsa lectione probabiliter conjicere. At malle doctos viros, ut res, prouti jacent, oculis subjiciantur, notum est.

IV. Vide expressa vaticinii signa : vide sinceræ mentis nec hæsitabundæ spei argumenta. Non modo eventus futurorum non expetit signa, verum etiam perinde ac opere completa foret promissio, et exsultat et vaticinatur, atque hinc prophetico fulget dono.

Hinc primordia arcani percipit sacramenti ; hinc mortalium omnium efflorescit pulchritudo. Hinc Dei matris efficitur mater, illius, inquam, quæ incorrupta peperit, quæ supra quam sperare poterat, concepit, quæ peculiare fuit et peregrinum naturæ ornamentum, germana omnium gloriatio ; cognatæ naturæ filia, et supra naturam mater, filia, et regina; puella, et omni creatura sublimior; semper virgo, et pueri mater; viri nescia, et fœcundissima ; et, sine fuco sit dictum, quæ vere incorporearum virtutum superat puritatem.

Anna per constantem fidem hujus fieri meretur mater ; atque ita per multiplicia virtutum germina fructum profert incorruptionis ; ita obscuræ exspectationis præclaros suscepit eventus, et verborum promissa re ipsa conspicit esse completa. Spes enim illæ, quæ in Deo locantur, certissime optato suo non frustrantur fine : quem sane ut post eventum obtinent, ita ante certissime exspectant, etcet.

DE

JACOBI MONACHI

ORATIONE IN DEIPARÆ CONCEPTIONEM

MONITUM.

Judicia de Jacobo Monacho, § I. — Ejusdem sermones, § II. — Allatii et Kollarii conjecturæ de Jacobi ætate, § III-IV. — Montfauconii sententia expenditur, § V-VIII. — De Oratione in Deiparæ Conceptionem, § IX.

I. De Jacobo Monacho, hujus aliarumque quas dabimus, orationum auctore nil certi memoriæ proditum reperio. Neque mirum hoc accidit. Quam multis enim veterum scriptorum commune hoc factum exstiterit, sat norunt eruditi. Est tamen quod recreare nos possit ; quod enim maxime hac in re cordi esse debet, haud plane incompertum est, quo loco ejusdem scripta habenda sint.

Et sane Antonius Possevinus, qui primus (quod sciam) lucubrationum Jacobi mentionem injecit, post eas inspectas, *scriptorem pium ac devotum* illum pronuntiavit [1]. Accedit Leo Allatius, qui [2] Jacobi orationem in Nativitatem Deiparæ non indignam judicavit insigni scriptore, eamque se *cum admiratione* legisse profitetur; Combefisius vero eamdem illam Orationem [3] *eruditum plane ac devotum viri docti æque ac religiosi monumentum* appellare non dubitavit Hic addendi tum Bernardus Montfau-

[1] Vid. Combefis. in not. ad Orat. Jacobi Monachi. Auctar. vol. I, col. 1287.
[2] Apud Combefis. l. c.
[3] Ibid. col. 1287.

conius, qui[1] Jacobum uti *auctorem eruditum*, ac *stylum* ejusdem uti *elegantem* commendat; tum Hippolytus Marracius, qui[2] Jacobi opus laudat tamquam *eximium*, eumque in antiquo MS. codice Allatiano *sapientissimi monachi* elogio insigniri[3] animadvertit.

Et Marraccius quidem integrum ejusdem Jacobi opus e Vaticano codice ab illustri sodali suo Ludovico itidem Marraccio latine conversum jam prælo paraverat; verum sive præoccupatus morte fuerit, sive gravioribus curis distentus, sive alia nobis incomperta causa impeditus, vir plane eximius, ingenio et doctrina præstantissimus, laboris patientissimus, et impensissimo Deiparæ honorandæ studio nemini secundus, consilium suum in opus non deduxit[4].

Etsi itaque de Jacobi vita ac gestis nihil exploratum nobis sit, illud tamen, quod in rem nostram potissimum facit, ex sapientissimorum virorum judicio ratum habendum est, *devotum, pium, doctum ac sapientem* scriptorem ex suis ipsius lucubrationibus eum prodi.

II. Vaticanus codex sane pulcherrimus, inter Græcos, n° 1162 notatus, Jacobi nostri sex orationes continet, et hunc habet præfixum titulum[5] : *Opus Jacobi Monachi ex monasterio Coccino-*

[1] Biblioth. Biblioth. pag. 1321.

[2] In Præf. ad *Mariale Jacobi Monachi*, quod adhuc ineditum servatur in Bibliotheca Roman. Congreg. Luc. Matris Dei.

[3] Vide titulum Orationis hujus apud Combef. Auct. vol. I, col. 1247.

[4] Manuscriptum hunc codicem inspiciendi, imo et quæ vellem inde exscribendi amplissimam pro humanitate sua mihi facultatem fecit vir præclarissimus et Consultoris in plur. Congr. Rom. munere decoratus, P. Jos. Maria Crescini, cui hoc saltem grati animi testimonium debeo.

[5] Ποίημα Ἰακώβου μοναχοῦ τοῦ ἐκ τῆς μονῆς Κοκκινοβάφου, ἐν ἓξ λόγοις ἀπαρτιζόμενον συνθεῖσι (l. συντεθεῖσι) μὲν εἰς τὰς ἑορτὰς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἤγουν

α′. λόγος εἰς τὴν σύλληψιν
β′. λόγος εἰς τὴν γέννησιν
γ′. λόγος εἰς τὰ ἅγια ἁγίων
δ′. λόγος εἰς τὴν ἔξοδον τοῦ ναοῦ καὶ εἰς τὰ ἑξῆς
ε′. λόγος εἰς τὸν χαιρετισμὸν
ϛ′. λόγος εἰς τὴν ἀπόδοσιν πορφύρας καὶ εἰς τὰ ἑξῆς,

ἐκλεγεῖσι δὲ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν.

baphi, in sex distributum sermones ex sacris Scripturis excerptos pro festivitatibus sanctissimæ Deiparæ concinnatos, videlicet: 1. *Sermo in Conceptionem;* 2. *Sermo in Nativitatem;* 3. *Sermo* [in ingressum] *in Sancta sanctorum;* 4. *Sermo in exitum de templo* (sc. in desponsationem); 5. *Sermo in Annuntiationem:* 6° *Sermo in traditionem purpuræ*, etc.

Ex his porro sermonibus nullum in editis habemus præter secundum, in *Deiparæ* nempe *Nativitatem*, quem sibi a Leone Allatio transmissum Franciscus Combefisius publica luce donavit in primo Auctarii sui volumine [1]. Et Combefisium quidem reliquos Jacobi sermones ad manum non habuisse, immo ne suspicatum quidem de iis quidpiam esse, manifesto deprehenditur ex ea, quam ipse tulit de Possevino, sententia. Allatis enim his laudati Possevini verbis : *Jacobus Græcus monachus... vir pius et devotus, scripsit quosdam sermones græcos, qui in Italia, præcipue vero in Cassinensi Bibliotheca MSS. asservantur : De Conceptione B. Mariæ : De Duodecim tribubus Israel : De Conceptione et generatione ejusdem : De loco dicto Sancta Sanctorum;* continuo ipse subdit [2] : *Porro quos ita ille sermones multiplicat, haud forte alii sint, quam hic unus, quem producimus, ubi ea omnia perstringentem habeas, ac veluti enarrantem Jacobi ἀδελφοθέου opusculum de Mariæ Nativitate.* Quæ quidem quis non videat egregium virum scripturum nunquam fuisse, si alios exstare Jacobi sermones subsensisset? Ceterum mirari illud satis non possum, quod cum ex Possevini verbis præclara Combefisio accidisset occasio, qua id vel suspicaretur, maluerit hominem in veteribus codicibus pervolvendis apprime versatum ac diligentem uti bardum traducere, ac per summam levitatem de re sibi incomperta statuere.

III. Præstat vero heic proferre judicium, quod in literis ad Combefisium datis, cum Jacobi Orationem ad illum transmitteret, de ejusdem ac porro aliarum auctore designando tulit Leo

[1] A col. 1247.

[2] Ibid. col. 1287.

Allatius[1]: *Jacobum Proarchium* (inquit) *Archiepiscopum Bulgariæ, cujus elegantissimas plerasque se legisse tradit Joannes Veccus Patriarcha Constantinopolitanus, ipse quoque illius in alia argumenta tum orationes tum carmina non sine admiratione legi, hujus orationis esse scriptorem conjectura non improbabili dicerem. Fuit vir tantæ auctoritatis, ut Nicephorus Blemida, suo ævo præstantissimus, orationem de processione Spiritus Sancti etiam ex Filio ad eum direxerit, ratus, si illum in suam sententiam perduxisset, facile id posse reliquis Græcis tradere. Sed adhuc hæreo. Id maturius vestra paternitas decernat.*

Huic itaque conjecturæ si assentiamus, sermonum auctorem medio XIII sæculo vixisse pronuntiabimus. Verum ipsum Leonem Allatium ab hac opinione seu conjectura postea discessisse inde patet, quod *in Diatriba de Simeonum Scriptis* hos sermones commemorans[2], eos non quidem Jacobo Bulgariæ Archiepiscopo, sed constanter ac nulla vel minima dubitatione injecta Jacobo Monacho ex Monasterio Coccinobaphi attribuat. Mutatæ autem sententiæ ratio, quantum conjectando assequi possum, hæc fuit, quod cum ad Combefisium scribebat, eam tantum, ut Hippolytus quoque Marraccius innuit[3], Jacobi orationem in altero e codicibus suis repertam noverat, quam et ad eumdem Combefisium misit; posterius vero in codicis vaticani, qui et alias quinque continet, notitiam devenit. Atque ita se rem habuisse vel ex eo patet, quod ad Combefisium scribens adeo de reliquis Jacobi sermonibus ne verbum quidem fecit, ut Combefisius, prout superius diximus, inde ansam Possevinum carpendi desumpserit.

IV. *Etiam Kollario* (verbis utar Harlesii[4]) *ab illo* (scil. sermonum auctore) *haud diversus videtur Jacobus monachus monasterii S. Medenti, postea vero Bulgariæ Archiepiscopus, ut vocatur in Codice Vindobonensi Cæsareo CXXII, qui continet illius poemation iambicum de periculis suis et de quibusdam eversis*

[1] Apud Combefis. Auctar. vol. I, col. 1287.

[2] Pagg. 101, 104, 107, 114.

[3] In Præf. ad *Mariale Jacobi* ineditum.

[4] In not. et addit. ad Jo. Alberti Fabricii Biblioth. Græc. tom. IX, p. 637.

monasteriis. Ad quæ recolendum enimvero est illud Augustini[1]: *Plena est consuetudo generis humani, ut non solum duo sed etiam plures homines uno nomine vocitentur*. Unde et ille artis criticæ canon, non satis esse nominis similitudinem, ut duo vel plures homines in unum compingendi sint. Quod si sola homonymia infirmum omnino ex sese argumentum est, nullam plane vim exserere censendum erit, cum reliqua insuper adjuncta adversantur. At vero auctor poematii a Kollario laudatus Monasterii S. Medenti antea monachus, deinde Archiepiscopus Bulgariæ dicitur; auctor vero sermonum nuspiam titulum Episcopi seu Archiepiscopi ne in nobilissimo quidem et perantiquo Vaticano Codice, sed constanter titulum Monachi præfert. Ad hæc, non in S. Medenti sed in Coccinobaphi monasterio vixisse perhibetur. Ergo nisi quæpiam alia proferatur ratio, qua horum adjunctorum discrimini fiat satis, non unum sed duos plane diversos hosce Jacobos fuisse retinendum est.

V. Cum hi ad sæculum XIII rejiciendum Jacobum autumaverint, in aliam ac plane oppositam sententiam abiit Bern. Montfauconius, qui de Jacobi epistolis disserens hæc scripsit[2]: *Jacobi Monachi Epistolæ* 48 (alii, uti Caveus, 43 enumerant) *ad Irenen Augustam sunt partim laudatoriæ, partim consolatoriæ, partim etiam paræneticæ et doctrinales. Videntur hæc spectare ad Irenen Constantini matrem, cujus et filii imperio celebrata VII Synodus. Vixisse auctorem ante exortam controversiam de processione Spiritus Sancti etiam ex Filio, argumentum est, quod crebro loquens de fide et Theologia, ac Sancti Spiritus Deitatem acerrime vindicans, deque illa fusissime disputans, præsertim in oratione seu libro adversus ejus impugnatores, qui exstat ante ejus ultimam epistolam, nihil præterea addit, quam quod locutus est Gregorius aut Græci antiquiores, sive ut Græcis, sive ut Latinis faveat. Auctor eruditus, stylus elegans.*

Hæc ille; et ut sincere promam quod sentio, optandum enimvero erat, ut egregius vir, qui ad manum habuit ejusmodi codi-

[1] In lib. post. Collat. cum Donatist. cap. XIII, n. 17.

[2] Biblioth. Biblioth. pag. 1321.

cem. et epistolas commode inspicere potuit, diligentius de hac re exquireret, adeo ut non subdubitans sed plane certus sententiam ferret. Ecquis enim sibi persuadeat, in tot epistolis et quidem *laudatoriis*, *consolatoriis*, *ac paræneticis* nihil exstare, e quo divinare saltem fas sit, ad quam demum Irenen datæ illæ fuerint, præsertim cum tam diversa fuerint utriusque Irenes Augustæ adjuncta? Sane si ideo Montfauconius adhuc incertus hæsit, quia vel ipsis epistolis diligenter perlustratis nihil reperit, quod necessario ad Irenen Constantini matrem referendum sit; jam vero satis id esse debet, ut communem aliorum sententiam amplectentes ad Irenen Alexii Comneni uxorem datas epistolas existimemus. Fuit enim adeo singularis conditio, adeo singularia gesta prioris Irenes fuerunt, ut aliqua de his mentio injici profecto debuerit, si quidem epistolæ missæ ad eam fuissent. Hæc namque est illa Irene, quæ cum primum Leoni impio viro nupsisset, postmodum in viduitate relicta cum filio imperavit, multaque Ecclesiæ bona per synodum adversus iconoclastas comparavit; tum per filium coacta solum vertere, in ipsum postremo ob impotentem imperii cupiditatem sæviit. Atqui omnimodum illud de his omnibus silentium non ad eam, sed ad posteriorem Irenen datas epistolas aperte proclamat.

VI. Accedit vero intrinsecum, quod ex sermonibus petitur, argumentum. Fac enim conferas Jacobi sermones cum orationibus Georgii Nicomediensis Episcopi a Francisco Combefisio jam editis[1]: tuis sane oculis perspicies, ac manu propemodum contrectabis, alterutrum ab altero plura nedum mutuatum esse, sed plane exscripsisse. Uter eorum autem exscripserit ab altero, non est cur ambigamus. Nam cum Jacobi sermo in Deiparæ Conceptionem vix aliter definiri possit quam centonarium opus ex laciniis trium Georgii de eodem argumento orationum consutum; res ipsa monet non quidem Georgium discerpsisse Jacobi sermonem in tot lacinias, quas tribus suis orationibus insereret, sed e converso Jacobum lacinias ex Georgii orationibus decerptas utcumque consuisse.

[1] Vol. I, a col. 995.

Georgius porro Nicomediensis ex communi eruditorum sententia coævus Photio dicendus est. Cum igitur sequiori ætate vixerit Jacobus, jam planum est (nisi quis velit alterum fingere Jacobum) epistolas illas non ad Irenen Constantini matrem, sed ad posteriorem, Alexii nempe Comneni uxorem, datas fuisse; ac propterea Jacobum labente sæculo XI florüisse.

VII. Id unum superest, ut Montfauconii difficultatibus satisfiat, ac ratio eorum reddatur, quæ Jacobus de Spiritus Sancti deitate disputavit. Et in primis existimabit fortasse aliquis, ægre admodum posse illud intelligi, cur quispiam post exortam controversiam de processione Spiritus Sancti, imo in ipso controversiæ æstu, de divinitate ejusdem Sancti Spiritus disserens, alteram eamque potioris tunc momenti controversiam prorsus tacitus præteriverit. Sit ita sane: ego vero nescio, an minus arduum videri possit congruam rationem assignare, cur Jacobus, fervent-ibus sub Irene et Constantino de cultu SS. Imaginum quæstionibus, iconoclastis dimissis pneumatomachos potius operose impugnandos sibi assumpserit. Quod si conjectando affirmes, scribendo huic opusculo occasionem præbere forte potuisse cujuspiam vel desiderium vel errorem (cujus nulla reliqua sit memoria), plane respondebitur, æque facile evenire id potuisse sub senori, ac sub juniori Irene. Si vero ulterius fingas, scriptorem huic muneri utique satisfacere voluisse, sed ita ut utrumque scopulum evitaret, videlicet ut neque suorum placitis favens veritati obniteretur, neque rursus suorum sententias impugnans igniculos veluti fervescentibus ex se animis adderet, sed curaret potius domesticos sibi lenitate prudentiaque conciliare, aliquam ejusmodi silentii rationem, et rem a veri specie nihil abhorrentem habebis.

VIII. Et hæc quidem satis efficere videntur, ne Auctor opusculi adversus Pneumatomachos Photio et mota ab hoc controversia de Processione Spiritus Sancti necessario antiquior existimetur. Quod si minus firma cuipiam hæc videantur, præsertim vero si quis epistolis Jacobi diligenter inspectis certo colligeret, Irenen Augustam ad quam datæ sunt, nullam aliam censeri posse, quam Constantini Augusti matrem; non consequeretur

inde quidem, Jacobum Orationum in Virginem Deiparam auctorem sub Irene Constantini matre et ante Photium vixisse : superius enim ostendimus, orationes post Georgii Nicomediensis atque adeo post Photii tempora fuisse conscriptas; sed hoc utique statuendum prorsus foret, alium esse Jacobum, qui ad Irenen dedit epistolas, alium qui de B. Virgine homilias concinnavit. Hinc vere et illud proflueret, de certa posterioris hujus Jacobi ætate nullum indicium, si unum excipias quo Georgio Nicomediensi recentior evincitur, nobis superesse. Neque enim quempiam eruditorum virorum reperio, qui alio argumento præter illud, quod ab epistolis ad Irenen Augustam duci potest, ad ætatem ejus assignandam utatur. Et hæc de Jacobo satis.

IX. Quæret nunc quispiam fortasse, quorsum in lucem edatur hic Jacobi sermo in Virginis Deiparæ Conceptionem, quem fatemur ipsi vix esse aliud, quam centonem ex alterius scriptis contextum. Respondeo, eodem hunc edi consilio, quo tot alii editi fuerunt sermones latini, quos tamen meros centones ex sermonum Augustini, Ambrosii, Maximi, Chrysologi, etc., laciniis compactos esse constat. Neque vero nulla prorsus est hujusmodi operum utilitas. Mitto nunc hosce centones plurimum interdum prodesse ad corruptas forte lectiones in vetustiorum Patrum scriptis corrigendas ac restaurandas : et re vera ipsemet collatione horum sermonum instituta cum Georgii orationibus a Combefisio editis, locum aliquem deprehendi, in quo textus Georgii a Combefisio editus ita depravatus est, ut genuinum Georgii sensum nullatenus exhibeat. Verum alia est, æque potior utilitas, quam in rei christianæ bonum ex hisce quoque lucubrationibus haurire licet. Si enim Patrum scripta magno apud nos in pretio ea potissimum de causa habentur, quod quid de aliquibus doctrinæ capitibus sentirent ipsi, imo potius quid eorum ætate sentiret Ecclesia, certo inde discimus; quis non videt idem prorsus emolumentum per istos quoque centones nobis afferri? Quin immo affirmare ausim, gravius subinde pondus, quam certo noti alicujus S. Doctoris scripto, inesse fartis quibusdam operibus, iis præsertim qui Ecclesiarum homiliariis inserti reperiuntur. Constans enim in Ecclesiis eos legendi usus jam cer-

tos nos efficit, contentam in eis doctrinam nos modo a sancto quopiam doctore peculiari aliqua ætate, sed constanter in Ecclesia receptam, ac prædicatam fuisse. Etsi itaque nullum aliud ex hoc Jacobi sermone emolumentum percipere liceret præter indicium certissimum, hujus quoque scriptoris ætate, altero scilicet post Georgium sæculo, eodem in honore conceptæ Deiparæ solemnia fuisse, eamdem de Virginis Conceptione sententiam constanter servatam fuisse ac prædicatam, Georgii vero Nicomediensis de hoc Deiparæ mysterio scriptis multum fuisse delatum; satis illud superque est, ut Jacobi scripta tamquam utilissima excipiamus.

ΛΟΓΟΣ ΙΑΚΩΒΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΥΛΛΗΨΙΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ
ΕΚΛΕΓΕΙΣ ΑΠΟ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΓΡΑΦΩΝ
ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΙΣΤΟΡΙΑΙΣ ΤΩΝ ΔΩΔΕΚΑ ΦΥΛΩΝ ΤΟΥ ΙΣΡΑΗΛ.

Εὐλόγησον, Πάτερ.

I. Οὐρανὸν [1] ἡ γῆ ταῖς τῆς χάριτος μαρμαρυγαῖς ὑπερφαιδρύ-

[1] Tum Vaticanus Cod., tum Leo Allatius prima hujus orationis verba referens (*De Script. Symeon.* pag. 101), habent οὐρανός. Ast οὐρανὸν lego, non modo quia id suadet ratio syntaxeos et contextus, sed quia ita lego in exordio tertiæ Georgii Nicomediensis orationis *in Conceptionem Deiparæ* (apud Combefisium Auct. tom. I, col. 1045), unde hæc periodus desumpta est.

JACOBI MONACHI [a]

IN CONCEPTIONEM SANCTISSIMÆ DEIPARÆ

ET DE HISTORIIS DUODECIM TRIBUUM ISRAELIS [b]

ORATIO

E SACRIS SCRIPTURIS SELECTA [c].

Benedic, Pater.

I. Hodie terra, gratiæ illustrata fulgoribus, præ cœlo nitescit;

[a] Scripsit Hippolytus Marraccius (in not. mss. ad hanc orat.) non modo Jacobum plura e Georgii scriptis mutuatum esse, sed hanc orationem integram ac prouti jacet, in Vaticano Codice 654 sub nomine Georgii reperiri. Verum quisquis id Marraccio (neque enim per se græcos hic volutabat codices) renuntiaverit, plane deceptus est. Nulla enim alia est oratio Georgii in memorato codice quam quæ ordine tertia a Combefisio edita est de Deiparæ Conceptione.

[b] De hac *Duodecim Tribuum Israelis historia* nonnulla jam innuimus in monito ad Orationem Johannis Eubœensis. Hunc autem orationi titulum sive Auctor ipse inscripserit, sive quispiam alius apposuerit, id, uti patet, receptissimam vulgo eam historiam fuisse confirmat.

[c] Cum e *Sacris Scripturis selecta* dicatur Oratio, et quidem in titulo id af-

νεται σήμερον· οὐρανὸν ταῖς νοηταῖς ὑπεραγλαίζεται λαμπρότησιν· οὐρανῷ ὑπερκοσμίῳ ὡραίζεται· τὸν γὰρ ὑπέρτερον οὐρανὸν ἀποτικτόμενον δέχεται, τὸν ὑπέρφωτον ὄντως καὶ εὐρυχωρότερον, τὸν οὐχ ἥλιον δυόμενον, ἀλλὰ τὸν ἄδυτον ἀνίσχοντα τῷ κόσμῳ τῆς δικαιοσύνης· τὸν οὐκ ἄστροις ὁρωμένοις, ταῖς νοηταῖς δὲ ποικιλλόμενον ἀδουχίαις, τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἐστι τὸ πανηγυριζόμενον σήμερον, τοῦτο τὴν λαμπροτάτην προὔθηκε πανδαισίαν, τοῦτο τὴν παροῦσαν συνεκρότησε χορείαν· τοῦτο τὸν λόγον διαναστῆσαν,

---

præ cœlo spirituali claritate coruscat; ac cœlo mundanis hisce cœlis longe excellentiore condecoratur. Sublimius enim, hodie genitum, cœlum in se ipsa recipit; cœlum lucidius prorsus et spatiosius; cœlum, quod non solem quidem occasui obnoxium, sed justitiæ solem qui nullum novit occasum, mundo profert; cœlum, quod non visibilibus astris, sed spiritualium luminum accensione exornatur. Hoc est enim, quod hodierna die festive a nobis celebratur: hoc nobis splendidissimum convivium præbuit: hoc nos ad præsens congregavit tripudium: hoc, ad loquendum dum excitat, omnes in partem vocat bonorum suorum, splendidisque gratiæ muneribus multitudinem exhilarat. Non enim præsens hæc solemnitas[a], quasi vero ab iis, qui ad eam

firmetur, facile quispiam existimabit, Auctori propositum fuisse, ut e sacris Litteris corrogaret quæcumque huic argumento congruant. At nihil minus præstitit Auctor tum in præsenti, tum in aliis orationibus, in quarum titulis id ipsum legere est. Neque iterum suspicari licet, sacrarum Scripturarum nomine hic venire *Historiam illam duodecim Tribuum;* nam et in hoc et apertius in aliarum orationum titulis Scripturæ sacræ ab eadem historia distinguuntur. Censeo itaque, sacrarum Scripturarum nomine hic nihil aliud significare Auctorem voluisse, quam ecclesiastica antiquiorum doctorum scripta. Eo autem verius de hisce lucubrationibus id enuntiatur, quo certius ac manifestius Auctor non tam mutuari, quam exscribere ab aliis consuevit.

[a] Verba *præsens solemnitas* necessario ex contextu supplenda visa sunt, ut sensus clarior evaderet, imo ut sibi constaret. Quamquam nec debent suppleta videri, cum infra diserte occurrat vox ἑορτή, quam unam habes, quacum conjungas vocem δεχομένη.

εἰς οἰκείαν ἅπαντας συγκαλεῖται μέθεξιν, καὶ φαιδρύνει τὸ πλῆθος τῇ τῶν χαρίτων ἐπιλάμψει· οὐκ ἐκ μετοχῆς τινὸς τὴν τοῦ φωτὸς ἐπίτασιν δεχομένη, τῇ μεταδόσει δὲ τὴν οἰκείαν εἰς τοὺς ἀγειρομένους ἐφαπλούσῃ καὶ παραδεικνύσῃ[1] λαμπρότητα, τῇ περιφανείᾳ τῆς αἴγλης συνεπεκτείνεται· καὶ ὥσπερ ὁ ὁρώμενος οὗτος ἥλιος ἔχει μὲν παρ' ἑαυτῷ, καὶ τῶν ὄψεων ἀποκρυπτόμενος, τὸ φαιδρότατον· διανίσχων δὲ καὶ ἐξ ἠλιβάτων προκύπτων ὀρέων, ἐπὶ τὰ κάλλιστα μὲν ἐφαπλοῖ τῆς κτίσεως τὰς ἀκτῖνας, τῇ ἐκείνων δὲ περιαυγάσει, τὴν τοῦ ὑαύματος συνεπιτείνει μεγαλειότητα· οὕτω καὶ ἡ τῷ νοητῷ φωτὶ τῆς χάριτος ὑπεραυγαζομένη σήμερον ἑορτή, ἔχει μὲν καὶ καθ' ἑαυτὴν τὸ ἀειλαμπὲς, ὑπερεκτείνει δὲ τοῦτο, τῇ ἀναλόγῳ τῶν συντρεχόντων καὶ φωτιζομένων συνελεύσει· οὐκοῦν ἐπειδὴ ταῖς μυστικαῖς αὖτη τοῦ πνεύματος ἀκτῖσι καταυγάζει,

[1] Cod. Vatican. habet ἐφαπλούσῃ καὶ παραδεικνύσῃ, quas voces, ut patet, conjungit cum μεταδόσει. At placet magis ἐφαπλοῦσα (al. φανεροῦσα) καὶ παραδεικνῦσα, pronti legitur in Georgii Nicomediensis Oratione prima in Deiparæ Conceptionem (apud Combef. Auct. tom. I, col. 995), unde hæc periodus exscripta.

accurrunt, splendoris incrementum reciperet, quidpiam a nobis participat; quin immo ipsa fulgores suos in eos, qui conveniunt, larga effusione emittens atque expandens, semet lucis propriæ claritate longius protendit. Et quemadmodum sol iste corporeis oculis conspicuus habet quidem per se, etiam cum ab intuentium aspectu subtrahitur, ut lucidissime effulgeat; dum vero exoritur, atque e celsis montium verticibus vultum promit, in creaturas quasque pulcherrimas suos ita radios explicat, ut harum quoque dum circumquaque jubar emicat, admirandi spectaculi magnificentia augeatur; haud aliter hodierna quoque festivitas, spirituali gratiæ luce supra modum refulgens, habet quidem et in semetipsa jubar indeficiens; hoc ipsum tamen pro eorum frequentia, qui accurrunt atque illuminantur, mira quadam ratione diffundit. Cum itaque mysticos Spiritus radios ipsa

φωτίζονται δὲ πάντες οἱ ἐν ταύτῃ συντρεχόμενοι, κρεῖττον ἂν εἴη παντὸς αἱρετοῦ, προσδραμεῖν αὐτῇ προθύμως καὶ φωτισθῆναι, καταυγασθῆναί τε τὴν διάνοιαν, καὶ περιλαμφθῆναι φωτὶ νέφει τῶν ἐπικήρων μὴ καλυπτομένῳ. Τοιαύτη γὰρ ἡ ἐν τῇ παρούσῃ εὐφροσύνῃ ἐφαπλουμένη λαμπρότης καὶ οὕτω διαρκεστέραν, μᾶλλον δὲ ὑπερφανῆ τοῖς φαινομένοις, τὴν αἴγλην ἐνίησι.

II. Σήμερον γὰρ, τῆς νοητῆς νεφέλης ἐφαπλοῦσθαι κηρυττομένης, αἱ τοῦ ἀδύτου μὲν φωτὸς προανίσχουσιν εἰς τὸν κόσμον ἀκτῖνες· τὸ κρατῆσαν δὲ τῆς ἀθείας ἀπομειοῦσθαι καὶ ἀπελαύνεσθαι ἄρχεται σκότος· σήμερον, τῆς τοῦ θεϊκοῦ σκηνώματος οἰκοδομῆς μηνυομένης, οἱ τῆς εὐσεβείας μὲν καταπήγνυνται θεμέλιοι, ἐκ βάθρων δὲ τὰ τῆς ἀσεβείας ὀχυρώματα κατασείεται· σήμερον, τῆς βασιλικῆς ἐξυφαινομένης ἁλουργίδος, ἡ τοῦ τῶν ὅλων βασιλέως προκαταγγέλλεται ἐνδημία.

Τὰ μὲν γὰρ ἐνέχυρα προτέθειται, καὶ ἡ ἀνύμφευτος προκέκριται νύμφη· τὸ δὲ παλάτιον καὶ παρῆκται καὶ ἡτρέπισται σήμε-

---

emittat, illustrentur autem omnes, quotquot ad ipsam convenient; nihil prorsus optandum magis est, quam ut quisque ad eam alacriter properet, et illuminetur, menteque collustretur, atque illa luce, quæ nebulis corruptibilibus non obducitur, perfundatur. Ejusmodi enim est splendor, qui in læta hac celebritate se explicat, et hæc ratio est qua perennius lumen, micantiusque convenientibus ingeri.

II. Hodie enim, dum spiritualis illius nubis prædicatur expansio, mundo præoriuntur inoccidui lucis radii; quæ vero dominabantur infidelitatis tenebræ, imminui incipiunt ac dispelli. Hodie, dum tabernaculi divini annuntiatur exstructio, pietatis quidem fundamenta jaciuntur; ab imo vero concutiuntur impietatis munitiones. Hodie, dum contexitur regalis purpura, universorum Regis adventus prænuntiatur.

Jam enim arrhabo proponitur, et sponsa innupta deligitur; regale quoque palatium hodie productum est ac præpara-

ρον· οὐκοῦν ἡγεῖται μὲν τῆς κατὰ τὴν ἄῤῥητον οἰκονομίαν εὐφροσύνης ἡ παροῦσα φαιδρότης· διὰ τοῦτο δὲ δεῖ τὴν προεόρτιον ταύτην καὶ τοῦ τέλους αἰτίαν προπανηγυρίζοντας, φαιδροὺς μὲν τῷ φαινομένῳ, φαιδροτέρους δὲ τῇ ψυχικῇ κοσμιότητι, τὴν παροῦσαν ἐπαίνοις καταστέφειν πανήγυριν, σκιρτᾷν εὐθυμότερον, εὐφραίνεσθαι πνευματικώτερον μᾶλλον ἢ σωματικώτερον, τῇ τῶν

tum [a]. Præsens itaque celebritas præludium [b] atque inchoatio ejus est lætitiæ, quæ ex ineffabili incarnationis dispensatione dimanat. Hanc itaque solemnitatem, quam velut præambulum quoddam ad finem illum, ac tanquam ejusdem principium celebramus, exteriori quidem habitu nitentes, at magis interiori animæ apparatu splendentes laudibus coronemus oportet, choreasque hilariores ducamus, et spiritu magis quam corpore exsultantes

[a] Ex hisce manifestissimum fit, quo spectaret festivitas Conceptionis Deiparæ, quidve de eadem Conceptione Orientalis Ecclesia sentiret. Celebrabatur scilicet *expansio spiritalis nubis, exstructio divini tabernaculi, textura purpuræ quam Rex induturus erat, electio sponsæ, productio regalis palatii*, atque ejusdem *præparatio*. Quæ quidem omnia ad Deiparæ *Conceptionem* referri tum rei natura tum occasio, qua dicebantur, aperte proclamant. Cujusmodi porro fuerit hæc, quæ variis imaginibus adumbratur, divini tabernaculi exstructio ac præparatio, norunt fideles omnes; eamque tum ad animam tum ad corpus S. Deiparæ referri canit Ecclesia inquiens: *Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante præparasti.* Proinde in hymnis hujus festi Ecclesia Orientalis usurpans illa Proverbiorum cap. IX, vers. 1, profitebatur, Deum in Virginis Conceptione sibi domum ædificasse: ita enim in Men. ad diem IX Dec. ad finem Matutini: *Dei sapientia ex sterili utero* (nempe S. Annæ) *sibi domum ædificat, Mariam nempe Deiparam; quam eia generationes omnes pro merito celebremus* (ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία οἰκοδομεῖ τὸν ἑαυτῆς οἶκον ἐκ στείρας νηδύος τὴν θεοτόκον Μαριάμ· ἣν μακαρίσωμεν πᾶσαι αἱ γενεαὶ κατὰ χρέος).

[b] Quod diximus *præludium*, græce habes προεόρτιον: est autem Græcis προεόρτιον festivitas, qua mysterii alicujus celebrationem immediate præveniunt, ac Latini *pervigilium* appellare solemus. Solemniter igitur Conceptionis Deiparæ festum agebatur ea etiam de causa, quod inchoatio quædam sit festivitatis, qua Incarnatio Dominica celebratur.

νοερῶν καὶ θείων ἁμιλλᾶσθαι τάξεων ἀγαλλιάσει, πᾶσαν ἁπάντων προτρεπομένων[1] διανιστᾷν ἐν τούτοις τὴν κτίσιν.

III. Ἀλλὰ προφθάνει τὸν συγκαλοῦντα λόγον ἡ τῶν ἀγγέλων χοροστασία, καὶ τὴν, δι' ἧς τὸ τοῦ μυστηρίου κατεῖδε πέρας, ἀνευφημεῖ σήμερον· προφθάνουσι καὶ οὐρανοί, καὶ τὰ τοῦ καινοῦ καὶ ὑπερτάτου στερεώματος καταγεραίρουσιν ὕψη· προτρέχουσι φωστῆρες, καὶ ταῖς τῆς τοῦ νοητοῦ ἡλίου νεφέλης ἀκτῖσι φαιδρότερον καταγλαίζονται· αὐτόκλητος ἡ γῆ παραγίνεται, καὶ τῷ οἰκείῳ σεμνύνεται καὶ συνεπαίρεται βλαστήματι· καινοῖς ἡ τῶν ὑδάτων ἐξάλμασιν ἐπισκιρτῶσα φύσις τῇ τοῦ ἁγιασμοῦ αὐτῆς δορυφορεῖ προξένῳ.

[1] Forte melius cum Cod. Combef. ἅπαντας προτρεπομένους.

---

intellectualium ac supernorum Ordinum exsultationem æmulemur, dum universi omnem ad id ipsum ciere aggredimur creaturam.

III. At ecce nostram omnem excitantem vocem prævenit Angelorum chorus, et eam, per quam impletum conspexere mysterium, hodierna die collaudant; cœli quoque præveniunt, et novi[a] hujus ac sublimissimi firmamenti celsitudinem honore prosequuntur; præcurrunt astra, et radiis illius nubis, quæ solem spiritualem involvit, præclarius illustrantur; spontanea adest tellus, suoque ipsius germine gloriatur ac merito superbit. Omnis denique natura novis aquarum scaturiginibus suo modo tripudians, sanctificationis suæ conciliatricem veneratur.

[a] Huc spectant et illa Damasceni, seu melius Theodori Studitæ (In Nat. Deipar. Orat. II, n. IV): *Cum itaque omnia corruptio occupasset, motus misericordia Deus, ne quem suis ipse manibus efformaverat, in nihilum cederet, penitusque aboleretur, cœlum aliud novum, terramque ac mare fabricat... Isthæc porro est beata multipliciterque celebranda Virgo.* Porro si opus restaurationis sumpsit exordium a creatione novi cœli; repugnat plane contextui et rei naturæ, creatum fuisse cœlum æque corruptum atque ea, quæ instauranda erant. Cum itaque Deiparæ Conceptio celebretur uti novi cœli seu

IV. Πάντων τε τὴν ἰδίαν ἐπιδεξιουμένων [1] σήμερον παῤῥησίαν, οἰκειοτέρως ἂν ἔγωγε τὴν γνησιωτάτην συγκαλεσαίμην φύσιν, διαπρύσιον ὧδε κεκραγώς· Ἄγε μοι πᾶσα ἡλικία καὶ ἅπαν ἀξίωμα, ὅσον τε τῆς ἐγκοσμίου, καὶ ὅσον τῆς ὑπὲρ ταύτην τάξεως· ἱερεῖς τε καὶ βασιλεῖς, καὶ οἱ τὴν ἄνω στάσιν καὶ τὸ πολίτευμα ἐν τοῖς κάτω ἐπιδεικνύμενοι, ἄρχοντές τε καὶ ἀρχόμενοι, πρεσβύτεροι καὶ νεώτεροι, παρθένοι καὶ μητέρες καὶ στεῖραι, καὶ οἱ περὶ τὴν ἀκακίαν νηπιάζοντες, σὺν εὐφροσύνῃ θειοτέρᾳ, τὴν σωτήριον ταύτην καὶ ὑποδεξώμεθα καὶ διανευφημήσωμεν ἡμέραν.

Ἐν ταύτῃ γὰρ τὸ πᾶσι κατάλληλον ἀπεκυήθη σεμνολόγημα· ἐν ταύτῃ ἐξ ἀγόνων λαγόνων ἐβλάστησεν ὁ τῶν ἱερέων κόσμος, τὸ βασίλειον κράτος, ἡ τῶν ἐν ἀρετῇ τελειότης· τῶν ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων ἡ ἀστασίαστος εὐταξία, ἡ τῶν νηπίων σύνεσις, παρθένων τὸ ἐγκαλλώπισμα, μητέρων ὁ στέφανος, τῶν ἀτεκνούντων ἡ

[1] Melius, ut Georgii Codices legunt, ἐπιδειξαμένων.

IV. Cum res itaque universæ hodierna die propriæ exsultationis signa tanta fiducia dederint; potiori egomet jure, maxime nobilem compellabo creaturam, altisona voce ita clamans: Age mihi omnis ætas, omnisque dignitas, quotquot ordines estis in mundo et quotquot super illum, sacerdotes et reges, et qui in superioribus estis constituti, et qui in inferioribus vitam agitis; principes et subditi, senes et juvenes, virgines et matres ac steriles, quique innocentia estis infantes; salutiferam hanc diem diviniori cum gaudio suscipiamus, ac celebremus.

Hac enim die progenita est communis omnium gloriatio; hac die ex infœcundis germinavit lumbis sacerdotale decus, regale robur, eorum, qui in virtute exercentur, perfectio, principum et subditorum inconcussus ordo, parvulorum intellectus, virginum ornamentum, matrum corona, infœcundarum fœcunditas, steri-

novæ terræ formatio, manifestissime ab ipsa excluditur quævis corruptionis suspicio.

εὐτεκνία, στειρώσεως ἡ λύσις· ἐκ στείρας ἡ τῶν ἀγαθῶν ἠνθοφόρησεν ἀφθονία· ἐκ δικαίων ὁ δικαιότατος ἐπλεόνασε καρπός.

Ἀλλὰ τίς ἂν ἐγκωμιαστῶν ἐπίδειξις ὀφθείη; τίς παράδοξος τῶν παραδοξοτάτων ἂν ἐφευρεθείη τιμή; ἀναλογίζου μοι τὴν τῶν δικαίων ἁπάντων καὶ προφητῶν ἐκλογήν, τήν τε πρὸς τὸν ἐκλεξάμενον θεὸν οἰκειότητα, καὶ ὄψει τὴν Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης ἀσύγκριτον ὑπεροχήν, ὄψει τὸ ὑπὲρ ἔννοιαν αὐτῶν καὶ προτετιμημένον καὶ δεδοξασμένον ἀξίωμα· σκόπει γοῦν, ὅπως ἅπασαν συγκριτικὴν ἀντιπαράθεσιν τὰ κατ' ἐκείνους διαδιδράσκει· ἐκ τῶν ἐκείνων αἱμάτων, ὡς βασιλικωτέρων ἀρεταῖς, τὴν βασίλειον τοῦ γένους ἀνυφιέννυται πορφύραν.

V. Ἀλλὰ συνοῖσον ἂν εἴη τῇ τε πανηγύρει καὶ τῇ τῶν πλεονε-

---

litatis solutio; e sterili efflоruit opulentia bonorum; justissimus ex justis fructus exuberavit.

At quæ tandem laudum videri posset exaggeratio? quis honor nimium insolens in rebus omnium maxime insolitis reperiri queat? Cogita, quæso, justorum ac prophetarum electionem: cogita eorum cum Deo, qui eos elegit, familiaritatem: et incomparabilem cernes Joachimi et Annæ supereminentiam, cernes eorum dignitatem præter modum omnem honore cumulatam et glorificatam. Inspice, inquam, quomodo quæ ad eos pertinent, comparationem omnem excedant; (quando) ex sanguine eorum, quippe qui propter virtutes vel eminentiam regiam superarent, ipse (Dominus) regiam naturæ nostræ purpuram indutus est [a].

V. Verum utile fuerit tum præsenti celebritati, tum ipsorum

[a] Purpura, a Christo induta, caro est S. Virginis, quæ ex sanguine Joachim et Annæ erat: hujus autem purpuræ textura, ut sup. § II Auctor dixerat, in festo Conceptionis celebrabatur. Supplevimus hoic nonnulla; et revera supplenda fuisse patet ex collatione cum Georgii loco (apud Combefis. Auct. vol. I, col. 1050), e quo Jacobus hæc desumpsit.

κτημάτων αὐτῶν φανερώσει, εἰ βραχέα τινὰ τῆς τὰ περὶ ἐκείνους ὑφηγουμένης διαναπτύξαιμεν ἱστορίας· οὕτω γὰρ τρανοτέραν ἡμῖν τὴν τῶν λεγομένων καθυποδείξειεν ἀλήθειαν· ἔχει δὲ, ὡς ἀπ' ἀρχῆς αὐτῶν εἰπεῖν τὸν λόγον, ὧδε· ἐν ταῖς ἱστορίαις, φησὶ, τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραήλ· ἦν τις Ἰωακεὶμ πλούσιος σφόδρα· τί δὴ τὸ, ἐν ταῖς ἱστορίαις, ὑποσημαίνειν βούλεται; ἐν ταῖς γενεαλογίαις φησὶ τῶν δώδεκα τοῦ Ἰσραὴλ φυλῶν· δείκνυσι γοῦν αὐτὸν ἐντεῦθεν ἀνεπίμικτον ἄνωθεν τὸ βασίλειον κατάγοντα γένος, προγονικαῖς τε καὶ οἰκείαις γεραιρόμενον εὐνομίαις, καὶ ὡς ἐπίσημόν τινα καὶ ἐξαίρετον ἐν ταῖς τοῦ Ἰσραὴλ προκρινόμενον φυλαῖς.

Εἶτα καὶ τὸν πλοῦτον τεκμήριόν τι τῆς ὑπεροχῆς ὁ συγγραφεὺς τεθεικὼς, λέγει καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἰδιαίτατον ὁμοῦ καὶ πάντων ὁμοφύλων ὑπεραναστηκός· προσέφερε γάρ, φησι,

---

prærogativis illustrandis", pauca quædam persequi ex historia, quæ ab ipsis sumit exordium; sic enim manifestius eorum, quæ dicuntur, veritas elucescet. Sic porro, ut a principio eorum exordiamur, habet narratio: *In historiis duodecim tribuum Israelis* (ita enim scriptum est), *erat quidam Joachimus valde dives.* Quid porro illud significat, *in historiis? In genealogiis* nempe duodecim tribuum Israelis. et per ista oppido vult innuere, impermixtum a majoribus regale eum genus duxisse, et tum avita, tum propria legum custodia nobilem exstitisse, ac propterea velut insignem quemdam egregiumque virum in tribubus Israelis primas fuisse consequutum.

Deinde et divitias, ceu quoddam excellentiæ argumentum, historicus cum memorasset, singularissimam illius præ omnibus contribulibus suis justitiæ eminentiam deprædicat. *Offerebat*

" Jam alias diximus, veteres in sermonibus de Conceptione Deiparæ ad parentum ipsius laudes digredi consuevisse. Vides tamen, quantopere ii et decipiantur et decipiant, qui inde concludunt, veteres hac solemnitate tantum Joachimi et Annæ memoriam, non S. Virginis Conceptionem celebrasse.

τὰ δῶρα Κυρίῳ διπλᾶ· τὸ γὰρ διπλᾶ τὰ δῶρα καθιεροῦν, τὰ τοῦ παρόντος μὲν καὶ ῥέοντος ἐκμειοῦν, τὰ δὲ τοῦ μένοντος εἰσαεὶ πληθύνειν παρεσκεύαζε θησαυρίσματα· ἢ δῆλον, ὡς οὐδὲ πλοῦτον εἴα τὸν παρατρέχοντα μένειν, πρὸς τὸ αὐτάρκες αὐτὸν ὁσημέραι συστέλλων· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ λόγος καθυποδείκνυσι· προσέφερε γὰρ τὰ δῶρα Κυρίῳ διπλᾶ λέγων ἐν ἑαυτῷ· ἔστω τὸ τῆς περιουσίας μου παντὶ τῷ λαῷ· καὶ τὸ τῆς ἀφέσεώς μου, Κυρίῳ τῷ Θεῷ μου.

Ὅρα τῆς ἐν νόμῳ δικαιοσύνης ὑπερβολήν· σκόπει τὴν ἐν ἀποστόλοις εὐαγγελικὴν ἐν τοῖς δικαίοις τούτοις προκατορθωθεῖσαν πολιτείαν, κρεῖττον δὲ λέγειν ὑπερκατορθωθεῖσαν· ἔστω τὸ τῆς περιουσίας μου παντὶ τῷ λαῷ· μηδέν, φησιν, εἴη περιττὸν τῶν ἀναγκαίων· παντὶ τῷ λαῷ τὰ ὑπὲρ τὴν χρείαν προκείσθω· πᾶσι κοινὰ τὰ τῆς περιουσίας ἐφείσθω· ὦ δικαιοτάτης καὶ γνώμης καὶ κρίσεως· ὦ πλούτου ἐν ἀσυλήτοις συγκεκομισμένου ταμιείοις· οὕτως ἡ ἐκ προοιμίων ὑπερανέστηκεν αὐτῶν ἀρετή· οὐ γὰρ εἰς ἑτέρους

---

enim, inquit, *Domino dona duplicia*. Duplicium sane donorum oblatio præsentia quidem ac fluxa bona imminuebat; sed ut mansuri in æternum thesauri cumularentur, efficiebat. Cæterum, uti manifestum est, ipse non committebat, ut fluxæ divitiæ congererentur, eas nempe tantummodo servans, quæ ad quotidianum usum satis essent. Id quidem et præfata historia indicat: *Dona enim Domino duplicia offerebat, dicens intra se: quod oblationi ex mea substantia superabundat, sit omni populo; quod vero est pro debiti mei solutione, sit Domino Deo meo.*

Vide quam longe ultra legalem justitiam progreditur! inspice evangelicam vitæ rationem apostolorum propriam in justis istis præformatam, imo melius dixerim, superatam. *Fruatur omnis populus abundantia mea*; nihil, inquit, superfluum servetur; cedant in usum omnis populi quæ mihi necessaria non sunt; in commune omnium bonum vertantur facultates meæ. O plenum justitiæ consilium ac judicium! O divitias in thesauris non prædandis reconditas! Adeo ab ipsis initiis eorum virtus excelluit!

ἀπιδὼν, οὐδὲ παραδείγμασί τισι προσεσχηκὼς, ταῦτα ἔπραττεν, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τὸ ἀγαθὸν ἐφευρίσκων, ἐξεπλήρου· καὶ οὐχ ὑποβήκαις παλαιαῖς καὶ νομοθεσίαις πρὸς τὸ τοιοῦτον χειραγωγεῖται κατόρθωμα· ἀλλ' αὐτὸς κατάρχει τῆς τῶν καλῶν ἐργασίας, καὶ πρακτικὸς νομοθέτης τοῖς μετ' αὐτὸν καθίσταται· ὅρα, πῶς ἀξιολόγως τῶν ἁπάντων οὗτοι δικαίων προκέκρινται· ἀξιολόγως δὲ λέγω, οὐ τῇ τοῦ μυστηρίου δωρεᾷ· ὑπὲρ γὰρ ἁμοιβὴν ἔργων ἡ χάρις· τῇ δὲ τῶν ὁμοφύλων ἀντιπαραθέσει.

VI. Ἀλλ' ἀκόλουθον πρὸς τὸ τῆς ἱστορίας ἑξῆς ἰέναι· φησὶ γάρ, ὡς, ἐθίμως κατ' εὔσημόν τινα τῶν ἑορτῶν προσάγοντι τὰ δῶρα, ὁ παρὰ τῶν συμφυλετῶν δι' ἀτεκνίαν ἐπετρίβη ὀνειδισμός· οὐκ ἔξεστι γάρ σοί, φησι, προσενεγκεῖν τὰ δῶρά σου, καθότι σπέρμα οὐκ ἐποίησας ἐν Ἰσραήλ.

Neque enim ad alios respiciens, aut ullius sibi proposito exemplo hæc præstabat; sed ipse per se id excogitans, quod optimum esset, adimplebat: neque veteribus præceptis aut institutis ad præclara hæc facta instruitur; sed ipse eximiis hisce operibus initium dedit, iis, qui post se futuri essent, exemplo suo institutor exsistens. Vide igitur, quomodo justis omnibus merito prælati sint; merito, inquam, non quod attinet ad donum mysterii proprium (nam omnem operum mercedem gratia excedit), sed comparatione cum ipsorum gentilibus instituta.

VI. Sed juvat reliquam historiam prosequi. Refert enim ipsum, cum recurrente insigni quadam festivitate dona sua de more oblaturus accessisset, a quopiam contribuli suo" acerbissimis probris, propterea quod careret prole, exceptum fuisse. *Non enim*, inquit, *tibi licet dona tua offerre, cum semen in Israel non suscitaveris.*

" Dicendum est, aut ab hujus historiæ exemplari, quo scriptor usus est, abfuisse nomen ejus, qui Joachimum maledictis incessisse perhibebatur, aut certe scriptorem consulto verba facere ea de re noluisse. In hac enim oratione nihil occurrit eorum quæ de Ruben et tribu Rubenitica disputari vidimus

Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, οὐκ ἔξεστί σοι πρῶτον προσενεγκεῖν, περιέχει· εἰκὸς γοῦν αὐτόν, ἅτε δίκαιον ὄντα, καὶ τῇ διττῇ σεμνυνόμενον εὐγενείᾳ, προκρίνεσθαι τέως ἐν ἅπασι, κἂν τῇ τῶν δώρων ἀφιερώσει· τοῖς δὲ οὐκ ἀνεκτὸν διαφθονοῦσι προσῆν, μηδὲν δὲ ἔχουσιν ἐκ τοῦ κατ' ἐκεῖνον ἐπισκήπτειν βίου· οὐ μόνον γὰρ ἀνεπίληπτος αὐτοῖς οὗτος, ἀλλὰ καὶ ἀκαταιτίατος τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς ἀρετῆς διεγινώσκετο· τὴν ἀπαιδίαν εἰς ἀφορμὴν τοῦ μὴ κατὰ λόγον εὐνομεῖν αὐτῷ προβάλλονται· τοῦτο δὲ προμηθείας ἦν τῆς ἀνωτάτω, τὸ ἀγόνους τέως μέχρις ἐκείνου τοὺς δικαίους διατελεῖν, καὶ τὸ δι' ἐντεύξεως τηνικαῦτα πρὸς τὴν τεκνογονίαν διαναστῆναι· τὸ μὲν γάρ, τὴν πρὸς Θεὸν αὐτῶν ὑπέφηνε παῤῥησίαν, αἰτήσασι γὰρ οὐκ εἰς δευτέραν ὑπερετέθη· τὸ δὲ, τὸ τῆς εὐδοκίας τοῦ μυστηρίου συντετμημένῳ καιρῷ ἐνεργούμενον.

VII. Ὀνειδισθεὶς οὖν ὁ δίκαιος, ἢ καὶ ἀποπεμφθείς, ἀνιᾶται

Quædam vero exemplaria habent : *non tibi fas est, ut primus offeras*. Æquum profecto erat, ut ipse, quippe qui et justus erat, et duplici nobilitate conspicuus, primas ferret, cum in omnibus, tum in donis offerendis. Atqui id invidis intolerabile accidebat, cum tamen nihil haberent, quod in ejus vita possent carpere ; non solum enim cujusvis expers culpæ, sed et extra accusationis aleam ob virtutis excellentiam positus cognoscebatur. Ut itaque contenderent, eum secundum legis præscripta non agere, orbitatem filiorum objiciunt. Hoc vero, videlicet justos istos usque ad id temporis infœcundos permansisse, tunc autem ad obtinendam per preces sobolem fuisse excitatos, supernæ fuerat providentiæ. Alterum enim fiduciam eorum in Deo, quando petentibus non dilatus est in posterum petitionis effectus, patefecit ; alterum vero mysterium gratiæ definito tempore completum ostendit.

VII. Contumeliis itaque affectus, vel repulsam insuper passus,

in præcedenti Petri Argivi oratione, ac multo amplius in oratione Johannis Eubœensis.

σφοδρότερον· οὐχ ὡς τοῖς λόγοις πεπληγὼς, ἢ ἀδοξήσας τῷ πράγματι, ἀλλὰ δεδιὼς, μήπου τις αὐτῷ τῶν θείων ἐντολῶν παροφθεῖσα, παρὰ Θεοῦ μὲν τὴν ἀπόπεμψιν ἔτεκε, δι' ἀνθρώπων δὲ εἰς τοὐμφανὲς παρήχθη· οὕτως ἦν ἔν τε τῇ περὶ τῶν νόμων πληρώσει, καὶ τῇ τῶν ἀφανῶν τοῦ συνειδότος ἐξετάσει, ἀκριβέστατος λογοθέτης· οὕτως θείας ἡγεῖτο τὰ περὶ αὐτοῦ προνοίας ἅπαντα· διὰ τοῦτο οὐ διηνέχθη, οὐ τοῖς λόγοις ἀντικατέστη, οὐ τὸ μὴ κεκωλύσθαι τῶν ἐθίμων μέχρις ἐκείνου, διά τε τὸ τοῦ βίου καὶ τὸ τῶν δωρεῶν ἀνεπίληπτον, προσελάβετο [1]· ἀλλ' ὁμοῦ τε τὴν δι' ὀνειδισμοῦ ἐπίπληξιν εἰσεδέξατο, καὶ ἐπὶ τὸν τῶν ἀπορρήτων ἐξεταστὴν καταφεύγει Θεὸν, καὶ τὴν ἐρημίαν, ὡς συνεργὸν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὁμιλίας, καταλαμβάνει, μήτε αὐτῇ τῇ συνοίκῳ καὶ ὁμογνώμονι φανείς, ἢ κοινωσάμενος τὴν γνώμην, μήτε τοῖς κατ' οἶκον

[1] Vatic. Codex προσεβάλλετο: forte προεβάλλετο, vel melius προελάβετο, ut habet Georg. Nicomed. (Orat. III in Concept. Deip. Auct. Combef. tom. I, col. 1056), unde hæc mutuata.

---

gravissimo vir justus corripitur mœrore, non quia maledictis impetitus fuisset, aut quia existimationis subiisset jacturam; sed quod vereretur, ne qua mandatorum divinorum negligentia hoc sibi repudium apud Deum peperisset, in propatulum autem per homines perferretur. Adeo et in legibus adimplendis et in occultis conscientiæ inquirendis exactor erat solertissimus! Adeo divinæ providentiæ omnia, quæ ad se pertinerent, deputabat! Idcirco non contendit, non rixatus est, non objecit, se ad illam usque diem nunquam a consuetis donis offerendis prohibitum fuisse, sive vitæ suæ sive donorum ratione habita, quod utrumque reprehensione careret. Verum et contumeliosam patienter tulit objurgationem, ac simul ad Deum occultorum scrutatorem confugit; atque in solitudinem tamquam agendo cum Deo aptissimam, ne ipsi quidem conjugi, eique unanimi, se sistens, aut consilium suum aperiens[a], neque domesticis curam externorum

[a] Alii contra narrant, communi consilio Joachimum et Annam ad jejunia ac

τὴν περὶ τῶν ἐκτὸς ἐπιμέλειαν διαθέμενος· τίς τοιαύτην, κἀν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐλπίδα πρὸς Θεὸν ἀδίστακτον, καὶ τῶν παρόντων καταφρόνησιν ἐπεδείξατο; μήτι γε ἐν τοῖς κατ' ἐκεῖνο καιροῖς, ἐν οἷς καὶ τῶν μετριωτέρων καὶ τεθεσπισμένων ἀρετῶν ἐργώδης ἦν ἡ ἐκπλήρωσις.

VIII. Καὶ παρείσθω νῦν τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἀβραάμ· ὑπεξῃρῆσθαι γὰρ τῷ χρόνῳ καὶ τῷ τῆς δικαιοσύνης ἐνεστηκότι, ὡς τῶν πάλαι, καὶ τούτου δόξειεν ἄν τισι· πλὴν εἰ καὶ ταῦτά τις ἀντεξετάζειν ἐκείνοις βούλοιτο, πολλὴν ἂν τὴν ὑπεροχὴν τῶν προκειμένων κατόψοιτο· ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἥ τε μετανάστασις, καὶ ἡ, ἐφ' ᾗ ἂν παροικήσειεν, ἐρρήθη γῆ· ἔτι μὴν καὶ ἡ τῆς ἀπαιδίας καὶ στειρώσεως τῆς Σάρρας λύσις, ὑπὸ **τοῦ** ἀψευδοῦς προεπήγγελται· ἅπερ δὴ κατέχων ὑποσχέσει, τὴν μὲν ἐλπίδα ἔτρεφε, τὴν δὲ

---

committens, sese recepit. Quis vel nostris hisce temporibus firmam adeo in Deum spem, ac temporalium contemptum ostendisset? nedum ætate illa, quando etiam modicas, etiam præscriptas virtutes exercere arduum videbatur.

VIII. Et silentio quidem nunc prætereantur res patriarchæ Abrahæ. Hic enim quemadmodum tempore, sic et virtutis eminentia, non vetustiores modo, sed et virum istum superasse quibusdam forte videbitur. Quamquam si quis ea gesta, quæ nunc exponimus, cum illis conferre vellet, multum enimvero præsentia hæc illis antecellere deprehenderet. Et sane illi tum transmigratio, tum terra in qua sedem defigeret, prænuntiata fuit; insuper ab eo, qui mentiri nequit, tum orbitatis filiorum, tum Saræ sterilitatis cessatio prædicta fuit. Quæ quidem cum propter promissionem jam veluti teneret, spem interim alebat, animumque confirmabat ad felicem exitum precibus consequen-

preces confugisse. Nil mirum; quoties enim de rei adjunctis silet historia, perpetuo usuvenit, ut, dum quisque quod sibi verisimile videtur excogitat, in plures ac diversas sententias singuli abeant.

γνώμην πρὸς τὴν δι' αἰτήσεως ἔκβασιν ἐψυχαγώγει[1]· τί γὰρ ἂν εὐθυμότερον τῆς ὑποσχέσεως ὀφθείη Θεοῦ;

Ὁ δὲ ἀνεπαγγέλτως μὲν παρὰ τοῦ δυνατοῦ πάντα τὰ μὴ δυνατὰ περαιοῦσθαι, καὶ τὴν φύσιν μεταρίθμυζεσθαι πιστεύσας, πρὸς ἀφανῆ δὲ τὴν αὐτοῦ προμήθειαν τὰ τῆς ἐλπίδος ἐρείσας, οὕτω καὶ τὴν τῶν οἰκείων διάστασιν, καὶ τὴν ἔμμονον πρὸς αὐτὸν δι' ἐντεύξεως ποιεῖται ὁμιλίαν.

Καὶ ὁ μὲν, τεκμηρίων τῆς τε κατασχέσεως τῆς γῆς καὶ τῆς τοῦ γένους ἐπισθόσεως δεῖται· καὶ ὅτῳ τρόπῳ τὰ ἐπαγγελλόμενα πληρωθεῖεν, ἐξαιτεῖται· ὁ δὲ, ὥσπερ ἐν τῇ εὐχῇ τὸ ἀνενδοίαστον, οὕτω καὶ τὸ εἰσεπήκοον ἀνενεχθῆναι πιστεύσας, καὶ ὑπὸ ἀγγέλου τὸν τόκον εὐαγγελίσθη, καὶ οὐχ ὡς ἂν ἐκβαίη τὸ εὐαγγελιζόμενον αἰτεῖται· ὡς γὰρ πλήρωμα, τὸ μήνυμα κατασχὼν, εἶχεν.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ τῆς θυσίας ἐνταυθοῖ προσκαλούμενον ἐξετα-

[1] Cod. ἐψυχαγώγη.

---

dum. Quid enim ad erigendos animos efficacius, quam Dei promissio videri queat?

Hic vero nulla adhuc promissione accepta, credidit, ab omnipotente etiam impossibilia perfici, naturamque posse immutari, firmamque in occulta illius providentia spem defixit: ac propterea a domesticis sese curis subtrahens ad Deum precibus insistere perseverat.

Ille quidem, ne de futura terræ possessione, deque miro posteritatis suæ incremento dubitaret, signo aliquo indiguit: tum etiam qua ratione implenda ea essent, quæ promittebantur, exquisivit. Hic autem certo credens, qualis cujusque sit in orando fiducia, talem votis exitum respondere, idcirco ab Angelo de suscipienda prole monitus est, neque tamen qua ratione eventurum id esset, ab Angelo percontatus est. Nuntium enim perinde ac promissi complementum habuit.

Verum enimvero nec admirandum illud sacrificium in medium

σθῆναι παράδοξον, ἐατέον· ὅπως μὲν ἐκεῖνος προστάξει, αὐτοπροαιρέτως δὲ οὗτος, ἱερούργησε· καὶ μονογενῆ μὲν κυρίως οὗτος· ἐκεῖνος δὲ τῷ τῆς ἐπαγγελίας λόγῳ· καὶ ὅτι προσάξας μὲν ἐκεῖνος τὸ ἱερεῖον ἀντικομίζεται· οὗτος δὲ τῷ ὄντι καθιερώσας ὁλοκαύτωσε, καὶ ἀποδοὺς ἀνήνεγκε· καὶ πατριάρχην μὲν αὐτὸς, φυλῶν καὶ δικαίων· μητέρα δὲ οὗτος Θεοῦ καὶ δικαιοτάτην πατριαρχῶν δέσποιναν· κρεῖττον γὰρ οὐ τῆς παρούσης, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀντιπαραθέσεως τὸ ἐγχείρημα· ὁρᾷς, ὅπη τὰ τοῦ δικαίου τούτου παρήλασε πλεονεκτήματα; θέα δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ διατριβήν, καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν καρτερίαν, ἣν ἀγγελικὴν προσήκει λέγειν διαγωγήν· ὡς ξένη καὶ ἀκατάλληλος τῇ τε τῶν πραγμάτων καὶ λόγων ἀντιπαραθέσει καθέστηκε· τεσσαράκοντα γὰρ τοῦτον ἡμέρας καὶ

---

accire ac perpendere heic absonum videatur : quomodo nimirum ille quidem imperio accepto, hic autem sua sponte sacrificaverit: atque hic quidem proprie unigenitam ; ille vero eum, qui promissionis tantum ratione habita velut unigenitus haberi poterat[a]: ac rursus quomodo victimam utique adduxerit, intactam tamen eamdem receperit ac secum reduxerit ; hic vero holocaustum, quod voverat, reipsa perfecerit, oblatumque reddiderit : ac demum ille quidem tribuum et justorum patriarcham ; hic autem Dei matrem atque dignissimam patriarcharum reginam obtulerit. Egregium sane ejusmodi facinus non hanc modo, sed quamlibet comparationem excedit. Videsne ergo, quantopere justi hujus prærogativæ superemineant? Perpende porro et vitam ejus in solitudine traductam, eamque supra naturæ vires abstinentiam (quam vitæ rationem angelicam potius par est appellare) ; quam peregrina exstitit, quam insolens, sive gesta conferas

[a] Hæc manifeste respiciunt ad illud Pauli (Gal. IV, 22) : *Scriptum est enim, Quoniam Abraham duos filios habuit : unum de ancilla et unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est : qui autem de libera, per repromissionem.* Joachimus autem nullam reipsa prolem, præter S. Mariam Deiparam, sortitus erat.

νύκτας ἄσιτον διατελοῦντα προσκαρτερῆσαι φησὶν ἡ ἱστορία τῇ δεήσει καὶ μόνῃ τῇ εἰς Θεὸν ἐλπίδι τρεφόμενον· ἐνήστευσε γὰρ ἡμέρας καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, λέγων· οὐ καταβήσομαι οὔτε μὲν ἐπὶ βρωτῷ, οὔτε ἐπὶ ποτῷ.

IX. Τοιαῦτα μὲν τὰ τοῦ δικαίου· τὰ δὲ τῆς συνοίκου καὶ ὁμοτρόπου Ἄννης, ὡς μεγάλα καὶ θαυμαστά· καὶ τοῦ συγκοινωνοῦ τῆς χάριτος, οὐ μόνον οὐκ ἀποδέοντα, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω χωροῦντα· διπλοῦς γὰρ αὕτη τοὺς τῆς καρτερίας διήνυσεν ἀγῶνας· ἥ τε γὰρ τοῦ συζύγου διάζευξις καὶ παροικία ἄθλος, καὶ τὰ δι' ἀπαιδίαν ἐπολισθάνουν ἄμφω ταύτην σκώμματα· πρὸς ἅπερ ἀνταγωνιζομένη, τῇ τῆς ἐλπίδος καὶ πίστεως ὑπερανεῖχε συμμαχίᾳ·

---

sive sermones! Quadraginta namque dies, totidemque noctes illum sine cibo constanter transegisse[a], precibus tantum atque in Deum spe innutritum historia tradit. *Jejunavit enim quadraginta dies ac noctes, dicens: nec cibi nec potus gratia hinc descendam.*

IX. Et hæc quidem justi illius gesta. Quæ vero præstitit Anna non minus illi morum conformitate quam conjugii vinculo constricta, quam magna ea sunt, et admiranda, quamque a conjugis gratia non modo non absunt, sed ulterius progrediuntur! Duplex enim patientiæ certamen subeundum ipsi fuit. Nam tum conjugis absentia et loci, quo hic secessisset, ignoratio, tum scommata propter prolis orbitatem inflicta, hinc inde ipsam premebant. Adversus quæ subsidio spei ac fidei decertans, superior evadebat.

[a] Plus aliquid forte Orationis auctor intellexit, quam efferre voluerit illius historiæ scriptor. Legimus in S. Lucæ evangelio (cap. II, v. 37) de Anna filia Phanuel: *Non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die:* nemo tamen suspicatus est, eam nihil cibi sumpsisse. Porro quum historiæ illius scriptor gente Judæus et Apostolis coævus censeatur, rectius quispiam existimabit, ejus verba ad communem quemdam dicendi modum referenda, quibus nihil aliud affirmare voluerit, quam quod in allegatis Lucæ verbis intelligimus.

ἀλλὰ γὰρ διττὸς αὐτῇ καὶ ὁ τοιοῦτος ἐπετρίβη ὀνειδισμός· ὁ διὰ τῶν συμφυλετῶν μὲν πρότερον· ἔπειτα δὲ ὁ διὰ τῆς οἰκέτιδος, ὃς καὶ δυσφορωτάτην τὴν ἐπίπληξιν ἐνεποίει προσαγόμενος· οὐ γὰρ οὕτω τὰ παρ' ἑτέρων ὀνείδη, ὡς τὰ παρὰ τῶν γνησιωτέρων, καθάπτεσθαι τῶν προβαλλομένων πέφυκεν, καὶ μάλιστα εἰ τῶν ἐξ ὑπὸ χεῖρα τεταγμένων προσφέροιτο ταῦτα.

Πῶς οὖν ἡ γενναιοτάτη διατίθεται; οὐδ' οὐχ ὑπό τινος τούτων τὴν ἄμαχον τιτρώσκεται προσδοκίαν· ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπιδιδόμενον μὴ καθηκόντως ἀποσεισαμένη κόσμον, τὴν δὲ πενθικὴν ἐσθῆτα περιελομένη, καὶ τὴν καθαρὰν καὶ νυμφικὴν τῇ νοητῇ συμπεριθεμένη στολήν, πρὸς τὴν εὐχὴν τῷ καθαρωτάτῳ τῇ διττῇ προσομιλῆσαι ἠπείγετο καταστολῇ· οὐκ ἐν τοῖς ἔνδον δὲ τοῦ ναοῦ χωρήσασα, τὴν ἱκεσίαν τῷ τῶν ὅλων ἀποπέμπει Θεῷ, ἀλλ' ἀτάραχόν τινα καὶ ἀπερικτύπητον τὸν τοῦ παραδείσου καταλαβοῦσα χῶρον, ἐν τούτῳ,

---

Quin etiam hæc propter sterilitatem convicia duplici ex parte ipsi inferebantur: primo quidem a contribulibus, deinde etiam ab ancilla sua, quod sane molestissimam efficit contumeliam: non enim solent eodem modo afficere, quæ ab extraneis immittuntur convicia, ac ea, quæ a domesticis, præsertim vero si hæc a quopiam subjectorum inferantur.

Quomodo autem generosissima sese gerit femina? Nihil horum invictam ejus longanimitatem frangit; sed ornamenta sibi importune oblata rejiciens[a], simulque lugubrem vestem deponens, ac puram nuptialemque stolam spirituali vesti superinduens, duplici hoc indumento exornata apud eum, qui purissimus est, precibus atque obsecrationibus insistebat. Neque vero templi interiora petens ad universorum Dominum preces effundit, sed quietum et ab omni strepitu remotum locum in horto deligens,

[a] Narratur nempe in ea historia, ancillam dominæ suæ vana quædam obtulisse ornamenta; quæ cum Anna respuisset, illam iracundia percitam in contumelias prorupisse, ac inter alia sterilitatem dominæ suæ exprobrasse.

καθάπερ ἀνυπονοήτῳ ταμιείῳ, κρυφίως ταύτην ὀδυνωμένη προὔτεινεν ἐγκάρδιον καὶ πλείονος δεομένην ἐκμελετῶσα τοῦ χρόνου.

Καὶ διατί μὴ ταμεῖον ἀπερικτύπητον ἐν τοῖς κατ' οἶκον ἀπολαβοῦσα, ἐν τούτῳ τὰ κατὰ τὸ κρύφιον καὶ τὴν ὠδινομένην προσευχὴν ἀνέτεινε Θεῷ; ὅτι οὐκ ἂν οὕτω τὸ πᾶν αὐτῇ τῆς ἐπιθυμίας ἀπήρτιστο, πολλὰ μὲν ἐχούσῃ τὰ κατὰ διάνοιαν τῆς προσευχῆς ἐκφέρεσθαι μέλλοντα, μὴ συγχωρουμένῃ δὲ ταῦτα καθαρῶς παραγυμνοῦν τῷ Θεῷ, διά τε τοὺς οἴκοι θορύβους καὶ τὰς τῶν παραγινομένων συμφυλετῶν ἐνοχλήσεις· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, οὐδὲ τὸν ναὸν καταλαβοῦσα, ἐν τούτῳ τὰ τῆς δεήσεως ἀναφέρει τῷ δεσπότῃ ῥήματα, καίτοι πᾶσιν οὗτος τοῖς ὁμοφύλοις εἰς προσευχὴν ἀφώριστο τόπος· ἀλλ' οὐδὲ οὗτος αὐτῇ τὸν ἐπιζητούμενον τῆς ἡσυχίας παρεῖχε καιρὸν, πολλὰ διδοὺς ὑφορᾶν τὰ διακόπτοντα· ἐνενόει δὲ καθ' ἑαυτὴν, ὡσεὶ καὶ καρποφοροῦντας ἰδόντες αὐτήν τε καὶ τὸν ὁμόζυγον πρότερον τῷ Θεῷ καὶ τὸν ὅλον εὐεργετοῦντας λαὸν, φθόνῳ τῷ πρὸς αὐτοὺς οἱ συγκαρποφοροῦντες τῶν Ἰουδαίων ἐπω-

---

ibi occulte velut in penetrali investigabili orationem suam, in qua et diutius perseverare satagebat, e corde ingemiscens promebat.

At cur non in ipsa domo cubiculum delegit a strepitu remotum, in quo secreta sua et preces cum gemitibus Deo offerret? Quia hoc pacto desiderio suo non plene satisfecisset; multa enim animo volvebat per orationem efferenda, neque per turbas domesticas, et cognatorum adventantium molestias, licebat ipsi ea pure Deo adaperire. Eadem de causa neque templum, in quo per preces Dominum alloqueretur, adiit, licet locus ille omnibus contribulibus suis ad orandum designatus esset. Sed ne istud quidem opportunam, quam quærebat, quietem pollicebatur, quum multa in eo essent, quibus impediri se posse metueret. Ut enim secum ipsa reputabat, si Judæi, qui oblationes simul afferebant, cum ipsam suumque conjugem dona Deo exhibentes, cunctoque populo benefacientes prius vidissent, concepta invidia eos con-

νείδισάν τε καὶ ἀπεπέμψαντο· τίνα κατ' αὐτῆς οὐκ ἂν ἐπινοήσειαν σκώμματα, μόνον αὐτὴν καὶ παρὰ καιρὸν ὁρῶντες διακαρτεροῦσαν ἐν τῷ τῆς προσευχῆς ἐπιμόνῳ; οὐδὲν δὲ τὸ κωλύον τὴν Ἰουδαϊκὴν παραπληξίαν ὑπῆρχε, μανίαν τινὰ ἢ μέθην οὕτω διακειμένης αὐτῆς καταψηφίσασθαι· οὕτω γὰρ τῇ μακαρίᾳ καὶ προφήτιδι τῇ ὁμωνύμῳ ταύτης, φημὶ τῇ πρότερον Ἄννῃ, οἱ τῶν ἄλλων ἐπιεικέστεροι δοκοῦντες εἶναι, διὰ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀντέχεσθαι, χαλεπῶς ἐπιθέμενοι προσωνείδιζον, μέθην αὐτῆς τὴν πρὸς Θεὸν διαλοιδοροῦντες ἔντευξιν· αὐτὴ μὲν γὰρ ἐκ διαπύρου καὶ νήφοντος λογισμοῦ, τὴν ζέουσαν ἐκείνην ἀνέπεμπεν ἱκεσίαν, οἱ δὲ μέθην τὴν νῆψιν, καὶ βαττολογίαν τὴν θεολογίαν, ὑπενόουν· ἡ δὲ νέα καὶ συνετωτάτη πάντων, δεδοκυῖα μή τι τῶν τοιούτων πάθοι, τὴν ἐκτενῆ προσάγουσα δέησιν, ὥσπερ τῆς οἰκίας, οὕτω καὶ τοῦ ναοῦ ἐξίσταται· τὸν ἐρημικώτερον δὲ διὰ τὸ ἔρημον τοῦ παραδείσου καταλαμβάνει χῶρον, ἐν ᾧ σοφῶς περιεσκόπει τὸ εἰλικρινὲς αὐτῇ

---

viciis lacessiverant, atque a templo ejecerant; qualia nunc in eam dicteria non intulissent, si solam et intempestis horis in diuturna oratione constanter perseverantem conspexissent? Nihil sane judaicam cohibuisset insaniam, ne illam in eo deprehensam aut amentiæ aut ebrietatis insimularent. Sic enim olim beatam illam, atque hujus cognominem, Annam[a] inquam, ii qui præ aliis videbantur modestiores, utpote qui fungerentur sacerdotio, graviter invecti dicteriis exagitarunt, ejus ad Deum supplicationem per summum probrum ebrietatem appellantes. Ipsa sane ardenti affectu ac mente sobria, ferventia illa vota promebat; ii vero sobrietatem pro ebrietate divinumque sermonem pro inepta loquacitate habuerunt. At nova hæc, omniumque prudentissima Anna, verita ne quid hujusmodi perferre cogeretur, dum prolixam effunderet orationem, quemadmodum e domesticis parietibus, ita a templo quoque abstinet, atque inter quieta horti loca maxime solitarium seligit, in quo, prout opta-

[a] Conf. I Reg. I, 13 seqq.

τῆς ἐπιθυμουμένης συντηρήσεσθαι προσευχῆς· τάχα δὲ, οὐ διὰ τοῦτο· διὰ δὲ τὴν ὄντως φανερουμένην ἀλήθειαν, τὴν περὶ αὐτῆς ἤδη προαναφωνεῖ διὰ πραγμάτων ἔκβασιν· προμηνύει τοίνυν ἡ τῆς χάριτος ἐπώνυμος Ἄννα, διὰ τῆς οὕτω προσφερομένης Θεῷ δεήσεως, καὶ λογικῆς καρποφορίας, ὡς ἀρχὴν ἤδη λαμβάνει τὸ μὴ τόπῳ περικλείεσθαι τοὺς ἀνθρώπους νομίζειν τὰς θείας ἀκοὰς, ἀλλ' ὡς πανταχοῦ παρόντος τοῦ Θεοῦ, καὶ πληροῦντος τὰ σύμπαντα, τὰς προσευχὰς ἀναφέρειν, κἀκεῖθεν τὰς ἐκπληρώσεις κομίζεσθαι τῶν αἰτήσεων· τοῦτο δὲ καὶ Ἰωακεὶμ προσημαίνων ὁ δίκαιος, τοῦ ναοῦ μὲν ὑποχωρεῖ, ἐν τῷ ὄρει δὲ τὴν εὐπρόσδεκτον ἐκείνην καὶ θαυμασίαν ἀναφέρει δέησιν· δηλῶν ἐντεῦθεν ὡς, τῆς νέας χάριτος παραγενομένης, ἔρημος μὲν τῶν τυπικῶν ἐπισκιάσεων ὁ ναὸς καταλειφθήσεται, ἐν ἅπασι δὲ τοῖς οὖσι τῆς ἐπιλάμψεως αὐτῆς αἱ ἀκτῖνες διαταθήσονται.

X. Ἀλλὰ τίνα τὰ τῆς εὐχῆς ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς Ἄννης ῥή-

---

bat, sine impedimento obsecrandi facultatem sibi fore sapienter perspiciebat. Fortassis autem non propter hoc tantum, sed etiam propter veritatem sibi plane perspectam, quid sibi obventurum esset, factis ipsis præmonstrat. Jam ergo Anna, agnominis gratiæ, per eam supplicationem Deo hac ratione oblatam perque rationabile illud sacrificium, in antecessum ostendit, cœpisse jam tempus, quo homines non amplius existiment divinas aures loci cujuspiam ambitu circumcludi, sed coram Deo ubique præsente, universaque implente, preces esse fundendas atque inde postulationes exitu non fraudari. Id vero etiam justus Joachimus præmonstravit, dum et a templo abstinuit, et acceptabilem illam atque admirandam in monte orationem persolvit, per id palam faciens, nova gratia adveniente, solitarium quidem typicarum adumbrationum templum relinquendum esse, ipsius vero lucis radios ad omnes, quicumque essent, diffundendos fore.

X. At vero quænam oratio fuit, quam Anna in horto effudit,

ματα; καλὸν γὰρ ταῦτα τῷ λόγῳ παραγαγεῖν, καὶ τὸ καινοπρεπὲς αὐτῶν κατιδεῖν· ἀπὸ γὰρ συντετριμμένης ψυχῆς, καινή τις καὶ παράδοξος, ἐνηχουμένη ἐξηκούετο φωνή· ἀκολουθία γὰρ καταρξαμένη τὴν ἱκεσίαν ἀναφέρειν ἡ δικαία, ἐλεεινολογίας ἐν τάξει, τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἐπεισάγει τῷ λόγῳ ταπείνωσιν· διὸ οὐχ ὁμογενέσι καὶ ὁμοφύλοις ἑαυτὴν ἀντιπαρατιθεῖσα τῆς ἐκείνων εὐλογίας καὶ χάριτος ἀποστερεῖσθαι δι' ἀναξιότητα λέγει· ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἀλόγων ζώων καὶ τῆς ἀψύχου κτίσεως, τῆς κατὰ τὴν εὐλογίαν ὁμοιώσεως, ἀλλοτριοῦσθαι πάντη καθυποφαίνει· διὰ τοῦτο ἐν τῇ μονῳδουμένῃ προσευχῇ, πετεινῶν καὶ τετραπόδων θηρίων τε καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων, ὑδάτων τε καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἐγγονιζόντων ζώων παρεισάγει μνήμην, ὡς ἂν τὸ ἀχρεῖον ἑαυτῆς καθυποδείξῃ· τούτοις γὰρ καὶ ἤθεσι καὶ λόγοις ἡ τοῦ δημιουργοῦ πολυεύσπλαγχνος ἐπινεύειν πέφυκε κηδεμονία· διὰ τοῦτο πάντων μὲν γεννητῶν ἀχρειοτέρα, φησὶν ἡ σώφρων, ἐγώ· ταῦτα γὰρ τῷ

---

quænam precantis verba? Nam juverit hæc quoque sermone enarrare, jucundamque eorum novitatem contemplari. Nova enim et admiranda quædam vox e corde contrito resonans audiebatur. Et sane ex ordine supplicationem suam promere justa illa incipiens, more jacentis in imis miseriis, cum beata illa humilitate preces suas conjunxit. Propterea ne gentiles quidem suas et contribules in comparationem adducit, quo nempe benedictionis et gratiæ illis impertitæ exsortem se esse, utpote indignam, profiteatur. Sed a conditione ipsorum quoque irrationabilium brutorum et creaturarum sensu carentium, quod quidem ad fœcunditatis benedictionem attinet, se prorsus alienam esse non reticet. Proinde in solitaria illa oratione, volucrum et quadrupedum et ferarum, tum terræ ac eorum quæ in terra enascuntur, tum aquarum ac viventium, quæ in his gignunt, mentionem inducit, ut inde quam misera ipsa sit ostendat: his enim affectibus et precibus misericordissima Creatoris providentia annuere postulata consuevit. Proinde, inquit prudentissima illa, omni-

σῷ καθυπουργοῦντα προστάγματι, Δέσποτα, καὶ τῆς σῆς εὐλογίας εὐμοιροῦσι καὶ χάριτος· αὐτὴ δὲ, ὡς ἀναξία, τῆς τοῦ γένους εὐκληρίας ταύτης ἐστερημένη, ξένη τῆς τῶν πολυειδῶν ζώων γονῆς καθίσταμαι· καὶ αὐτὰ γὰρ τῆς ὁμοίας μετείληχεν εὐδοξίας· πολύφορος ἡ γῆ, τὴν ἀφθονίαν θηνεκῶς κατὰ τὸ σὸν ἐπικομίζουσα πρόσταγμα· καρποφοροῦσι λειμῶνες καὶ τὰ εὐειδῆ τῶν φυτῶν ἀνθοφορεῖ βλαστήματα, καρπόν τε καίριον ὁμοῦ καὶ ἥδιστον προβάλλονται, καὶ τῇ τῶν μετεχόντων εὐχαριστίᾳ σοὶ τὴν δοξολογίαν ἀναφέρουσι· τούτων ἐγὼ τῆς χάριτος ἀμέτοχος, ἐπεὶ καὶ τὸ μὴ κατ' ἀξίαν συναριθμεῖσθαι τούτοις, δημιουργήμασί τε οὖσιν ἀγαθότητος τῆς σῆς, ἑαυτὴν καταψηφίζομαι.

XI. Τοιαῦτα τὰ τῆς Ἄννης ῥήματα, ἵνα κἀντεῦθεν εἰς ἔλεον τὸν μόνον συμπαθέστατον ἑφελκύσηται Θεόν· ἀλλὰ προφθάνει τοὺς λόγους οὗτος, καὶ πρὶν εἰς τέλος τὴν προτεινομένην ἐλθεῖν δέησιν, τὴν τῶν αἰτουμένων ἔκβασιν ὑπὲρ ἐλπίδα πᾶσαν εὐαγγελίζεται τῇ αἰ-

---

bus, quæ gignendi facultate pollent, ego deterior exsisto. Hæc enim mandato tuo, Domine, subserviunt, et benedictionis ac gratiæ tuæ partem feliciter percipiunt. Ego vero tamquam indigna, felicitatis exsors feminei sexus, gignendi facultatis multiformibus animantibus communis expers deprehendor. Hæc sane eamdem felicitatem gloriamque participant. Fœcundissima est tellus, quæ secundum præceptum tuum copiosum fructum assidue profert; fructum afferunt prata, et pulcherrima plantarum germina flores emittunt, fructumque tempestivum pariter ac suavissimum porrigunt, et per gratum eorum affectum, qui iis fruuntur, tibi gloriæ tributum persolvunt. Horum ego gratiæ expers sum, quoniam ne cum his quidem bonitatis tuæ operibus connumerari merito me posse censeo.

XI. Hæ voces erant Annæ, ut Deum, qui solus misericordissimus est, ad miserandum inflecteret. Sed prævenit ille sermones; et antequam porrecta expleretur supplicatio, de eorum, quæ petebantur, successu præter omnem spem faustum roganti nun-

τουμένη. Ἰδοὺ γάρ, φησι, λαλούσης, ἄγγελοι ἐπιφανέντες, τὸν παρ' ἐλπίδα τόκον ἐκθήσεσθαι κατεμήνυον· τῇ Ἄννῃ, φημί, καὶ τῷ δικαίῳ Ἰωακεὶμ ἐν τῷ ὄρει, ἄγγελοι τῆς τῶν ἀγγέλων τιμιωτέρας εὐαγγελίζονται τὴν κύησιν, ἄγγελοι τὴν τῆς στειρώσεως προαναφωνοῦσι σύλληψιν· ἰδοὺ γάρ, φησι, λαλούσης, ἄγγελος Κυρίου ἦλθε λέγων αὐτῇ· Ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς τῆς δεήσεώς σου, καὶ συλλήψῃ καὶ γεννήσεις, καὶ λαληθήσεται τὸ σπέρμα σου ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ· ἐπήκουσεν ὁ, πρὶν ἐννοηθῆναι τὰ τῆς δεήσεως ῥήματα, γινώσκων ταῦτα καὶ ἀναμετρῶν ἀπορρήτως· ἤκουσε δεήσεως ὁ ταύτην κινῶν καὶ ἑξακούεσθαι παρασκευάζων· ἤκουσεν ἐκ συντετριμμένης ψυχῆς ὁ διὰ τοῦτο ἐν αὐτῇ ἐπαναπαυόμενος· ἤκουσε τῆς δεήσεώς σου ὁ διὰ προφητικῶν φωνῶν τὴν ἔκβασιν αὐτῆς προαναφωνήσας.

XII. Λαληθήσεται γάρ, φησι, τὸ σπέρμα σου ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ· λαληθήσεται τῇ οἰκουμένῃ τὸ πολυθρύλλητον αὐτῆς καύχημα,

---

tium affertur. *Ecce enim*, inquit, *dum loqueretur, apparentes Angeli, partum præter spem sequuturum prænuntiavere*. Annæ scilicet et justo Joachimo in monte versanti Angeli annuntiaverunt ortum illius, quæ Angelos ipsos dignitate antecelleret: Angeli conceptum ejus, quæ sterilitate laborabat, prædixerunt. *Ecce enim*, inquit, *loquente illa, Angelus Domini venit, dicens ei: Exaudivit Deus deprecationem tuam, et concipies, et paries, et celebrabitur semen tuum in universo mundo*. Ille exaudivit, qui precationis verba, priusquam mente conciperentur, noverat, et ineffabiliter perpendebat. Ille orationem audivit, qui ad orationem excitabat, atque, ut consequeretur effectum, disponebat. Ille exaudivit cor contritum, qui propter hoc idem in illo corde moram faciebat. Ille exaudivit preces tuas, qui per voces prophetarum earumdem precum exitum prænuntiaverat.

XII. *Celebrabitur enim*, inquit, *semen tuum in universo mundo*. Enuntiabitur orbi decus hoc suum eximium, unica sua ipsius

ἡ μόνη διαδόντος αὐτῆς καρποφορία, τὸ περιώνυμον τῶν κτισμάτων ἐγκαλλώπισμα· λαληθήσεται τὸ λάλον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως στόμα, ἡ εὔλογος τῶν σιγησάντων ἀπολογία, περὶ ἧς δεδοξασμένα ἐν πάσῃ λογικῇ φύσει λαληθήσεται, ἧς νοεραὶ δυνάμεις τὰ μεγαλεῖα διανυμνήσουσι, καὶ τὴν δόξαν ἀνακηρύξουσι· λαληθήσεται τὸ σπέρμα σου ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ· σὺ μὲν γάρ, φησιν, ὦ Ἄννα, καρποφορήσεις τὴν τῶν ἀρετῶν ἀφθονίαν τῷ Θεῷ, καὶ τὴν ἐξακουσθησομένην ἐν τῷ γένει τῆς παιδοποιίας ἕξεις φήμην· τῶν ὀνειδι-

---

celeberrima ubertas[a], nobilissimum creaturarum ornamentum. Celebrabitur disertissimum illud os humanæ naturæ, eloquentissima eorum, quibus pudor abstulisset verba, defensio[b]; de qua inter creaturas omnes rationales gloriosa dicentur; cujus magnalia intellectuales virtutes celebrabunt hymnis, et gloriam prædicabunt. *Celebrabitur semen tuum in universa terra.* Tu enim, inquit, o Anna, Deo fructificabis ubertatem virtutum, et fœcunditatis famam in muliebri sexu celeberrimam assequeris. Ab op-

[a] Petrus Argivus, uti vidimus (sup. Petri Arg. Homil. in Conc. Deip. § X, pag. 137), naturam humanam inducit gaudio gestientem, quod quum ad eam usque diem, qua Mariam protulit, sterilis fuisset ac maledicta, utpote quæ nullum bonum fructum, sed spinas tantum ac tribulos, filios scilicet vitio corruptos, dedisset, nunc tandem germen optimum, Mariam nempe communis illius contagii expertem, germinasset. Non absimilem porro hic habes sententiam, ubi Deipara ceu *unica* totius mundi ubertas exhibetur.

[b] Manifesto hic se prodit antithesis illa tam sæpe in scriptis SS. Patrum recurrens, qua Virginis Deiparæ conditio a reliquorum omnium mortalium conditione secernitur. Exhibetur enim Maria tamquam os, et patrona eorum, qui præ pudore reatus vultum attollere, ac verba facere prohibebantur. Reatum porro hic intelligendum esse, qui omnes afficiat, liquido patet, tum quia *naturæ humanæ*, quæ homines sane omnes complectitur, *os* Deipara appellatur; tum quia hoc ipsa rei adjuncta exigunt: secus enim alii essent præter Mariam, a quibus pudor reatus abesset. At 1° nullus est communis omnium reatus, nisi crimen ex primo parente propagatum. 2° Siquidem Deipara eodem reatu obligata fuisset, jam et ipsa inter eos, quibus pudor silentium indicebat, necessario versaretur. Ergo et per hæc a communi omnium reatu Deipara Virgo immunis declaratur.

σμῶν μὲν τῆς ἀτεκνίας ἀπαλλαγεῖσα, συναριθμηθεῖσα δὲ καὶ συγκαταλεγεῖσα ταῖς μητράσι, τῆς δοκούσης εὐλογίας ἐκείνων οὐκ ἀποκριθήσῃ· οὐκ ἐν τούτοις δὲ τὰ τῆς φήμης στήσεται, ἀλλὰ τῆς δεήσεώς σου ὁ καρπὸς καὶ ἡ τῆς φύσεως εὐφορία, οὐ μόνον ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἢ ἐν τοῖς συμφυλέταις λαληθήσεται καὶ μεγαλυνθήσεται, ἀλλ' ἐν ὅλῃ διαβοηθήσεται τῇ οἰκουμένῃ, ἐν βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις, ἐν ἱερεῦσι καὶ δικαίοις, ἐν πολυγλώσσοις ἔθνεσιν, ἐν σοφοῖς καὶ ἀσόφοις, ἐν τοσούτοις ὁ σὸς λαληθήσεται καρπὸς, καὶ εἰς τοσούτων διηχηθεὶς ἀκοὰς, καταλλήλως τοῖς οἰκείοις μεγαλυνθήσεται παραδόξοις.

XIII. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἄγγελος· τί δ' ἡ μακαρία καὶ μεγαλόψυχος Ἄννα; οἷον ἀντίδωρον τῷ τοιαύτην παρεχομένῳ δίδωσιν εὐλογίαν; οἵαις τὸν εὐεργέτην ἀμείβεται ταῖς δωρεαῖς; οἵας τὰς τῆς εὐχαριστίας ὁλοκαρπώσεις ἀναφέρειν κατεπαγγέλλεται; οὐκ ἀναθημάτων πολυτέλειαν, οὐ τὰ ἐξ ἀλόγων ζώων θύματα, οὐ καρπῶν ἀπαρχὰς, οὐκ ἄλλο τι τῶν ἀντεισφερομένων καλλιερημά-

---

probrio sterilitatis liberata, atque inter matres connumerata et cooptata, nequaquam illius, quæ earum benedictio habetur, exsors eris. Sed neque angustis his finibus fama tui nominis continebitur; neque precum tuarum fructus ac naturæ fœcunditas in Israele solum, ac inter contribules tuos celebrabitur ac magnificabitur; sed in universa terra, inter reges et principes, inter sacerdotes et justos, inter multarum linguarum gentes, inter doctos et indoctos proclamabitur; tot inter ac tantos fructus hic tuus prædicabitur, et in tot aures personans condigna omnium admiratione certatim magnificabitur.

XIII. Hæc Angelus. Quid vero beata illa ac magnanima Anna? Quodnam tantam sibi benedictionem largienti rependit donum? Quænam benefacienti munera retribuit? Quænam grati animi holocausta oblaturam se pollicetur? Non opulentam donorum copiam, non ex irrationabilibus animantibus sacrificia, non fructuum primitias, non aliud quidpiam eorum, quæ in gratia-

τῶν, ἀλλ' αὐτὴν τὴν διδομένην αὐτῇ καρποφορίαν τῆς φύσεως· αὐτὸ τὸ εὐκταῖον καὶ ποθητὸν αὐτῇ βλάστημα, ὑπὲρ οὗ ἐναγώνιοι καρτερίαι, ὑπὲρ οὗ ἐπίμονοι δεήσεις καὶ ἁψιλὴ κατεχέοντο δάκρυα, καὶ ὑπεροψίαι τῶν εὐπαθεῖν παρασκευαζόντων ἁπάντων.

Ζῇ γάρ, φησι, Κύριος ὁ Θεός μου· ἐὰν γεννήσω εἴτε ἄρσεν εἴτε θῆλυ, προσάξω αὐτὸ δῶρον Κυρίῳ τῷ Θεῷ μου, καὶ ἔσται λειτουργοῦν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. Ὅρα τὸν πρὸς Θεὸν τῆς Ἄννης διάπυρον πόθον· ὅρα τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτῆς μεγαλοψυχίαν· ὅρα, ὅπως, διὰ τῆς παρούσης ἀφιερώσεως, καὶ τὴν ἀφθόνως Θεῷ τῶν ἐκτὸς προσαγομένην καρποφορίαν ὑπέδειξεν· εἰ γὰρ τὴν διδομένην τῆς φύσεως εὐλογίαν, ψυχῆς τε εὐθυμίαν καὶ τῶν πόνων παραμυθίαν οὕτω ζεούσῃ προαιρέσει Θεῷ ἀνατίθησι· πότε ἂν τῆς λοιπῆς ἐφείσατο κτίσεως; καίτοι οὐκ ἄν που τῆς γραφῆς κατανοηθείη ἐν ἐπαγγελίαις ἢ ἐν ἀφιερώσει, Θεῷ ἀνατιθέμενον θῆλυ, καὶ μάλιστα ἐν τῷ ναῷ τοῖς λειτουργοῖς συναριθμούμενον· ἀλλ' ὅμως ὑπερβολῇ

---

rum actiones offerri solebant; sed ipsum sibi donatum naturæ fructum, illud ipsum a se exoptatum ac desideratum germen, pro quo laboriosa corporis afflictationes susceptæ, pro quo assiduæ preces atque uberes profusæ lacrymæ, et cujus gratia reliqua, quæ jucundam comparare possent vitam, neglecta fuerant.

Vivit enim, inquit, *Dominus Deus meus; sive masculum peperero sive feminam, illud ipsum offeram donum Domino Deo meo: et erit illi ministrans omnibus diebus.* Vide ferventem Annæ in Deum affectum. Vide eminentem ipsius magnanimitatem. Vide, quomodo per ejusmodi oblationem exteriorum quoque rerum omnium copiam se Deo liberaliter offerre demonstravit. Etenim si concessam sibi naturæ benedictionem, si animi delicias, laborumque solatium tam ferventi proposito Deo obtulit; quandonam ceteris creatis rebus pepercisset? Quamquam ex sacris litteris nuspiam appareret, voto aut consecratione feminam Deo oblatam fuisse, maxime vero quæ in templo sacrarum rerum ministris connumeraretur; ipsa tamen divini amoris

φιλοθεΐας, αὕτη καινουργεῖ τοῦτο, ἐν ἐπαγγελίᾳ προφητεύουσα τὴν ἔσεσθαι μέλλουσαν ἐν τῷ πράγματι καινοτομίαν· μόνη γὰρ τῆς γυναικείας φύσεως, ἡ μόνη τῆς ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴ, καὶ ὑπεσχέθη καὶ ὑπέρτιμον ἀπεδόθη Θεῷ ἀνάθημα.

XIV. Τοιαῦτα τὰ τῶν δικαίων πλεονεκτήματά τε καὶ διηγήματα· οὗτοι τῶν ἀρετῶν αὐτῶν οἱ φαιδροὶ χαρακτῆρες, οἱ τὴν εὐγενῆ τῆς ψυχῆς καὶ λαμπροτέραν τῶν προφανέντων ἐναπέστραψαν ὡραιότητα· ἔδει γὰρ ἐξ ὑπερεχούσης ἐκλογῆς τὴν ἀσύγκριτον ἐν γεννητοῖς προελθεῖν δωρεάν· ἔδει ἐξ ἀφθόνων ἀρετῶν τὸν ὑπεράγιον ἐπιβρῖσαι πλοῦτον· ἔδει τοιούτων πόνων τοιοῦτον συγκομισθῆναι τὸν καρπὸν, ἐκ ῥίζης εὐγενοῦς εὐγενέστατον ἐκφυῆναι βλαστὸν, ἐξ

---

excessu inauditum hoc facinus aggreditur, præsignans in promissione novum illud, quod re ipsa futurum erat. Unica enim illa e sexu muliebri, quæ sola primitiæ erat naturæ humanæ, et Deo dedicata fuit, et tamquam pretiosissimum donarium Deo reddita[a].

XIV. Hæc felices justorum illorum sortes, hæc eorum sunt gesta. Hi sunt virtutum ipsorum characteres insignes, qui animi venustatem sinceram atque eorum, qui ante claruerant, præcellentia splendidiorem, nova luce collustrarunt. Oportebat scilicet, ut hoc donum, cui nulla comparari res creata potest, ex præeminenti electione prodiret. Oportebat, ut sanctissimæ hæ divitiæ ex locupletissimis virtutibus emanarent. Oportebat, ut ex tantis laboribus tantus referretur fructus: ut ex nobili radice nobilissi-

[a] Hæc perpendas rationem, propter quam tamquam maxime congruum id probatur, quod novum omnino et alienum a communi lege censendum fuit, feminam nempe Deo in templo consecrari. Quia, inquit auctor, primitiæ Deo dedicandæ sunt; sola porro Maria primitiarum humanæ naturæ locum tenet. Maria ergo primus et unicus fructus prædicatur, quem natura humana, tamquam Deo dignum, instar primitiarum offerre posset. Cogita vero, hanc de ipsa Deiparæ Conceptione efferri; ac perspicies illico, ejusmodi sententias, quas plus semel in Patrum scriptis legere est, ex insita ipsis persuasione de Sancta Deiparæ Concepitone spote dimanare.

ἀγαθῆς ὁσφύος ἀγαθώτατον ἀναδοθῆναι κύημα, τὸ ἀειθαλὲς τοῦ γένους ἐγκαλλώπισμα, τὸ τῆς φύσεως ὡραιότατον βλάστημα, τὸ ὑψιτενὲς τοῦ μυστηρίου στέλεχος, ἐξ οὗ τὸ τῆς ἀθανασίας ἀναδρομὸν ἄνθος, τὴν ἀΐδιον διέπνευσεν εὐωδίαν, οὗ ὁ καρπὸς ζωὴ καὶ ἀφθαρσία καὶ διαμονὴ τοῖς μετέχουσι πᾶσι καθίσταται· ἀλλ' ὡς δεδοξασμένον τὸ τούτων εἰς αἰῶνας συμπαρατείνεται μνημόσυνον· ὡς ἀναφαίρετον αὐτῶν διαμένει τὸ κλέος· ὡς μακαρία μὲν ἡ

---

mum efflloreret germen; exque bonis lumbis optimus redderetur fœtus, semper virens" illud generis decus, pulcherrimum naturæ germen, truncus ille mysterii in altum tendens! e quo immortalitatis flos ascendens perennem odoris suavitatem exhalavit, cujus fructus est vita et incorruptio et stabilitas perpetua iis omnibus, qui participes illius sint. Verum quam gloriosa horum memoria in sæcula protenditur! Quam jugis atque indele-

" In notis ad Chartam Donationis Ugonis de Summo (not. 2, pag. 19, 20) jam animadvertimus, sententiam qua Deiparam aut semper puram, aut semper sanctam, aut semper Deo caram profitemur, ejusmodi esse, quæ eamdem in ipsa sui Conceptione ab omni labe puram, ac sanctam plane exigat. Ergo Immaculati Virginis Conceptus disertam habemus professionem etiam in hoc Jacobi loco, ubi Virginem appellat generis humani *semper virentem* gloriationem. Nisi forte minus roboris Jacobi verbis inesse ideo quis putet, quia figurata utitur locutione. At quid mirum, si ea dicendi formula usus est Jacobus, quam pluribus communem reperimus (qua de re in Commentario), et in ipsis sacris Orientis Ecclesiæ officiis sæpius repetitam? Aut quænam, quæso, hinc intelligeretur viriditas, præter eam, cujus gratia et ramus mysticus, et pulcherrimum germen ibidem proclamatur? Denique nulla obscuritas est in locutione figurata, quando omnibus nota est ac recepta sententia, quæ figuris obvolvitur. At hanc sententiam notissimam fuisse inde patet, quod in ipsis sacris Orientalis Ecclesiæ Officiis Deipara non modo tamquam nullo non tempore sancta celebrabatur, sed vel sublimissimis Seraphim *semper sanctior*. Sic enim in festo S. Martyris Athenogenis (Men. die XVI Jul. ad Matutin. Od. γ'): *Cœlis sublimior apparuisti, o Innocens, et Seraphim semper sanctior, utpote quæ universorum Dominum ac regem supra naturæ leges genuisti* (ὤφθης οὐρανῶν, Ἁγνή, ὑψηλοτέρα, καὶ τῶν Σεραφὶμ ἀεὶ ἁγιωτέρα, ὡς τὸν ἁπάντων δεσπότην καὶ βασιλέα ὑπερφυῶς κυοφορήσασα).

ἐκλογή, μακαριστὸν δὲ αὐτῶν τὸ ἐν ἀρεταῖς εὐδόκιμον, δι' οὗ καὶ τὸ ἐκλεγῆναι αὐτοῖς προσεγένετο· διὰ τοῦτο τὴν βασιλίδα τοῦ παντὸς, ὡς εὐσεβείας καὶ κράτους καρπὸν, ἀποκυῆσαι κατηξιώθησαν. Ἔδει ἐκ βασιλικῶν φυτουργιῶν τὴν βασίλειόν σε ἀναδοθῆναι ῥάβδον· ἔδει ἐκ περιουσίων ἀρετῶν τὸν ἄφθονόν σε τῶν ἀγαθῶν ὑπερχεθῆναι πλοῦτον· ἔδει σε τοιούτων μὲν πατέρων χρηματίσαι θυγατέρα, αὐτοὺς δὲ θυγατρὸς τοιαύτης ἀναδειχθῆναι πατέρας. Καὶ γάρ, ὥσπερ σὺ τῆς ἁπάσης κτίσεως εἰς Θεοῦ μητέρα προεξελέγης, οὕτως αὐτοὶ τῶν τεκόντων ἁπάντων προτιμηθῆναι κατηξιώθησαν· ὡς ὑπερδεδοξασμένον γοῦν τὸ τῆς προμηθείας μεγαλεῖον· ὡς ἐφετῶν ἁπάντων ποθεινότερα τὰ διὰ σοῦ παραγενόμενα καλά.

Λαληθήσεται γὰρ τοῖς πᾶσι τὰ περὶ σοῦ· λαληθήσεται καὶ κηρυχθήσεται, οὐκ ἐπὶ γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν οὐρανοῖς· οὐκ ἀνθρωπίναις ἀκοαῖς, ἀλλὰ καὶ θείαις ἐνηχηθήσεται νοήσεσι· καὶ γάρ ὁ Δαυὶδ ταῦτα προανεφώνησε, καὶ ὡς γενομένην τὴν τῶν μελλόν-

---

bilis ipsorum gloria perseverat! Quam beata electio, ac porro beatissima laus virtutis eorum, per quam ut eligerentur ipsis contigit! Propterea enim universorum reginam tamquam pietatis ac fortitudinis fructum progignere meruerunt. E regalibus scilicet plantationibus te, regalem virgam, proferri oportebat. Oportebat, ut ex omnigenis virtutibus tu, copiosissima bonorum omnium opulentia, prodires. Oportebat, ut ejusmodi parentum tu esses filia, ipsi vero ejusmodi filiæ parentes essent. Sicut enim in Dei matrem præ omnibus creaturis præelecta tu fuisti; sic ipsi præ omnibus genitoribus condecorari promeruerunt. Quam itaque omni gloria major est providentiæ divinæ magnificentia! Quam desiderabilia præ cunctis desiderabilibus sunt bona, quæ per te parta sunt!

Crebrescet sane fama magnalium tuorum, in ore omnium hæc erunt, et annuntiabuntur omnibus, non in terra solum, sed etiam in cœlis, neque modo humanis auribus insonabunt, sed cœlestibus etiam intelligentiis. Hæc enim David antea prædixit,

τῶν προανεκήρυξεν ἔκβασιν, τὴν ἀπαραίτητον τῶν ἐσομένων ἀλήθειαν, τῷ παρῳχηκότι διασημάνας χρόνῳ· δεδοξασμένα γάρ, φησιν, ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ· δεδοξασμένα ὑπὲρ πᾶσαν διηγουμένην δόξαν· δεδοξασμένα ταῖς ἀνωτάτω δυνάμεσι· τετιμημένα καὶ ποθητὰ τοῖς ὁμογενέσιν ἀνθρώποις, ἐπιθυμητὰ πατριάρχαις, σεπτὰ προπάτορσιν, ἀνάγραπτα καὶ ζητητέα προφήταις· διὰ ταῦτα πᾶσα κτίσις εὐφραίνεται· τούτοις ἀγγελικαὶ συνήδονται στρατιαί· τούτοις ὁ σύμπας ἐνωραΐζεται κόσμος· ὡς μακάριοι τῆς ἐντρυφήσεως οἱ τούτων κατ' ἀξίαν ἐπαπολαύειν τυχόντες· αὕτη γὰρ ἂν εἴη μόνη δικαίως ἀπόλαυσις, αὕτη τρυφή ἐστιν ἀθαπάνητος, ἡ τῶν σῶν θηλαδὴ ἐντρύφησις παραδόξων.

XV. Ἀλλ', ὦ τῆς παρούσης καὶ τῆς ἐσομένης εὐφροσύνης πρόξενε, ὦ καὶ παῤῥησίας καὶ τιμῆς σεμνολόγημα, σὺ τῆς ὑπὲρ τῶν σῶν πανηγύρεων εὐωχίας τὴν ἀνωτάτω πανδαισίαν ἀμείψαιο· σὺ

---

ac veluti jam gesta essent, futurorum prænuntiavit eventum, certissimam eorum quæ ventura erant, veritatem per tempus præteritum efferens[a]; *Gloriosa enim*, inquit, *dicta sunt de te, Civitas Dei*. Gloriosa super omnem gloriæ famam; gloriosa coram cœlestibus Virtutibus; glorificata et exoptata ejusdem naturæ hominibus; desiderata patriarchis; veneranda progenitoribus, ante descripta et exquisita prophetis. Propter hæc universæ creaturæ exsultant; horum gratia angelici congaudent exercitus, his universus terrarum orbis condecoratus superbit. O quam beati, qui hac jucunditate, qui hisce pro dignitate perfrui moruerunt! Hæc enim sola jure merito fruitio dicenda fuerit, hæ deliciæ inexhaustæ, tuis scilicet mirabilibus delectari.

XV. Sed, o præsentis futuræque lætitiæ conciliatrix, o eorum qui ad te cum fiducia accedunt, teque honore prosequuntur, eximium præconium: tu pro lætitia, qua tuæ peraguntur festi-

[a] *Psalm.* LXXXVI, 3.

τοῦ ὑπὲρ τῶν τοιούτων προθύμου τὰς μεγάλας ἀντεισφέροις δωρεάς· κόσμησον ὡς τῇ αἰσθητῇ καὶ τῇ νοητῇ φαιδρότητι τὴν παροῦσαν ὁμήγυριν· ῥύθμισον τὴν συγκεκροτημένην θειοτέρως χοροστασίαν· ἐνήχησον αὐτῇ ἐναρμόνιον καὶ τῆς τῶν ἑορταζόντων ἐν οὐρανοῖς ἀγαλλιάσεως μέλος· ἔπιδε πρὸς τὴν ἑκάστου διάνοιαν· ἔτασον τὸ τοῦ πόθου διάπυρον, καὶ τῷ ἐξετάζοντι τὰ τοῦ συνειδότος ἄῤῥητα, καθυπόδειξον τοῦτο Δεσπότῃ· πρότεινον τὰ τῆς διαθέσεως τῷ ἀνακεκαλυμμένως καθορῶντι τὰ κρύφια· οἶδε μὲν, ὡς τῶν ἀθεάτων ἅπαντα γνώστης, τόν τε δι' αὐτὸν εἰς σὲ τῶν ὑμνολογούντων συγκατανοεῖ πόθον, βούλεται δὲ καὶ λίαν ἀγαθοπρεπῶς, διὰ μητρῴων ἐντεύξεων, καὶ προτείνεσθαι ταῦτα καὶ ἀποπληροῦσθαι· τοῦτο γὰρ τὸ πρὸς αὐτόν σου καὶ ἡμῶν εἰς σὲ ἐγκαλλώπισμα· τοῦτο γνώρισμα τῆς διὰ σοῦ γεγενημένης αὐτοῦ φιλανθρωπίας· ταύτῃ ταῖς ἐλπίσι συνανυψούμενοι, τῆς οἰκείας καταφρονοῦμεν ταπεινότητος, τῆς χαμαιζήλου καὶ γεώδους ἐπιλανθανόμεθα διαγωγῆς· ἐντεῦθεν τῶν τῆς γῆς ἀπαίρειν καὶ πρὸς οὐρανὸν ἐπείγεσθαι προ-

---

vitates, cœleste rependas convivium; tu pro alacritate, qua hasce celebramus, fac tua munera adaugeas. Præsentem cœtum tum sensibili tum spirituali gaudio perfunde; ipsamet divinius congregatum moderare chorum; suggeras ipsi melos concinnum, ac quale est eorum, qui exsultantes festum in ipsis cœlis agunt. Respice ad uniuscujusque mentem; inspice desiderii fervorem, et eum demonstra Domino, qui conscientiæ secreta rimatur. Affectus nostros ei, qui occulta videt manifesta, prætende. Novit ille quidem utpote invisibilium omnimode cognitor, atque eorum qui propter eum te collaudant, affectum ac desideria intuetur; voluntatis tamen ejus est, et quidem peramantissimæ, ut hæc mediante matris intercessione et offerantur, et adimpleantur. Hæc videlicet tua est propter eum gloriatio, ac nostra propter te; hoc indicium est gratiæ, quam humanum genus per te apud illum invenit. Propterea spe erecti, humili conditione nostra non terremur; abjectæque ac terrenæ vitæ obliviscimur. Hinc ab

θυμούμεθα· ἐντεῦθεν ἡμῖν αἱ ἀδιάψευστοι τῶν αἰωνίων προσδοκίαι· διὰ τοῦτο φιλοφρόνως τὴν εὔσημον καὶ θείαν ταύτην ἄγοντες ἑορτήν, τῷ εἰς οἰκείαν ἅπαντα προνοησαμένῳ δόξαν, εἰς μητρικόν τε καύχημα καὶ σωτήριον τῶν ὑπηκόων ἐγκαλλώπισμα, τὴν εὐχαριστίαν ἀναφέρομεν Χριστῷ, τῷ τῶν ἀγαθῶν αἰτίῳ καὶ παρόχῳ, ὅτι αὐτῷ πρέπει τιμή, προσκύνησις, δοξολογία σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

imis istis abscedere, atque ad cœlum properare gestimus. Hinc nobis certissima æternorum exspectatio. Propterea propensissimo animo insignem hanc divinamque celebrantes festivitatem, illi, qui universa ad suam ipsius gloriam, ad matris suæ honorem, et ad salutiferum sibi obsequentium decus prædisposuit, Christo, inquam, bonorum auctori ac largitori, gratias referimus; ipsi enim debetur honor, adoratio et glorificatio cum Patre et Spiritu Sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

IN ORATIONES

ISIDORI THESSALONICENSIS

PRÆFATIO

Isidori scripta studio partium suspecta esse non debent, § I-II. — Græcorum ex Metrophane Critopulo sententia de B. Virginis Conceptione, § III-IV. — Ineptissima ejusdem Metrophanis, ac recentioris Nicodemi theologumena, § V-IX. — Refutandis novis hisce opinionum portentis aptissima Isidori scripta, § X. — Nonnullæ de Isidoro ipso opiniones aut minus probabiles aut aperte falsæ, § XI-XII.

I. Quum alias in Commentario affirmaverim, ultro me velle Johanni Launoio morem gerere, contendenti in hac de Virginis conceptu disputatione nullam eorum scriptorum habendam esse rationem, qui post exortam controversiam, id est (ut ipse inquit) ab anno millesimo supra trecentesimum, floruerunt[1]; jam mirabitur fortasse quispiam, quod Lectoris oculis subjiciendas putaverim hanc tresque alias Isidori Thessalonicensis orationes, hominis nempe, qui prope integri sæculi intervallo recentior est iis annorum finibus, quos nullatenus transiliendos Launoius proclamat.

II. Ego vero, iis in præsens omissis quæ, cum hunc Launoii canonem referrem, animadvertenda in Commentario censui, duo habeo, quæ reponam.

Ac primo quidem hujus statuendi canonis ea ratio adduci

[1] In opusc. cui titulus, *Præscriptiones de Conceptu B. Mariæ Virginis*, Præscript. II et III, Opp. tom. I, pag. 11, Colon. Allobrog. 1731.

solet, quod sicut *ab Nicolai I et Photii ætate scriptores græci ac latini in mutuam suspicionem venere, ac proinde impares fuere ferendo invicem testimonio* (de iis nempe controversiarum capitibus, in quibus Græci ac Latini invicem dissidebant); *sic theologi qui de conceptu* (*Deiparæ*) *disseruere, in mutuam suspicionem venere, et a tempore Scoti, invicem ferendo testimonio sunt impares.* Ita Launoius[1].

Eatenus igitur hi scriptores impares ferendo testimonio censentur, quatenus suboriri suspicio potest, ne studio partium ac disputationis æstu inter scribendum abrepti fuerint. Ergo, inquam ipse, nihil deterrere nos debet, quominus eorum testimonio utamur, sicubi procul absit hujusmodi suspicio. Porro non modo suspicio, sed quævis etiam suspicionis ratio abest, ubi nulla injecta fuerit controversia, et ubi nulla contentio aut disputatio intercesserit. Quum itaque in orientali Ecclesia nedum ad Isidori usque ætatem, verum ad tempora admodum sequiora nuspiam de hoc argumento controversum fuerit; quumque proinde ne minimum quidem suspicari liceat, Isidorum vi contentionis ac partium studio permotum fuisse; manifestissimum est, in Isidori scriptis nihil aliud nobis proponi, quam testimonium doctrinæ, quæ per eam ætatem in Orientis Ecclesia pacifice obtinebat. Idque luculentissime ex eo confirmatur, quod si quid in ejus scriptis reperitur (plura autem ejusmodi reperiuntur), unde liceat statuere, Deiparæ immunitatem ab omni peccato, originali quoque, uti certissimam atque exploratissimam habendam esse; illud non de hoc argumento disputans protulerit, sed tamquam qui data occasione id, quod sibi certissimum sit, atque aliis quoque exploratum existimetur, sponte ac prope dixerim incogitans depromat.

III. Opportunissima deinde accidunt Isidori scripta, quo facile pateat quid de recentioribus quibusdam Græcis sentiendum sit. Metrophanem enim Critopulum habemus e Lucariana schola, qui in sua græcæ fidei confessione[2] Virginem Deiparam haud

[1] Ibid. *Præcript.* III, pag. 12.

[2] Metrophanes Critopulus in Germaniam se contulit ad Protestantes legatus

secus ac reliquos omnes homines peccato originali obnoxiam fuisse non dubitat affirmare. Ita enim ille: *Censet itaque Ecclesia, hanc (Deiparam) quoque primævo aviloque peccato fuisse obnoxiam, quemadmodum etiam omnes homines: solum vero illius filium, utpote qui non nudus homo est, sed utrumque Deus et homo, a peccato immunem, omnique noxa superiorem esse.*

IV. Quæ quidem dum legerem, ac simul mecum ipse reputarem, hæc a Metrophane non suo ipsius, sed totius Orientalis Ecclesiæ nomine ac velut ab Apostolis accepta tradi; enimvero illud censebam adhuc reliquum esse, ut saltem unum e tot mo-

a famoso Cyrillo Lucari, qui ope Calvinistarum Batavorum, in Oriente mercaturam agentium, sedem Constantinopolitanam consequutus mutuo fœdere sponderat, ad calvinianam fidem suos se Græcos adducturum. Helmestadii cum versaretur Critopulus, Academiæ hujus heterodoxis doctoribus hanc fidei confessionem inscripsit cum titulo ὁμολογία τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς, συγγραφεῖσα ἐν ἐπιτομῇ διὰ Μητροφάνους ἱερομονάχου πατριαρχικοῦ τε πρωτοσυγγέλου τοῦ Κριτοπούλου. *Confessio Catholicæ et Apostolicæ in Oriente Ecclesiæ conscripta compendiose per* Metrophanem Critopulum *Hieromonachum quondam et patriarchalem constantinopolitanum protosyncellum.*

Eam autem et latinitate et publica luce donavit Helmestadii anno 1661 Johannes Horneius, prolixam Conringii epistolam ad se datam præmittens. Quod quidem num de composito factum sit, alii decernant: utcumque id sit, lepidissimum sane spectaculum in ea epistola exhibetur, hominis videlicet improbo labore juxta vetus adagium laterem lavantis, dum nervos omnes contendit, ut suadeat, Critopulum in ea confessione ne minimum quidem protestantibus vellificari voluisse. At quis tam excors, quem egregii viri putarent, de hac re ex eorum potius declamatione, quam ex confessionis collatione cum notissimis Græcorum dogmatis judicaturum? Profecto Moshemius ipse (Inst. Hist. Eccl. sæc. XVII, sect. II, part. I, cap. II, § II) de Lucarianis affirmat, *aperte et apertius quam prudentiæ lex ferebat, eos significasse, propendere se animo in Anglorum et Batavorum de re divina sententias*, et (ibid. n. 6) *Cyrillianam confessionem reformatæ magis religioni quam patriæ favisse.* Quin et Metrophanes ipse in litteris ad Johannem Dinnerum datis anno 1627 (inter Epistolas Georgii Richteri, Norimbergæ an. 1662, pag. 729) grata cum memoria recolit non modo heterodoxi hujus consuetudinem utilissimam et conversationem jucundissimam, *sed et fructus, qui in se exinde redundaverant* (τῆς σῆς χρησίμου συνουσίας, τῆς ἡδείας συναναστροφῆς, τοῦ ἐντεῦθεν συλλεγομένου μοι καρποῦ).

numentis Ecclesiæ fidem ac doctrinam continentibus, aut e Patrum scriptis testimonium indigitaret, ubi ista recurrat sententia, *Deiparam* ἔνοχον ὑπάρξαι τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας (*obnoxiam fuisse avito peccato*). Quod quidem quare non præstiterit, sane obvia ratio est : non habuit scilicet quod e re esset, immo vero (ipse addiderim) nec habere id potuit, quod nusquam exstitit. Alioquin num hæc ille omisisset, qui tanto studio sententiam illam suadere contendit ?

Hoc porro studium eum impulit, ut, deficientibus veterum testimoniis, ad theologicas rationes confugeret. Et hæc quidem theologicæ doctrinæ portenta dissimulasse, prorsus religioni mihi ducerem. Nihil enim aptius ad patefaciendam causæ hujus conditionem offerri nobis poterat.

V. *Si fieri potuisset*, inquit græcus theologus[1], *ut alius quispiam a peccato fuisset immunis, illum quoque mundi servatorem esse oportuisset. neque adeo Dei pro nobis incarnatione opus fuisset.* Demirentur heic alii Metrophanis nostri placitum egregium, cujus vi quilibet homuncio, dummodo Adæ culpa non inficiatur, redimendo a dæmonis tyrannide humano generi, confringendis mortis et infernorum vectibus ferreis, reconciliandis Deo hominibus, et pretio satisfactionis solvendo par prædicatur. Mihi vero satius fuerit pauca ex SS. Basilio et Cyrillo subjicere, quo palam fiat, quid a græculo isto exspectandum sit, dum Ecclesiæ Catholicæ et Apostolicæ fidem proferre se jactat. Si quæras enim a Basilio, num hominem homo potuerit redimere, respondebit[2] : *Neque igitur fratrem in redemptionem quære, sed aliquem qui tuam excedat naturam, neque hominem nudum, sed hominem Deum.., qui* SOLUS *pro nobis omnibus Deo dare potest placationem.* Et paulo post[3] : *Si vero redimere non potest*

[1] *In Confess.* l. c. pag. 136.

[2] *Homil. in Psalm.* XLVIII, n. 4, tom. I, pag. 180. Edit. Paris. 1721. Μήτε οὖν τὸν ἀδελφὸν ζήτει εἰς ἀπολύτρωσιν, ἀλλὰ τὸν ὑπερβαίνοντά σου τὴν φύσιν· μήτε ἄνθρωπον ψιλὸν, ἀλλ' ἄνθρωπον Θεὸν..., ὃς καὶ μόνος δύναται δοῦναι ἐξίλασμα τῷ Θεῷ ὑπὲρ πάντων ἡμῶν.

[3] Ibid. pag. 181. Εἰ δὲ ἄνθρωπος λυτρώσασθαι ἡμᾶς οὐ δύναται, ὁ λυτρωσάμενος ἡμᾶς οὐκ ἄνθρωπος.

homo, qui redemit nos, homo non est. Cyrillus vero in eamdem sententiam scripsit[1]: *Cæterum pretium pro universorum peccatis nequaquam sat magnum fuisset, si purus homo tantum exstitisset.* Hæc porro e diametro pugnant cum placitis Metrophanis. Iste igitur non Ecclesiæ Orientalis doctrinam, sed sua ipsius exhibet deliramenta.

VI. Alterum Metrophanes argumentum desumit ex B. Virginis cantico apud S. Lucam[2], ubi Maria Deum appellat *Servatorem suum. Nam*, inquit, *nemo alterius servator dicitur, nisi ullum e magno periculo liberaverit.* Et optime hæc quidem; quid tamen prosunt, nisi insuper addat, neminem a malo liberari, nisi qui malum jam incurrerit? Id autem quomodo affirmet, qui noverit in ipsis Ecclesiæ precibus passim a Deo postulari, ut ab inferni pœnis, a peccandi periculis, ab hujus etiam vitæ ærumnis, et universim a malis liberemur, quæ pertimescere profecto possumus, nondum tamen patimur? Nonne in sacris Græcorum monumentis sæpe legimus, Deiparam veluti *servatricem regiæ urbis salutatam?* Nonne hujus beneficii memoriam anniversaria solemnitate Græci colebant, ac porro recolunt? Nonne tamen ex historiis constat, Deiparam hoc titulo fuisse ornatam non quod urbem a barbaris jam occupatam liberasset, sed quod ne occuparetur plus semel præsens contulit præsidium? Rursus ergo Metrophanes non Ecclesiæ Orientis doctrinas, sed nugas suas divendit.

E converso Isidorum heic habemus, utique græcum, qui inter beneficia, pro quibus Deipara cantico illo Deum Servatorem suum collaudat, et illud recenset, quod a communi originis labe servata fuerit immunis. Sic enim in homilia, quam infra dabimus, in Præsentationem SS. Deiparæ[3]: *Oportebat, ut ad illum*

[1] Lib. *De recta fide ad Reginas*, n. 7, pag. 132. Opp. tom. V, part. II. Edit. Paris. 1638. Οὐκ ἂν οὖν γέγονεν εἷς ἁπάντων ἀντάξιος, εἴπερ ἦν ἄνθρωπος ἁπλῶς.

[2] Luc. I, 47.

[3] N. XIII. Μήτε τῆς ὁμιλίας ἐκείνης, ἡ τῇ παρθένῳ συλλήψεως αἴτιον, ἄλλο τι, ἢ Θεοῦ ὁμιλία, πρωταίτιον εἶναι καὶ προηγούμενον, ἵν' ὡς οἷόν τε ἦν, ἡ πάναγνος ἔχοι μόνη καὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο διαφυγεῖν, καὶ οὐκ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, οὐκ

congressum (Joachimi et Annæ), unde Virgo concepta est, non aliud quidpiam quam congressus cum Deo impelleret atque adduceret; ut. quemadmodum congruum erat, sola innocentissima illa (Maria) effugeret propheticam eam sententiam[1], *ac de se ipsa posset affirmare:* In iniquitatibus concepta non sum, *et rursus*, solam non concepit in peccatis me mater mea; *hoc quoque inter plurima illa beneficia referens, de quibus inquit*[2]*:* fecit mihi magna qui potens est.

VII. Denique ut congruam operi suo coronidem Metrophanes noster imponat, hoc ratiocinio rem absolvit[3]: *Patres ubi illud explicant*[4], Spiritus Sanctus superveniet in te, *dicunt Spiritum Sanctum supervenisse in Mariam, ut illam purificaret... Atqui purificatione non indiguisset, nisi eodem cum reliquis modo concepta et nata fuisset.* Perbelle omnino! Sic lepidissimum caput dum nullum purificationi locum reperit, nisi ubi sit labes, nullam autem labem agnoscit præter peccatum, et denique nullum in Virgine peccatum deprehendit præter originale; nam docet ibidem, Deiparam nullo unquam actualis peccati nævo se inquinasse; eo rem deducit, ut Virgo Deipara non modo concepta atque etiam nata in peccato dici debeat, ut ipse expresse affirmat, sed præterea tunc demum a peccato originali emundata existimari debeat, cum, Spiritu Sancto in eam descendente, Dei Verbum concepit. Atqui hinc novum sane portentum. Nam cum descensum Sancti Spiritus in Mariam præcesserit angelica illa salutatio[5], *Ave, gratia plena; Dominus tecum;* jam ne mendax Angelus traducatur, dicamus oportet, Virginem Mariam peccato sordidam simul et plenam gratia fuisse, Deo simul amicam et inimicam, inque anima ejus Dominum simul et Satanam inhabitasse! Hæccine confessio est, quæ catholicam et

ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με μόνην ἡ μήτηρ μου, περὶ ἑαυτῆς φάσκειν, ἐκείνῳ καὶ τούτου συμπεριειλημμένου τῷ καταλόγῳ, ὧν μοι μεγαλείων ἐποίησεν ὁ δυνατός.

[1] *Psalm.* L, 7.

[2] Luc. VII, 49.

[3] *Confess.* l. c. pag. 136, 137.

[4] Luc. I, 35.

[5] Luc. I, 28.

apostolicam fidem in Orientis Ecclesiis a majoribus traditam exhibeat?

VIII. Atqui merito hisce ignominiis eorum plectitur superbia, qui derelicto aquæ vivæ fonte, unica scilicet omnium Ecclesiarum matre ac magistra, fodiendas sibi cisternas censuerunt. Merito dum se esse sapientes jactant, stulti facti sunt, et omni vento doctrinæ circumferuntur. In cujus stultitiæ argumentum videas licet et alterum ex recentioribus hisce græculis Metrophanis vestigiis presse adeo insistentem, ut et postremum illud inscitiæ prodigium de Virgine Deipara peccato originali inquinata ad Conceptionem usque Verbi Dei, tamquam pretiosissimam margaritam avide arripuerit. Nicodemum monachum loquor, auctorem commentariorum in eos canones, qui decantari in præcipuis Domini ac Deiparæ festis inter Græcos consueverunt: cujus quidem opus[1] nostra hac ætate dignum publica luce duxerunt Græci illi, qui Venetiis ad S. Georgii ædem, locupletissimum recentis ac miserrimæ eorum a recta fide apostasiæ testem, sedem habent! Occasionem autem monstruosæ hujus doctrinæ promendæ capit nimirum Nicodemus ex verbis Gabrielis Archangeli ad Deiparam, *Spiritus Sanctus superveniet in te*, quæ in Canone Annuntiationis ejusdem Virginis leguntur. *In hoc tropario*, inquit[2], *Deipara respondet ad Angelum, et dicit ei: Descensio Spiritus Sancti, de qua mihi dixisti, o Gabriel*, Spiritus Sanctus descendet in te, *ipsa, inquam, mundavit animam meam a peccato primorum*

[1] Titulus operis, recentiori lingua conscripti, est: Ἑορτεδρόμιον, ἤτοι Ἑρμηνεία εἰς τοὺς ἁσματικοὺς κανόνας τῶν δεσποτικῶν καὶ θεομητορικῶν ἑορτῶν... ὑπὸ Νικοδήμου ἐν μοναχοῖς ἐλαχίστου. *Festorum series, sive interpretatio in Canones per festivitates Domini ac Deiparæ cani solitos... auctore Nicodemo inter monachos minimo, etc.* Venetiis, 1836.

[2] Ad Odem VII, Canonis *Annuntiationis* Deiparæ, pag. 245. Διὰ τοῦ Τροπαρίου τούτου ἀποκρίνεται ἡ Θεοτόκος πρὸς τὸν Ἄγγελον καὶ λέγει αὐτῷ· Ἡ ἐπέλευσις τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, περὶ τοῦ ὁποίου εἶπάς μοι, ὦ Γαβριήλ, Πνεῦμα Ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, αὐτή, λέγω, ἐκαθάρισε μὲν τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τὴν προπατορικὴν ἁμαρτίαν, ἡγίασε δὲ καὶ τὸ σῶμά μου. ... Εἶπον δὲ, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκαθάρισε τὴν ψυχὴν τῆς Παρθένου ἀπὸ τὴν προπατορικὴν ἁμαρτίαν, καθότι ἡ Θεοτόκος ἐπέκειτο εἰς τὴν προπατορικὴν ἁμαρτίαν ἕως εἰς τὸν θεῖον εὐαγγελισμόν.

parentum, et corpus quoque meum sanctificavit... Dixi autem (prosequitur Nicodemus) *Spiritum Sanctum emundasse animam Virginis a peccato e primis parentibus contracto, quoniam Deipara usque ad divinam annuntiationem protoparentum peccato subjacuit.*

IX. Ita Nicodemus; cujus ut præclarissimum ingenii acumen admirere, vide, quæso quæ ipsemet in ejusdem Canonis Commentario ex oratione S. Sophronii (quam integram inferius edemus) affert[1], ubi S. Doctor Angelum inducit sic ad Deiparam loquentem: *Et multi quidem alii ante te sancti exstiterunt; sed nemini, quemadmodum tibi, tam cumulata gratia impertita est... nemo, sicut tu, sanctitate ornatus est:... neminem, sicut te, purificans gratia prævertit.* Tum vide et ista, quæ ex S. Gregorio Nysseno verba illa, *Invenisti gratiam, etc.*, enarrante ibidem[2] subjicit: *Venustate præ omnibus creaturis condecorata es: præ hominibus universis splendore circumamicta fuisti: præ solis quoque nitore apparuisti fulgida: super Angelos exaltata es: quod si in æthera assumpta nondum fuisti, at in terra degens cœlorum Dominum ac regem ad te attraxisti.* Porro quum hæc necessario dicta intelligantur de Virgine, antequam Spiritus Sancti in eam adventus, quem Angelus deinde prænuntiavit, impleretur; quo pacto vanum caput ista præ oculis habens, imo exscribens, suadere sibi potuit, Virginem Deiparam nihilominus ex Patrum sententia tunc originali adhuc peccato turpem, Deo invisam, Satanæ mancipatam exstitisse? Quomodo quum Sophronium allegasset dicentem, neminem unquam fuisse, quem citius, quam Mariam, gratia purificans præoccupasset, subdere dein ausus est, ex Patrum mente, originalem labem usque ad Verbi incarnationem Mariæ inhæsisse?

[1] Op. cit. pag. 213. Πολλοὶ μὲν πρὸ σεῦ καὶ ἄλλοι γεγόνασιν ἅγιοι, ἀλλ' οὐδεὶς κατὰ σὲ κεχαρίτωται·... οὐδεὶς κατὰ σὲ καθηγίασται·... οὐδεὶς κατὰ σὲ προκεκάθαρται.

[2] Pag. 214. Ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐκαλλωπίσθης· ὑπὲρ τοὺς ἀνθρώπους ἐφαιδρύνθης· ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἔλαμψας· ὑπὲρ τοὺς Ἀγγέλους ὑψώθης· οὐκ ἀνελήφθης εἰς οὐρανούς, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς ἱσταμένη τὸν οὐράνιον δεσπότην καὶ βασιλέα ἐπεσπάσω πρὸς ἑαυτήν.

X. At novæ huic græcanicorum turpitudini redarguendæ nihil utilius lectione harum Isidori orationum esse poterat. Non enim solum postremum hoc doctrinæ monstrum, quo Deiparam non ante a peccato originis emundatam contenditur, quam Dei Verbum conciperet, immo vero non modo generatim opinionem de Sancta Virgine aliquando huic labi obnoxia Isidori orationes plane refutant; sed insuper, quod in re præsenti non levis est momenti, manifeste ostendunt, absurda illa græculorum placita recentia prorsus esse, nec sane prius excogitata, quam ab Ecclesiæ unitate aperte rebellantes iniquissimam scissionem consummarent. Præterea cum ea ætate thessalonicensem sedem Isidorus tenuerit, qua Orientis Ecclesia pro imperatorum vel patriarcharum voluntate (hæc enim miserrima diu fuit Græcorum conditio, ut ad nutum supremæ inter eos seu civilis seu ecclesiasticæ potestatis vel juncti cum unico Christi grege vel ab eo disjuncti apparerent) claudicare in utramque partem videbatur; inde evincitur, neque miseram schismatis conditionem efficere tunc potuisse, ut quam a Patribus traditam acceperant, ac nemine reluctante servabant, doctrinam abjicerent.

XI. Ad Isidorum ipsum quod spectat, fuit qui dubitaret, an habendus idem hic cum eo sit, qui medio sæculo XIV Constantinopolitanam sedem obtinuit[1]; Thessalonicensis autem dictus ideo fuerit, quod hujus Ecclesiæ episcopatum prius gesserit. At 1° constat, Isidorum, qui imperante Johanne Cantacuzeno ad byzantinam sedem post ejectum Johannem Calecam evectus est[2], non quidem Thessalonicæ episcopum, sed Monembasiæ metropolitam prius electum fuisse, 2° vix reddi ratio posset, cur ejus scripta in codicibus constanter Isidorum Thessalonicensem, numquam Isidorum Constantinopolitanum præfixum habeant.

Hinc eruditi probabiliorem vulgo ducunt conjecturam Leonis Allatii, qui harum homiliarum auctorem non alium esse opinatur ab eo, qui Thessalonicensem sedem tenuit imperante Manuele Palæologo: de hoc autem idem Allatius ista refert ex Synodico ejus

[1] Vid. Hippolyti Marraccii monitum ad Lectorem *Mariali* Isidori præfixum.
[2] Conf. Michael Lequien, *Orient. Christ.* vol. I, col. 301.

Ecclesiæ ab Eugenio Nomophylace scripto[1]: *Isidori beatæ recordationis sanctissimi Archiepiscopi Thessalonicensis, qui instar splendidi sideris gregem suum hunc illustravit suis quotidianis doctrinis et admonitionibus, et æque atque bonus et primus pastor Christus modis omnibus ovilis curam gessit et longas peregrinationes sustinuit, et quidquid divinum et saluti conducibile videbatur, et sermonibus edocuit et operibus demonstravit, et vere iis, qui ante eum et virtute et doctrina conspicui fuere, rebus omnibus exæquatus est, perpetua memoria.*

XII. De eodem scribit Gottlieb Christophorus Harles[2]: *Isidorus Thessalonicensis metropolita circa an.* 1401 *clarus, qui celebratur in Triodio Græcorum dominica orthodoxiæ sive prima quadragesimæ, et in synodico Thessalonicensi apud Allatium etc.* At palam est, alium prorsus esse Isidorum Thessalonicensem, alium qui in Græcorum memoratur Triodio. Hic enim primo quidem in ipso Triodio[3] appellatur *sanctissimus et celeberrimus patriarcha;* qui titulus ad patriarcham byzantinum, non ad episcopum Thessalonices pertinet. Deinde vero nomina *Gerasimi, Isaiæ, Isidori, Callisti, Philothei...*, quorum memoria ibi celebratur, seriem manifeste præferunt episcoporum byzantinorum, non autem thessalonicensium[4].

XIII. Cum græco textu, qui nunc primum editur ex Codice Græc. Vatic. n. 651, latinam earumdem orationum versionem, a Jo. Matthæo Cariophylo, archiepiscopo Iconiensi, elucubratam, et ab Hippolyto Marraccio vulgatam, dare maluissem. At cum eam interdum paulo obscuriorem, interdum liberiorem, interdum etiam ab Isidori sententia alienam adverterim, ab eo consilio discedendum putavi.

[1] *De Simeonum scriptis Diatriba,* pag. 187.

[2] In Addit. ad *Græc. Biblioth.* Jo. Alb. Fabricii, vol. X, pag. 498.

[3] Prope finem Synodici ad Dominicam primam Quadragesimæ: Ἰσιδώρου τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένου ἁγιωτάτου καὶ ἀειδίμου πατριάρχου, αἰωνία ἡ μνήμη.

[4] Conf. Michael Lequien, l. c.

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΗΜΩΝ

ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΝΗΣΙΝ
ΤΗΣ ΠΑΝΥΠΕΡΑΓΝΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΜΗΤΟΡΟΣ ΚΑΙ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ
ΑΕΙΠΑΡΘΕΝΟΥ ΜΑΡΙΑΣ.

Εὐλόγησον, Πάτερ.

I. Μωσῆς ἐκεῖνος, ᾧ θάλασσα μὲν ὑπεχώρει, γῆ δὲ παραδόξους ἐλειτούργει πηγάς, ἀλλὰ καὶ οὐρανὸς ξένην εἶχε δίαιταν καταπέμπων, τὴν τοῦ παντὸς ἀφηγούμενος γένεσιν· ἀόρατος ἦν ἡ

SANCTISSIMI PRÆSULIS NOSTRI

ISIDORI ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS

IN NATIVITATEM PRÆTER MODUM OMNEM

PURISSIMÆ DEI GENITRICIS ET DOMINÆ NOSTRÆ
SEMPER VIRGINIS MARIÆ

SERMO.

Benedic, Pater.

I. Moyses ille, cui et mare cessit[a], et terra fontes mirabiliter[b] præbuit, imo et cœlum escam prorsus novam demittens[c] paruit, primordia universi enarrans ait[d]: *In principio terra erat invi-*

[a] *Exod.* XIV, 21.
[b] *Exod.* XVII.
[c] *Exod.* XVI.
[d] *Gen.* I, 2, sec. LXX.

γῆ, φησιν, ἐν ἀρχῇ καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, ἕως ἡ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος ἀπέκρινε γένεσις. Ἐγὼ δὲ, καὶ τῶν ἀνθρώπων εἰς βίον ἐληλακότων, καὶ τὸ πολὺ τῶν ἐτῶν διεδαπανηκότων, ἀορασίαν ἄλλην φαίην ἂν τοῦ παντὸς καταχεῖσθαι, μέχρις οὗ τῆς πανάγνου καὶ μακαρίας παρθένου ἡ φωταυγὴς εἰς γῆν ἐξέλαμψε πρόοδος· ἧς ἡ φαῦσις ἀνέτειλε μὲν ἐκ τῶν κάτω, ἄνω δὲ καὶ κάτω φωτὸς πεπλήρωκεν ἅπασαν κτίσιν· καὶ οὔθ' ἥλιος, οὔτ' ἄλλο τῶν ὡραίων οὐδὲν, ἀκτῖνας ἡδίους ἢ πλείους, ἢ διαυγεστέρας, ἢ τὸ ὠφέλιμον πλεῖον ἐχούσας, ἀφῆκε τῆς παναχράντου· μᾶλλον δὲ καὶ ἥλιος, καὶ τῶν δημιουργημάτων ὅσα τῶν ἄλλων προέχειν ἐδόκει, πρὶν φῦναι τὴν πάναγνον, τοσοῦτον οὐκ εἶχον ψυχῇ τι διαλάμπειν φαιδρὸν, ὥστε εἰσὶν, οἳ καὶ βαρυτάτην ὑπέστησαν τύφλωσιν, προσβαλόντες ἐκείνοις, ἅτε δὴ κακῶς ἐκεῖνα θεοὺς οἰηθέντες, καὶ ζωῇ συνῆσαν θανάτου δεομένῃ, ἵν' ἀληθῶς ζήσωσιν, ὡς καὶ ἡ μεγαλόκροτος Παύλου Κολασσαεῦσι δηλοῖ φωνή· Εἰ οὖν

---

sibilis et incomposita. et tenebræ erant super abyssum, quoadusque lucis creatio tenebras divisit. Ego vero etiam post natos homines, et multorum annorum lapsum aliud tenebrarum genus offusum Universo dixerim, donec purissimæ ac beatæ Virginis splendida nativitas terrarum orbem irradiavit. Cujus quidem lux quamquam ex infima hac regione effulserit, creaturas tamen universas non terrestres modo, sed etiam cœlestes suo lumine replevit. Neque enim aut sol, aut quæpiam alia e splendentibus molibus jucundiores, seu copiosiores, seu lucidiores, seu utiliores unquam radios ejaculavit, quam quos immaculatissima emisit Virgo. Quin immo tantum abest, ut et sol et quotquot aliæ creaturæ præcellere videbantur, antequam nasceretur Virgo, lucis aliquid possent animæ afferre, ut potius essent, qui in teterrimam cæcitatem ipsa creaturarum illarum contemplatione incurrerent, utpote quos præpostere deos putarent, vitamque viverent, quæ, ut in veram verteretur vitam, morte indigebat, quemadmodum celeberrima quoque Pauli ad Colossenses vox de-

ἀπεθάνετε [1] σὺν Χριστῷ, φάσκουσα, ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; Τὸ δὲ σκότος ἐκεῖνο, καὶ τὴν ταφόζωον ὡς εἰπεῖν ὕπαρξιν, ἐκ μέσου πεποίηκεν ἡ παρθένος φανεῖσα. Οὐκοῦν αὕτη καὶ τοῖς σεμνοῖς δήπουθεν τῶν κτισμάτων καὶ φωτεινοῖς, φῶς ἐπέχεεν, ἵν' οἱ προσέχοντες, τἀληθὲς ὁρᾷν ἔχοιεν περὶ αὐτῶν, καὶ μηκέτι τῇ τῆς πλάνης νυκτὶ περιπίπτοιεν.

II. Ἔδει δὲ ἄρα, τοῦτ' ἄν τις ζητήσειεν ἴσως, τὸ λυσιτελέστατον ποίημα, τῇ πρώτῃ τῶν γενομένων συνδιαλάμψαι ποιήσει, ἅτε δὴ τὰ μέγιστα ἔχον κοσμεῖν· καὶ ᾗ συνέπεσον οἱ παθόντες νόσῳ, τούτους μηδ' ἐγγὺς γενέσθαι τὴν πρώτην ἐᾷν.

Ἀλλ' οἶμαι, καθάπερ τοῖς ἀτελέσιν ἔτι καὶ νηπιωδεστέροις οὐ

[1] Cod. ἀπεθάνητε.

---

clarat[a]: *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi: quid adhuc tamquam viventes in mundo decernitis?* Porro tenebras illas, et sepulcralem, ut ita dicam, vitam e medio Virgo apparens sustulit. Ipsa igitur nobilibus quoque, splendidisque creaturis lucem utique effudit, ut qui eas contemplentur, verum de illis ferre possint judicium, neque amplius erroris noctem incurrant.

II. Atqui (inquiet fortasse quispiam) cum hæc creatura ad res in ordine continendas conferre plurimum posset, oportebat utique, ut quæ tantum emolumenti allatura foret, cum prima rerum creatione simul illuceret; qui vero in ipso rerum exordio infecti morbo corruerunt, nedum ut hi primi conderentur, ne committendum quidem erat, ut illis initiis vicini nascerentur[b].

Verumtamen sicut imperfectis adhuc et nondum ætate firma-

[a] *Coloss.* II, 20.

[b] Meridiana luce manifestius est, Virginem Deiparam heic supponi a vitio illo exemptam, quo cæteri infecti dicuntur. Quæritur enim, cur non in ipsis mundi primordiis creata illa fuerit, quæ teterrimum hominum lapsum impeditura fuisset.

πρότερον τοῖς ὑψηλοῖς προσιέναι συγχωροῦμεν τῶν ἔργων, ἕως ἂν ἕξῃ καὶ παρὰ τῆς ἡλικίας μειζόνων ἅπτεσθαι, εἰ βούλει δὲ, ὥσπερ τοῖς τὴν ὄψιν ἀσθενεστέροις οὐ ταῖς ἡλιακαῖς προσβάλλειν αὐγαῖς, πρὶν ἂν ἱκανὴ προσγένηται ῥῶσις, ὡς φίλῳ τῷ φωστῆρι προσομιλεῖν· τὸν ἴσον δὴ τρόπον, καὶ τῶν ἁπάντων ὁ κτίστης τὸ καινότατον δημιούργημα τοῦτο, τὸ ὑψηλότατον θέαμα, τὸν φωτοειδέστατον ὄἰσκον, τὴν πολυύμνητον λέγω παρθένον, τοῖς ἄλλοις συνυποστῆναι πρῶτον οὐκ ᾤετο δεῖν. Ἐπείπερ ὡς ἄρτι τότε βρεφουργηθέντων, οὐδεὶς ἂν τῶν πάλαι, τὸ μεγαλοπρεπέστατον τοῦτο κάλλος, τὸ φαεινότατον καὶ περίδοξον ἔαλμα, ᾗ προσῆκεν, εἶχε κατανοεῖν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν φέρειν ἀκτῖνα.

---

tis non permittimus, ut opera sublimia primo aggrediantur, donec annis provecti iis tractandis pares evaserint; aut si mavis, quemadmodum iis, qui oculis utuntur infirmioribus, veniam non facimus, ut antequam videndi facultas idoneas vires acquisierit, radios solares aspiciant, ut dein cum voluptate possint amicam lucem intueri; eumdem in modum, ut quidem arbitror, rerum omnium creator, novissimum hoc opus[a], spectaculum sublimissimum, astrum fulgidissimum[b], Virginem, inquam, omni laude dignissimam haudquaquam ab initio cum aliis creaturis producendam esse censuit. Cum enim per id temporis in quadam infantia (homines) versarentur, nemo antiquorum magnificentissimam hanc pulchritudinem, nemo splendidissimum hoc atque gloriosissimum jubar, prouti par est, contemplari, et fulgorem inde emicantem ferre potuisset.

[a] Fac advertas, *novitatem* de ipsa Virginis *plasmatione* prædicari.

[b] Metaphora a corpore cœlesti seu astro splendentissimo, cujusmodi ex. gr. sol est, desumpta ad Virginem designandam usurpata fuit ab insigni quoque Chrysostomi discipulo ac successore in sede Constantinopolitana Proclo (Orat. VI in S. Dei Genitricem, n. XVII. Gallaud. tom. IX, pag. 646). Attende porro sedulo, heic disputari, cur, potiusquam ab initio mundi cum aliis creaturis, formatum posterius lucidissimum hoc sidus fuerit. Ergo non minus

Εἰ δέ τις καὶ ὕλης λόγον ἐπέχειν προσείποι καὶ οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλασσαν, καὶ ὅσα τῆς παρθένου προῆλθε, διὰ τοῦτο προϋποστάντα, ἵν' εἰς συντέλειαν τῷ πλάστῃ προτεθῇ, τῆς εἰδοποιηθείσης καινῆς τε καὶ ἀπαραμίλλου στήλης, φημὶ δὲ τὴν πάναγνον, μὴ πόρρω βάλλειν τῆς ἀληθείας ἐμοὶ δοκεῖ· ἢ δένδρεσι πάντα ἀναλογεῖν ἐκεῖνα, εἰ καὶ τοῦτο δοίη τις, τὸν ὡραιότατον δὴ τοῦτον καὶ παράδοξον ὠδίνουσι καρπὸν, οὐχ ἁμαρτήσειν ἡγοῦμαι τοῦ δέοντος.

Τοῦτο δέ μοι δοκῶ καὶ τὸ θεῖον αἰνίττεσθαι λόγιον· γῆ ἔδωκε. φάσκον, τὸν καρπὸν αὐτῆς· γῆν μὲν ὡσανεὶ, τὰ γεγονότα ὁιασημαῖνον· καρπὸν δὲ, τὴν πάντιμον· οὐ γὰρ δύο τῶν ποιημάτων ἢ τριῶν, ἢ δεκάκις τοσούτων συνδρομῆς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα πλειόνων

Contra si quis contenderet, et cœlum, et terram, et mare, atque omnia quæcumque ante Virginem præcesserunt, materiæ vicem obtinuisse, ac propterea prius fuisse producta, ut præsto essent Factori ad elaborandam novam hanc pulcherrimam et incomparabilem formam, innocentissimam nempe Virginem; equidem is non procul a vero aberrare mihi videretur. Si quis etiam omnia illa arboribus comparanda esse diceret, quæ hunc sane pulcherrimum et admirandum fructum dederint; haudquaquam, crediderim, ab eo, quod sentiendum est, iste deflecteret.

Id autem subobscure innuere mihi videtur et divinum illud oraculum, quod ait[a]: *Terra dedit fructum suum*, terræ nempe nomine designans ea quæ producta fuerant, fructum vero appellans Virginem omni honore dignissimam. Neque enim duabus aut tribus aut etiam decies multiplicatis creaturis, sed longe plu-

absurdum est existimare, Deiparam Adami peccatum contraxisse, quam absonum sit reputare eodem peccato infici eam ante ipsum Adæ lapsum potuisse.

[a] *Ps.* LXVI, 6.

πρὸς τελεσιουργίαν, τὸ καλλιπρεπέστατον τοῦτο καὶ θεῖον ἐδεῖτο κειμήλιον.

III. Ἀλλὰ τί τοῦτο λέγω; οὐδενὸς τῶν γενητῶν δεῖσθαι τὴν μακαρίαν πρὸς γένεσιν ἑαυτῆς, εἰς βάθος φανεῖται σκοποῦντι· μάλιστα γὰρ πᾶσα ἡ ποίησις, ταύτης ἐδεῖτο πρός τε παραγωγὴν καὶ τὴν μετὰ τοῦτο διακόσμησιν. Τῆς γὰρ πρὸς τὸ κρεῖττον ἀλλοιώσεως, ἡ παρθένος σαφῶς πᾶσιν αἰτία κατέστη· καὶ εἰ μὴ τοῦτο ἔμελλεν, οὐδ' ἂν ἐμέλησε τῷ δημιουργῷ τῆς ἁπλῆς ἐκείνης δημιουργίας, ὥστε τὰ προϋπάρξαντα διὰ ταύτης ὑπέστη· καὶ ἦν ἄρα τὰ γεγονότα, παραδόξως τῆς γενησομένης πρὸς τὸ γενέσθαι δεόμενα, καὶ μόνη καινῶς τοὺς πατέρας προέτεκε· τοσοῦτον ἡ παρθένος τῶν τὸν βίον προειληφότων οὐδενὸς ἐδεήθη.

IV. Ἔτι δὲ καὶ πρὸς πάντα παρήλλακται· τί γὰρ τῶν γενομένων πώποτε γένοιτ' ἂν παραπλήσιον τῷ ξένῳ τούτῳ τεχνήματι, οὗ τοῦ κάλλους καὶ ὁ πλάστης ἁλίσκομαι, καὶ εἰς μεγίστην ἑαυτῷ συνέδησε

---

rium concursu opus erat ad splendidissimum hoc divinumque cimelium perficiendum.

III. Quamquam cur id affirmo? Profecto rem penitius perpendenti palam fiet, nulla prorsus e creaturis beatam illam, ut oriri posset, indiguisse; nam contra universæ immo creaturæ tum ut conderentur, tum ut deinde ornatu perficerentur, ea indiguerunt. Et sane Virgo omnibus proculdubio causa exstitit restitutionis in melius. Nisi vero futurum id fuisset, neque de universis hisce creandis Conditor plane cogitasset. Quæcumque igitur ante eam fuerunt, ipsius gratia substiterunt; et idcirco (quod sane stupendum est) quæ jam creata erant, ipsâ, quæ adhuc erat creanda, ut conderentur, indigebant; ac nova prorsus ratione ipsa sola suos in antecessum peperit parentes. Adeo nemine eorum, quibus contigit ante ipsam vivere, Virgo indiguit!

IV. Sed præterea diversa quoque a cæteris quibuscumque penitus ipsa est. Quid est enim inter creatas res omnes, quod prope ad admirandum hoc artis opus accedat, cujus pulchritudine vel

τοῦτο συγγένειαν; μητέρα γὰρ τὸ παραδοξότατον γενέσθαι παρεσκεύασεν ἑαυτοῦ, ὥσπερ οὐκ ἀποχρῆν ἄλλως ἡγούμενος ἐνδείξασθαι τὴν τῆς πανάγνου μεγαλειότητα, εἰ μὴ τῇ πρώτῃ τῶν ἐκ συγγενείας οἰκειώσει χρήσαιτο πρὸς αὐτήν, λέγω δὲ τῇ τῆς μητρός, ἧς οὐδὲν, οὔτ' οἰκειότερον κατ' ἀνθρώπους ἴσμεν οὔτε σεβασμιώτερον.

Εἰ δὲ καὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν μετέσχε μορφῆς καὶ ἡ πάναγνος, δι' οὐδὲν, εἴποιμι ἂν, ἕτερον, ἀλλ' ἢ πάντως, ἵν' ἁγιασμὸς καὶ σεμνότης, οἷς κεκοινώνηκε, μορφωθῇ· ἵν' ὥσπερ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τῆς μακαρίας καὶ θείας ἐκείνης εἰκόνος, συγχωρήσειε δ' ἄν μοι καὶ Παῦλος ὁ λαμπρὸς ὑπὲρ τούτου τοῖς ἐκείνου χρήσασθαι ῥήμασιν, οὕτω καὶ τῶν χαρίτων κοινωνήσωμεν ταύτης. Καὶ γοῦν τὸ ὑπερφυὲς τοῦτὶ μεγαλούργημα, τὸ καινοπρεπὲς

---

ipse captus fuit Conditor, unde et illud sibi omnium arctissima cognatione devinxit? Etenim, o rem omni admiratione majorem! ut illa sibi mater esset, ipse constituit, veluti ratus, haud aliter innocentissimæ illius magnificentiam satis ostendi posse, nisi summa omnium necessitudo, materna scilicet, qua nihil arctius inter homines aut honorabilius esse novimus, sibimet cum ea intercederet.

Quod vero nostræ quoque formæ illa facta sit particeps, id sane nulla alia de causa factum fuisse dixerim, quam ut iis, quibuscum communem habuit naturam, forma quoque sanctitatis atque honestatis fieret: ut sicut[a] *complantati facti sumus similitudini* beatæ illius divinæque imaginis (liceat enim mihi bona cum eximii Pauli venia in hac re verba ejus usurpare), ita et gratiarum ipsius participes essemus[b]. Quod itaque eximium hoc

[a] *Rom.* VI, 5.

[b] Quod plura dicta de Deipara reperiantur, quæ prorsus soli Christo Domino convenire videntur, nihil ille mirabitur, qui universis Ecclesiæ Patribus hanc noverit constanter fuisse sententiam, Redemptionis opus cum opere creationis ita comparari, ut quemadmodum ab Adamo et Eva universa hominum gene-

ἄγαλμα, ἡ εἰς τοῦτο πεφθακυῖα δόξης, ὡς καὶ οἰκητήριον θεῷ χρυσουργηθῆναι πρόσκον, ὅτι γεγέννηται πανηγυρίζομεν σήμερον, καὶ τῶν ταύτης γενεθλίων τὴν τελετὴν ἑορτάζομεν, μυστήριον ὑψηλὸν καὶ σεβάσμιον, τὸ τῆς παρθένου γενέθλιον, πᾶσι πιστοῖς καταγγέλλοντες.

V. Σκοπῶμεν δὲ ἤδη· τὰ σύμπαντα παραγαγὼν ὁ Θεὸς, ὅτι καλὰ μεθ' ὑπερβολῆς, ψηφίζεται περὶ αὐτῶν· τῶν δὲ ὁρωμένων τούτων καὶ καλλίστων ἁπάντων, τὸν ἄνθρωπον ἄρχοντα καθιστᾷ· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ θανάτου κρείττω καὶ φθορᾶς, καὶ δόξης, ἧς ἀπέτυχεν φθονηθεὶς [1], ἀπολαύσοντα, φησὶ δὲ τὴν ἰσοθεΐαν, ὅση χοϊκῷ προσῆκεν, εἰ μὴ τῆς δοθείσης ἀποπηδήσαιεν ἐντολῆς·

[1] Cod. inverso ordine ἀπολαύσοντα φθονηθείς.

---

supra ordinem naturæ opus, quod simulacrum hoc novo decore fulgens, quæ eo usque gloriæ processit, ut aureum construeretur Deo dignum habitaculum, quod Virgo, inquam, progenita hodierna die fuerit, hoc est, quod solemni conventu celebramus, festum agimus Natalis ejus diem, præcelsum atque augustum mysterium, Virginis nativitatem, fidelibus omnibus annuntiantes.

V. Jamque ad hoc mysterium animum advertamus. Cum universa Deus creasset, pronuntiavit ea valde bona esse[a]. Hominem porro rerum harum omnium spectabilium et speciosissimarum principem constituit; neque hoc solum, sed præterea morte et corruptione superiorem effecit, gloriam quoque, e qua seductus (Diaboli) invidia excidit, æqualitatem nempe cum Deo, quantum capax ejus esset, qui e limo eductus fuerat, consequu-

ratio futura erat, sic a Christo Domino et Deipara, qui propterea et novi Adami et novæ Evæ nominibus compellantur, nova hominum generatio repetenda sit. Qua de re in Commentario.

[a] *Gen.* I, 31. *Viditque Deus cuncta, quæ fecerat : et erant valde bona.*

ἀλλὰ τοῦ πλάστου μὲν οὗτος ἀποσκιρτήσας, τῷ δὲ πλάνῳ τὴν ὑποταγὴν ἐγχειρίσας, γυμνός, ἐλεεινός, αἰχμάλωτος οἷμοι προὔκειτο, τῆς προτέρας εὐγενείας πάσης ἀφῃρημένος· καὶ τὰ καλὰ πάντα ἐκεῖνα καὶ λίαν καλά, κατὰ τὴν ἄπταιστον τοῦ δημιουργοῦ ψῆφον, εἰς κατήφειαν ὡσανεὶ μετεποιήθη, τὸν οἰκεῖον δεσπότην, τὸν ἄνθρωπον λέγω, περιηγκωνισμένον καθάπερ ἑωρακότα τῷ πολεμίῳ· γῆ γὰρ, καὶ θάλασσα, καὶ ἀστέρων κύκλος, καὶ βουνοὶ, καὶ ὅσα τοῦ κτίστου πρὸς αἶνον ὁ προφήτης καλεῖ, σιγὴν ἐπῆνει, μὴ τὸν ὕμνον ἀναβαλλόμενα, ὡς τοῦ πλήκτρου, φημὶ δὲ τὴν γλῶτταν, τὴν τοῦ ἀλλοτρίου κιθάραν κρούειν βιαζομένου· ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης κήρυκες οὐρανοὶ, σχολὴν ἦγον, καὶ τοῦ κροτεῖν καὶ διηγεῖσθαι τὰ λαμπρὰ πρὸς λήθην ἦκον· καὶ ἁπλῶς, ἅπαν ὅ τι καλὸν, τὴν ἰδίαν ὥραν ἀπέθετο, μὴ ἔχοντα ὅ τι φανῆναι

---

turum, siquidem impositum sibi mandatum non prætergrederetur. Verum quum ille Creatorem suum derelinquens, seductori se subjecisset; nudus, miserabilis, captivus (eheu!), pristinaque prorsus exutus nobilitate jacebat; atque omnia illa bona ac valde bona, quum suum ipsorum dominum, hominem inquam, vinctis veluti post tergum manibus, ab inimico subjugatum cernerent, secundum falli nesciam Domini sententiam, lugubrem quodammodo habitum assumpserant. Nam terra, et mare, ac stellarum corona, et colles, et quæcumque alia Propheta ad laudandum Creatorem invitat[a], jam silebant, neque referebant hymnos, sicuti plectrum, linguam dico, quod extranei citharam pulsare per vim cogatur. Sed et cœli, præcones illi gloriæ Dei[b], languebant otio, et divina magnalia celebrare atque enarrare obliviscebantur. Ac denique venustatem suam bona omnia exuerant, quum causa, cur se venusta exhiberent, jam nulla iis esset,

[a] *Psalm.* CXLVIII.
[b] *Psalm.* XVIII, 1.

καλὰ, τοῦ διερμηνέως, δι' ὃν ἐκείνης ἤκουσαν τῆς φωνῆς, ἑτέροις προσεσχηκότος ἤθεσιν.

VI. Ἔκειτο τοίνυν πᾶσα ἡ τερπνὴ ποίησις ἐκείνη, ἄφωνος, ἀκαλλὴς, καὶ οἷον νεκρά· ἐπεὶ δ' ὁ παρασχὼν ἑαυτῷ τε καὶ πᾶσι τῇ λοιπῇ τῆς συμφορᾶς τὴν αἰτίαν, τὸ μέγα τοῦτο πλάσμα, ὁ ἄνθρωπος ἦν, ἔδει δ' ἐλέους ὑπερβολὴ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἐπανελθεῖν· τί γίνεται; καὶ τί τερατουργεῖται θαυμάσιον; γῆν αἱρεῖται πατῆσαι Θεός· καὶ ὁ τοῦτον ὑποδεξάμενος ἄνθρωπος ἐρευνᾶται, ἵνα καὶ τῆς δουλείας λύσῃ τὸ γένος, καὶ τὴν καλλονὴν ἀναζωγραφήσῃ τῇ κτίσει· ἄλλο τε ἄλλων πολλῶν καὶ μεγάλων ἐπιφανέντων, οἷος ἦν ὁ παραδόξων αὐτουργὸς Μωϋσῆς θεαμάτων, καὶ ὁ τοῦ οὐρανοῦ θυρωρὸς, ὡς εἰπεῖν, Ἠλίας, καὶ ὁ πολὺς ἄλλος

---

postquam interpres ille, propter quem (Dei) vocem se bona proclamantem audierant", aliis affectibus deserviebat.

VI. Omnes itaque creaturæ, quæ ad jucunditatem creatæ fuerant, elingues, squalidæ, ac veluti mortuæ jacebant. At quoniam homo, qui et sibi et reliquis omnibus calamitatis auctor exstiterat, tam insigne erat Dei opus, et conveniens erat, ut excessu misericordiæ ejusdem benignissimi Dei revocaretur; quidnam fit? et quale prorsus admirandum patratur prodigium? Deus ipse in terram pedes inferre decernit; atque inter homines quispiam requiritur, qui illum excipiat, ut genus omne a servitute liberet, et creaturas universas ad pristinam pulchritudinem reformet. Nam cum alias alii ac plures illi quidem eximiique apparuissent viri, cujusmodi fuerunt mirabilium prodigiorum patrator ille Moyses, cœlique ille, ut ita dicam, janitor Elias, ac reliqua insignium illorum virorum ac prophetarum ingens corona;

" Eximia plane sententia, creaturas omnes nosse quodammodo, propterea se bonas a Deo ipso proclamatas fuisse, quod ad enarrandam homini gloriam creatoris idoneæ forent; qui finis semel ac deficiat, inutiles evadant ac squalere videantur.

τῶν σεμνῶν ἐκείνων ἀνδρῶν καὶ προφητῶν κύκλος, ἀντίρροπος ἦν οὐδεὶς τοῦ ζητουμένου.

Ὀψὲ δὲ καὶ μετὰ πολλὴν ἡλίου περίοδον, καὶ ὁ καινὸς ἄνθρωπος, τὸ μέγα καὶ ζωογόνον ἀληθῶς στοιχεῖον, ἡ οὐράνιος δρόσος, τὸ θεοδόχον σκεῦος, ἡ καλλίπαις ἐπιλάμπει τῷ βίῳ παρθένος, καὶ λύεται μὲν, διὰ ταύτης, τῆς συμφορᾶς ἄνθρωπος, καὶ τὸ πρῶτον ἀναιρεῖται ἀξίωμα, καὶ βασιλικῶς ἐπικάθηται διαπαίζων τὸν πλάνον, καὶ ἅπερ, ὡς ἀνδράποδον, πρὶν εἶλκε δεσμὰ, αὐτὸν δὴ τούτοις τὸν θηράσαντα περιβάλλει· ἡ δὲ ποίησις πᾶσα, τὴν ἑαυτῆς ἐπιδείκνυται αὖθις εὐπρέπειαν, καὶ τὴν τοῦ κτίστου ῥητορεύει μεγαλουργίαν· ὅτι τὸν ὑμνοπλόκον εὗρε, τὸν σοφὸν καταγγελέα τῆς ἐν αὐτῇ ἐπιστήμης, καὶ νῦν ἀτεχνῶς τοῖς προφητικοῖς ὑπείκει

---

nemo tamen ipsorum ad id, quod opus erat, idoneus repertus est.

Sero tandem, et post multos solis recurrentis gyros novus ille homo", magnum ac vere vivificans elementum, ros cœlestis, vas Deo excipiendo par, venustissima nempe puella, Virgo in vitam affulsit; per quam homo quidem et a calamitate illa liberatur, et pristinam resumit dignitatem, et deceptorem suum irridens regio loco constituitur, et iisdem vinculis, quibus uti mancipium antea constrictus fuerat, nunc eumdem prædatorem suum ipse constringit. Creaturæ autem suum ipsarum decorem iterum ostentant omnes, et Creatoris sui eloquenter prædicant magnificentiam. Jam enim hymnologum, sapientemque invenerunt illius scientiæ interpretem, quæ ex ipsis emicat, et nunc utique invi-

" Quomodo *novus homo* exorta Virgo, si adamiticæ vetustatis et ipsa particeps fuisset? Nonne enim in eadem, ac reliqui, conditione ipsa quoque fuisset? Nonne proinde et ipsa exspectasset novum illum hominem, novamque creaturam, quæ (uti contextus clamat) in lapsis Adæ filiis nec inveniebatur, nec inveniri poterat, digna scilicet quæ descendentem e cœlis Deum exciperet? Nexus itaque sententiarum necessario postulat, ut B. Virgo ab infausta primi parentis hereditate, propter quam nemo excipiendo Deo venienti par esse poterat, immunis pronuntietur.

λόγοις, πρὸς αἶνον τοῦ Κυρίου διανισταμένη. Καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, ἡ τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας γέννησις, ἀναγεννήσεως πᾶσι καὶ ἀναπλάσεως καὶ ὡραϊσμοῦ καὶ ἀνακαινίσεως πέφηνε πρόξενος· τοσούτων ἡ τῆς παρθένου πρόοδος γέμει χαρίτων· οὕτως ἡ τῶν γενεθλίων αὐτῆς ἡμέρα, χαρμόσυνα καὶ νικητικὰ διεσάλπισε πᾶσι, τοσοῦτον ἡ παροῦσα πανήγυρις, μυστικῆς θεωρίας προτίθησιν ὕψος.

VII. Ἀλλὰ τίς ἂν ἰσχύσειεν ἢ κατ' ἀξίαν [1] ἐννοῆσαι, ἢ γλώττης ἔργον οἰκονομῆσαι, ἢ τὴν σεμνότητα, ἣν πᾶσα ἡ ποίησις διὰ ταύτης δὴ τῆς παμβασιλίδος ἔχει λαμπρῶς περιβαλλομένη, ἢ τὴν ταύτης μεγαλειότητα, δι' ἣν καὶ Θεὸν ἔνοικον αὐτῇ σχεῖν ἐξεγένετο, καὶ πάντα ἐκεῖνα προαγαγεῖν, τά τε αὐτῇ καὶ τῇ κτίσει λαμπρὰ καὶ περίδοξα;

Ἐπεὶ γὰρ, καθόσον ἄν τις ἑαυτὸν ἀποξέῃ, πρός γε τὸ ἐοικέναι

[1] Cod. καταξίαν.

---

tanti prophetæ obsequuntur ad laudem Domini assurgentes. Atque, ut uno verbo dicam, ortus Mariæ, semper Virginis ac Dei Genitricis, universalis omnium regenerationis, reformationis, in pristinam venustatem restitutionis, ac renovationis origo apparuit. Tantam nempe gratiarum copiam ortus Virginis secum attulit! Adeo natalis ejus dies gaudium victoriamque omnibus solemniter annuntiavit! Adeo sublime mysticæ contemplationis argumentum præsens festivitas nobis objicit!

VII. Verum quisnam pro dignitate valeat aut mente concipere, aut lingua enarrare sive decus quo creaturæ omnes per hanc omnium reginam circumvestitæ splendescunt, sive reginæ ipsius magnificentiam, propter quam ei datum est, ut et ipsa Deum in se exciperet habitatorem, et omnia illa splendida ac mirabilia tum sibi tum creaturis compararet?

Quum enim, quo magis sese quis expolit ut Deo similis evadat,

Θεῷ, κατὰ τοσοῦτον[1] καὶ συμπλοκῆς καὶ δώρων[2] καταλλήλων ἐκεῖθεν τυγχάνει, ἵν' ὅσον ἡ παρθένος Θεῷ προσωμοίωται, τοῦτ' οἶμαι δείξῃ τοῖς ἀνθρώποις ὁ πλάστης, διὰ τοῦτο καὶ ἡ ξένη μετ' αὐτῆς αὐτοῦ διέλαμψεν ἕνωσις, καὶ ἡ δημιουργία πᾶσα τὴν ἱστουργίαν δι' αὐτῆς περιβέβληται τὴν σεμνοπρεπῆ.

Περὶ ταύτης ἔμοιγε δοκεῖ καὶ ὁ προφήτης Δαεὶδ σὺν θαύματι προδιεκωδώνισε, τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται, φάσκων, τῷ Κυρίῳ, ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ; οὐδὲ γάρ ἐστιν ὁ τῶν γενομένων τὴν μακαρίαν ὕπερ, καὶ ὑπὲρ τὸ τῶν νεφελῶν ὕψος πρὸς ὁμοίωσιν ἀναβέβηκε θείαν· ἀλλ' οὐδ' ἂν εἷς τῶν ἐσομένων ἔσται, τῶν ἁπάντων οὐδείς, τοσοῦτον ὑψωθησόμενος· αὕτη γάρ ἐστι τὸ

[1] Cod. κατατοσοῦτον.
[2] Cod. δώρεν.

---

eo majorem cum Deo ipso conjunctionem, et consentanea dona inde nanciscatur; ego vero arbitror, Creatorem, ut hominibus palam faceret quam similis Deo esset Virgo, propterea effecisse, ut nova prorsus eam inter ac semet conjunctionis ratio refulgeret, et creaturæ universæ eximia per ipsam gloria circumvestirentur.

Profecto de ipsa, videtur mihi, prænuntiasse propheta David, ubi cum admiratione clamat[a]: *Quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filiis Dei?* Nulla enim creaturarum beata Virgine superior est, nulla supra nubium altitudinem ad divinam similitudinem propius ascendit. Sed neque in posterum prorsus ex omnibus erit ullus, qui ad sublimem adeo celsitudinem provehatur. Ipsa enim altissimus mons ille est[b], *in quo benepla-*

[a] *Ps.* LXXXVIII, 7. Isidorus heic magis cum Vulgata latina quam cum græca LXX editione consentit; hæc enim ita bis repetit τὸ τίς; τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ; καὶ τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ; Quæ tamen repetitio abest etiam ab Complutensi ac Aldina, et ab Alexandrino Codice.

[b] *Ps.* LVII, 17.

μετεωρότατον ὄρος, ὃ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ· ἔνθεν καὶ τοῦτό τις ἀξίως οἶμαι προσερεῖ τῇ βασιλίδι, ὃ πρὸς τὸν δεσπότην ὁ θεσπέσιος Ἀββακούκ· ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτῆς. καὶ τῆς συνέσεως αὐτῆς πλήρης ἡ γῆ· εἰ δὲ, καθάπερ ἐν εὐαγγελίοις ὁ θεῖος ἐκήρυξε Λουκᾶς, τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, πόσον ἄρα τὸ ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, φαίην δ' ἂν ἔγωγε, καὶ ἀγγέλους, ὑψηλὸν παρ' αὐτῆς, ὃ καὶ Θεὸν εἰς γῆν κατήγαγε, λογίζεσθαι χρή; διὰ ταῦτα καὶ μάλα σώζων ἄν τις τὸ δέον, ἐπάνω πάντων, Θεοῦ πλήν, τὸ ὑψηλότατον τοῦτο καλέσειε γέννημα· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἥκειν ἐξ οὐρανοῦ· ἐπεὶ καὶ ἡ θεολογικωτάτη καὶ πάντα περιιχοῦσα φάσκει φωνὴ, « ὁ ἐξ οὐρανοῦ « ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν. »

---

citum est Deo habitare in eo. Hinc et illud merito, mea quidem sententia, de Regina nostra quispiam dixerit, quod de Domino præclarus pronuntiavit Abbacuc[a] : *Operuit cœlos virtus ejus, et sapientiæ ejus plena est terra.* Quod si, quemadmodum divinus proclamavit Lucas[b], *quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum;* quam sublimem igitur non solum præ hominibus universis, verum etiam, ut ego quidem dixerim, præ Angelis existimare oportet altitudinem illius, quæ Deum in terras attraxit? Quocirca jure merito quispiam sublimissimam hanc creaturam omnibus quibuscumque, Deo solum excepto, superiorem affirmaverit. Atqui simul ac id statuatur, jam et a cœlo eam advenisse decernendum est. Quaquaversus enim resonat maximi illius theologi vox inquiens[c] : *Qui de cœlo venit, super omnes est.*

[a] *Abb.* III, 3. Isidorus heic nec plane cum Vulgata nostra consentit, quæ habet : *Operuit cœlos* gloria *ejus : et* laudis *ejus plena est terra :* neque cum LXX, qui legunt : ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ (Complut. δύναμις) αὐτοῦ, καὶ αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης (Complut. ἐπλήσθη) ἡ γῆ.

[b] Luc. XVI, 15.

[c] Johan. III, 31.

VIII. Ἔγωγε μήν, ἐπεὶ πάλαι κακῶς εἶχεν ἡ γῆ, καὶ ἦν ἅπασα σάλου καὶ μανίας ἐμπιπλαμένη, καὶ ὥσπερεὶ σειομένη τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ παρ' ἑαυτῆς ὅπως τι βλαστήσειεν ἀποροῦσα φάρμακον, ἵν' ἐκεῖνο τὸ δεινὸν κατακλύσῃ καὶ ἀποκαθάρῃ τὴν νόσον, ὁ οὐρανὸς εἴποιμ' ἂν ὅτι περ ἐλείπετο, καὶ χεῖρα ὀρέξαι, καὶ παρ' ἑαυτοῦ τι χορηγῆσαι τῇ καμνούσῃ σωτήριον· ὥστ' εἴ τις τὸν κλόνον ἐκεῖνον ἔστηκε καὶ τὸ τῆς ὀσμῆς ἀπήλασεν ἄχαρι τοῦ δεινοῦ, οὗτος δὲ ἦν ὁ λαμπρὸς ἰατρὸς ἡ παρθένος, καὶ οὐράνιος ἂν εἰκότως κληθείη.

Ἐμοὶ γὰρ καὶ πρὸς τοῦτο φέρειν ἐκεῖνο δοκεῖ τοῦ θείου Δαβίδ· *γῆ ἐσείσθη, καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν*· οἶμαι δὲ καὶ τῆς ἔσταξαν

VIII. Sane cum terra olim male prorsus haberet, et tota tumultibus insanoque furore æstuaret, ac peccato veluti quassata esset ; in se autem vim non haberet aliquod progignendi pharmacum, quo malum illud elueret, ac morbum depelleret ; ego sane dixerim, hoc unum reliquum fuisse, ut cœlum manum protenderet, ac terræ laboranti salutarem medicinam ipsum e penu suo suppeditaret[a]. Si quis igitur commotionem illam sedavit, et ingratum diri morbi fœtorem depulit, plane egregius hic fuit medicus, ipsa scilicet Virgo, ac cœlestis propterea jure vocanda.

Nam illa quoque divini Davidis huc spectare mihi videntur[b] : *Terra mota est ; etenim cœli distillaverunt*. Existimo autem,

[a] Perpende, quæso, vim argumenti quo Isidorus evincit Mariam esse e cœlo. Terra, inquit auctor, peccato infecta languebat, atque adeo pharmacum morbo huic depellendo idoneum gignendi impos erat. Ergo necesse fuit, ut cœlum terræ opem porrigeret. Ergo e cœlo Maria data est. Ita quidem Isidorus. At vero patiturne hæc argumentatio, ut Maria quoque infecta peccato dicatur? Sane si terra pharmacum malis suis idcirco parare non poterat, quia germina quæ in ea nascebantur, cuncta peccato laborabant, ineptum enimvero erat e cœlo quæsivisse remedium, si germen, quod hinc dandum esset, eodem plane vitio laborasset.

[b] *Ps.* LXVII, 10.

λέξεως διὰ τοῦτ' ἐθέσπισε τῷ προφήτῃ, ἵν' ὑποφήνῃ, ὡς οὐ θανασίμους ἀφειδῶς ἀνοιγνύμενοι [1], οἷα πάλαι, κατέῤῥαξαν ὑετοὺς οὐρανοί, ὡς ἂν καὶ κιβωτοῦ μικρὰ τοῦ γένους σπέρματα διασωζούσης, ἄνθρωποι δεηθεῖεν, ἢ μετὰ τὴν σωτηρίαν, σάλον ἄλλον εἰς γῆν ἀπέθετο τὸν ἀπὸ τῆς παροινίας· ἀλλ' εὐλαβῶς πως ἂν εἴποις, καθάπερ οἱ οὐρανοὶ διηθούμενοι τὸ εὐωδέστατον ἄνθος, τὸ τερπνὸν δὴ τοῦτο, τὴν πάναγνον τοῖς ἀνθρώποις ἐνέσταξαν μύρον.

Εἰ δ' οὐκ ἄδηλον, εὐμενῶς δι' αὐτῆς πρὸς ἡμᾶς ἐπιβλέψαι θεὸν, εὔδηλον ἄρ' ὡς κἀκεῖνο περὶ αὐτῆς· ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύριος, οἶδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου

[1] Cod. ἀνυγνύμενοι.

---

prophetam propterea usum esse ea voce, *distillaverunt*, ut ostenderet, cœlos non quidem apertos ut olim mortiferas effuse pluvias demisisse, adeo ut et arca, quæ generis pauca semina servaret, homines indigerent (quæ tamen arca post allatam salutem aliam iterum turbarum seriem, quæ ex ebrietate duxit initium, in terram dejecit); sed leniter quodammodo ac prope dixerim, quasi suaveolentissimum florem irrorantes, jucundissimum hoc unguentum, innocentissimam nempe Virginem, hominibus instillasse[a].

Præterea quum satis manifestum sit, Deum benigno nos vultu per ipsam respexisse; profecto de ipsa et illud dictum fuit[b]: *De cœlo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum de præparato*

[a] En qualis e cœlis descenderit Deipara, qualis nempe condita fuerit, *flos suaveolentissimus*, *jucundissimum unguentum*, *virgo innocentissima*. Quæ quidem apprime consonant cum iis, quæ in præmissis de Virginis Conceptione sermonibus jam legimus, ubi prima Mariæ conditio æquiparatur modo Soli, qui exoritur gratiæ fulgoribus splendidissimus, modo cœlo, quod gratia nitescens construitur, modo rosæ, quæ germinat fragrantissima, modo templo, quod vivifico Sancto Spiritu cooperante ædificatur, etc.

[b] *Ps.* XXXII, 13, 14.

αὐτοῦ. Εἰ δ' ὅτι ναὸς Θεοῦ καὶ θρόνος ἡ πάναγνος, ἀναμφισβήτητον πάντη καὶ τοῦτο πάντως δι' αὐτήν· Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· Κύριος ἐν οὐρανῷ ὁ θρόνος αὐτοῦ· δι' ἃ δήπουθεν. καὶ οὐρανὸν καὶ οὐρανῶν κύημα, οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, τὴν παρθένον προσονομάζων.

Εἰ δὲ τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς ἀδαμιαίας ἐκείνης μοίρας οἱ τῆς παρθένου γεννήτορες, οὐδέν τι δέος τῷ λόγῳ, οὐρανὸν κἀξ οὐρανοῦ τὴν μακαρίαν ἀνακηρύττοντι. Ἐπεὶ καὶ γῆ μὲν ἀίτησι[1] φυτά, τῆς ἄνω δὲ τὸ πᾶν δρόσου, ἵνα καὶ τέκῃ, καὶ χρήσιμον ἐκθρέψῃ καρπόν· καὶ ἀνδριάντα μὲν ἐκ χρυσοῦ, ἔστιν ὃς συνεστήσατο, οὐ παρ' ἑαυτοῦ δὲ καὶ τὸν χρυσὸν συνεισήνεγκε, τὴν δὲ τῆς τέχνης ἐπιτηδειότητα μόνην.

IX. Ὅτι δ', ἥπερ ἔφημεν, πάντων τε ἡ παρθένος ἐπάνω κ

[1] Cod. ἄνεισι.

---

habitaculo suo. Quum autem haud ambiguum esse possit, innocentissimam illam templum quoque ac thronum Dei esse, jam et illud putandum est de ipsa dictum fuisse[a] : *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes ejus*. Quapropter si quis Virginem appellet cœlum, aut cœlorum filiam, iste profecto, mea quidem sententia, ne minimum quidem a veritate aberrat.

Neque vero quominus beatam illam Virginem et cœlum esse, et a cœlo prodiisse affirmemus, deterrere nos debet, quod parentes ejus e luto fuerint, et ex adamitica propagine (originem duxerint). Nam terra quoque plantas utique sursum emittit ; at desuper cadentis roris prorsus est, quod bonum aliquem fructum et germinet et ad maturitatem adducat. Neque aliter se res habet, si quis hominis statuam ex auro effinxerit ; neque enim aurum, quasi hoc ex semetipso hauriens, præbet, sed meram artis industriam ipse confert.

IX. Quod vero universis quibuscumque, uti diximus, Virgo

[a] *Ps.* X, 5.

γήθεν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐμφερῆ πρὸς ταύτην εἰκόνα, γνοίη τις ἂν ἐνθένδε· ἅπασι μὲν γὰρ τοῖς γεννωμένοις, ἀνάγκη τῶν γεννώντων, εἰ καὶ μὴ πρὸς οὐδὲν ἴσως ἕτερον, ἀλλὰ δι' αὐτὴν δήπουθεν δεῖσθαι τὴν γέννησιν, ὡς ἄρα φυτά τε καὶ ζῶα πάντα τρανὴν κηρύττει τὴν μαρτυρίαν.

Ἄννα δὲ ἡ σεβάσμιος μήτηρ, ἀναγεννηθῆναι τῆς παιδὸς ἐδεῖτο γεννῶσα[1], καὶ ἦν, ὅτ' ἐκύει, καινόν τινα κυοφορουμένη τρόπον. Καὶ οὐχ ἡ προσευχῆς αὕτη μήτηρ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ προπάτορι ταύτης ἐδέησεν, ὅσαπερ οἱονεὶ μητρὶ χρήσασθαι, πρὸς στερρόν τε διάπλασιν καὶ ἀμετάπτωτον, ὡς τῆς πρώτης ἐκείνης μητρὸς ἐρείψιμον[2] ἐχούσης τὴν σύστασιν, ἐπεί περ ἦν χοῦς, καὶ βολαῖς ἠττωμένην πνευμάτων· καὶ οὐκ Ἀδὰμ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ πολὺς τῶν[3] ἐξ ἐκείνου σύλλογος, τῆς θείας ἄχρι παιδὸς ταύτης, καθάπερ

[1] Cod. γεννῶσας.
[2] Cod. ἐρίπιστον.
[3] Cod. τῶς.

---

longe præcellat, neque imago ulla ipsi similis reperiri in terrestribus possit, hinc licet dignoscamus. Omnia enim quæcumque nascuntur, generantibus opus habent; et sin minus ad aliud quidpiam, certe iis opus habent ad ipsam generationem, quemadmodum et plantæ et animantia omnia manifeste evincunt.

Contra vero Anna, mater veneranda, cum generaret, filia sua indigebat, ut regeneraretur; et cum in utero gestaret, ipsa nova quadam ratione in utero gestabatur. Neque ipsa solum, quæ per preces mater ei fuit, sed ejusdem etiam progenitor opus habuit, ut ipsam veluti matrem nanciscereturad solidam scilicet firmamque formationem assequendam, quoniam prima illa mater[a], cum terra esset ac pulvis, fluxæ erat conditionis, ac ventorum impetu circumagebatur. Neque rursus Adam tantummodo, sed natorum ab ea ingens multitudo usque ad puellam hanc divinam

[a] Terram intellige, e qua Adam formatus est.

οἰκείας ἕκαστος ἐξωσέλικότες μητέρας, ὡς ἀτελῆ τικτούσας, καὶ οἷον πηρὰ, τὴν καινὴν δὴ ταύτην ἐζήτουν καὶ τελεσιουργικωτάτην καὶ φωτοδότιδα μητέρα· ὅθεν ὠδίνοντό τε καὶ διεμορφοῦντο· καὶ τότ' ἀληθῶς προῆλθον εἰς φῶς, ὅτ' εἰς γῆν αὕτη προελθεῖν ἐξ αὐτῆς καὶ τὸν ἐμὸν ἐκαινούργησε σωτῆρα.

Ἔνθεν τοι καὶ κατὰ τὴν βροντόφωνον γλῶτταν θαρρήσειεν ἄν τις λαμπρὸν φθέγξασθαι καὶ τοῦτο περὶ αὐτῆς· ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτῆς, δόξαν ὡς μονογενοῦς μητρὸς Θεοῦ· πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.

Οὐ τοῖς πάλαι δὲ μόνον καὶ πρὸ αὐτῆς, ἡ εἰς τὸ φῶς παρ' αὐτῆς ὃν εἴρηται τρόπον θεώρηται πρόοδος, ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ ἀπ' ἐκείνης ἱερῷ συστήματι, ἀναγέννησις καὶ ζωὴ ἀληθὴς, καὶ

---

suas quisque matres, utpote imperfectam ac yeluti cæcam prolem enixas[a], cum repudiassent, communem hanc matrem quærebant, quæ ad perfectam formam proli tribuendam, et ad lucem impertiendam maxime par foret. Materno itaque utero gestabantur ac formabantur; tumque revera in lucem editi sunt, quando ipsa novo rerum ordine meum quoque Salvatorem ex sese mundo protulit.

Hinc etiam ausit jam quispiam eximium illud de ea pronuntiare, quod lingua tonitru fragore resonans dixit[b]: *Vidimus gloriam ejus quasi gloriam* unigenitæ Dei Matris; *plena gratiæ et veritatis.*

Non ii autem solum, qui olim et ante ipsam exstiterunt, hoc beneficium sortiti sunt, ut ea ratione, quam diximus, ab eadem in lucem ederentur; sed universo quoque, qui post ipsam fuit, electorum populo regeneratio et vera vita, ac splendor lucis per

[a] Videsis Mariam non computari in prole illa imperfecta et cæca, quæ novæ ac melioris matris indigebat.

[b] Johan. I, 14. Adverte heic quoque quamdam *originis* prærogativam celebrari, quæ nemini præter Mariam communis sit, ac propterea *unigenitæ* appellationem ipsi tribuerit.

φωτὸς ἔλλαμψις· ἔτι δὲ καὶ ἐσαεὶ διατελέσει βλύζουσα τὰ τοιαῦτα ἡ πολυύμνητος, ἕως ἂν τὸ μέγα καὶ τελευταῖον ἄδυτον ἐπιλάμψῃ ζέγγος, ὃ δὴ τῆς πολυτόκου ταύτης καὶ τοῦτο, καὶ παιδὸς, καὶ μητρὸς, καὶ παρθένου πέφυκε κύημα.

Ὅθεν εἰπεῖν ἔξεστι περὶ αὐτῆς μικρὸν παρῳδήσαντας, ὃ περὶ τοῦ Σωτῆρος ὁ μακάριος εἴρηκε Παῦλος· ὅτι ἡ ζωὴ ἡμῶν ἐκέκρυπτο σὺν αὐτῇ, καὶ ὅτε αὕτη πεφανέρωται ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ ἡμεῖς σὺν αὐτῇ ἐφανερώθημεν ἐν δόξῃ· κἀνταῦθα καὶ τὸ τοῦ σεμνοῦ Ἀββακοὺμ οὐκ ἀπεικότως, ἐμοὶ δοκῶ, μεθαρμόσειεν ἄν τις· ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τοὺς χριστούς σου ἐλήλυθας.

Ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ Ζαχαρίας ἔφησεν ὁ θεόπνευστος· ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου

---

ipsam tributa fuerunt. Sed et insuper ejusmodi beneficia effundere laudatissima Virgo cessabit nunquam, quousque magnus ille et novissimus, et inaccessibilis splendor effulserit, is videlicet, qui fœcundissimæ hujus et filiæ et matris et virginis ipse quoque factus est filius.

Quamobrem fas est, verbis paululum immutatis, de ipsa pronuntiare, quod beatus Paulus de Salvatore inquit[a]: *vita nostra abscondita erat* cum ipsa; et *quando* ipsa *apparuit Vita nostra, tunc* et nos *apparuimus cum ipsa in gloria*. Præterea neque immerito quispiam, ut mihi quidem videtur, præsenti rei illud aptaret venerandi Habacuc[b]: *Egressa es in salutem populi tui; ad salvandum Christos tuos venisti*.

Sed et Zacharias a Deo inspiratus inquiebat[c]: *Visitavit nos oriens ex alto, illuminare iis, qui in tenebris et umbra mortis*

[a] *Coloss.* III, 3, 4.

[b] Habac. III, 13. Utrum Isidorus τὸ ἐλήλυθας quod a LXX abest, ideo addiderit, quod ita in Codice suo legeret, incertum; quod vero scripserit χριστούς σου, conjici potest ita eum legisse, quum et Alexandrinus codex ita habeat.

[c] Luc. I, 78, 79.

καθημένοις. Σκιὰ γὰρ ἀτεχνῶς ἐκεῖνα τὰ πάλαι, καὶ σκότου μηδὲν ἀποδέοντα· ἅπερ ἅπαντα καὶ ὥδινε παραδόξως ἡ μακαρία πρὸ τοῦ φανῆναι, καθὰ προέφημεν, καὶ γεννηθεῖσα, πρὸς ἀληθῆ γέννησιν ἤγαγε καὶ φῶς ὥσπερ οὐκ ἀνασχομένη, μὴ καὶ ἄλλοις ὧν ἐπλούτησε μεταδοῦναι, λέγω δὲ, τὴν φωτεινὴν ὕπαρξιν, οἷόν τι κάλλιστον μύρον, οἷς ἂν κοινωνήσειε, τὴν παρ' ἑαυτοῦ χορηγοῦν ἀρετήν· ἐντεῦθεν τοίνυν, μυστικόν τινα λόγον, οὐ καλλίπαις μόνον, ἀλλὰ καὶ πολύπαις γέγονεν ἡ παρθένος, Ἀχὰβ ἐκείνου καὶ Γεδεὼν κρείττων τῇ πολυτεκνίᾳ γνωριζομένη· θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, εἰ τόκους οὕτω καινοὺς, οὕτω πολλοὺς, καινοτοκεῖν ὁ λόγος δείκνυσι τὴν παρθένον, ὅτι καὶ τὸ καινότατον, τὸν τῶν ἁπάντων ἔτεκε δημιουργὸν καὶ τοκέα.

---

sedent. Umbra enim plane erant antiqua illa, et nihil a tenebris distabant. Quæ quidem omnia mirabili quadam ratione, ut præfati sumus, beata Virgo gestabat in utero, prius etiam quam in lucem ipsa prodiret. Postquam vero genita est, veram iis nativitatem veramque impertivit lucem, quod ferre nempe ipsa non posset, ut ceteri quoque omnes in partem non vocarentur eorum bonorum, quorum ipsa dives apprime erat, abundantiæ scilicet illius lucis[a], quæ instar optimi unguenti suam eis, quibus fuerit impertita, virtutem participat. Hinc vero plane consequitur, spirituali quadam ratione Virginem sobolis non modo præstantia, sed etiam copia insignem exstitisse, ac multo filiorum numero Achabum illum ac Gedeonem manifeste vicisse. Nec mirum videri debet, quod prolem adeo novam, adeoque multiplicem e Virgine progenitam nova illa ratione dicamus, postquam (quod maxime novum est) rerum omnium conditorem ac parentem ipsa generavit.

[a] Vide constantem inter genus humanum lapsum ac Deiparæ antithesim, ut hæc ceu vita et lux aliis etiam dein communicanda exhibeatur, illud vero in tenebris et in umbra mortis sedens cernatur.

X. Ἄξιον δὲ, καὶ τίνων, καὶ ὅπως ἔφυ διαλαβεῖν τὸ πάσης ἡλικίας νουνεχέστερον βρέφος, τὸ γῆς ἁπάσης καὶ οὐρανοῦ πλατύτερον γέννημα, ἡ ὑπερφυὴς καὶ ἀπόῤῥητος μητρόπαις.

Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα, δυὰς ἐτύγχανον πάλαι τῷ βίῳ δικαιοτάτη· νόμου τε φύλακες ἀκριβεῖς καὶ φιλοσοφίαν φιλοῦντες, ὅση τε ἠθοὶ εὖ ζωγραφεῖ, καὶ οἶκον εἰρηναῖον τίθησι καὶ ἀστασίαστον· σφόδρα τε περίβλεπτοι διὰ ταῦτα, καὶ τὸ περιὸν εἰς μετάδοσιν, οἷς ἐδέησεν, ὧν ἐκέκτηντο· ἦσαν γὰρ καὶ πλούτου μετειληφότες βαθέος. Ὅθεν τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστος, ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνον τὰ ὧρα τῷ Κυρίῳ προσῆγον· οὗτοι δ' ἀφθονία βίου, μᾶλλον δὲ γνώμης ἐλευθερίᾳ, καὶ πρὸς τὸ γένος φίλτρῳ, ἑαυτῶν τε ἕνεκα καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς, διπλῆν ἐποιοῦντο τὴν προσένεξιν· διὸ καὶ εἰς πρώτους ἐτέλουν τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐκείνης καὶ βασιλικωτάτης φυλῆς.

Τούτοις οὖν, γάμου μὲν ἦν ἐπιπολὺ κοινωνία, παιδὸς δ' εὐκλη-

X. Porro operæ pretium fuerit illud insuper perpendere, e quibus et quo pacto nata sit hæc infans omni ætate sapientior, hæc soboles terra universa ac cœlo amplior, supra naturam et ineffabiliter Virgo Mater.

Joachim et Anna conjuges erant, qui per omnem sane diuturnam vitam justissimi, custodiendæ legis studiosi, illam diligebant sapientiam, quæ et mores egregie effingit, ac domum pacificam atque dissidiis inaccessam servat. Valde autem conspicui erant tum hisce de causis, tum etiam quod semper præsto illis esset, quod iis distribuerint, qui facultatum suarum ope indigerent; nam et ingentibus affluebant divitiis. Unde quum pro se tantummodo munera Domino cæteri quique offerrent, hi præ divitiarum copia, imo potius præ animi liberalitate, et charitate in gentiles suos, tam pro se quam pro universo populo duplicatam exhibebant oblationem. Quocirca inter primores præstantissimæ illius tribus Judæ insignes censebantur.

Hi itaque, quamquam connubii jure jamdiu conjuncti, prolis

ρία προσῆν οὐδαμοῦ· τοῦτο δὲ λίαν ἀνιαρὸν ἐδόκει, καὶ πλῆττον οὐ μικρὰ τὴν καρδίαν· καί ποτε γοῦν, τῆς μεγίστης παρ' ἐκείνοις ἑορτῆς ἐπιστάσης, τὰς ἐν ἱερῷ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐκόμιζον προσφοράς· ὁ δὲ τῆς ἱερατείας τότε Ῥουβὶμ πρὸς λειτουργίαν τελῶν, οὔτε λαμβάνει τὰ δῶρα, καὶ ὀνείδεσι βάλλει πικροῖς τὴν λαμπρὰν ξυνωρίδα· οὐκ ἔξεστι, λέγων, ὑμῖν δῶρα Θεῷ προσενεγκεῖν, καθότι ἐν τῷ Ἰσραὴλ σπέρμα οὐκ ἐποιήσατε.

Δάκνει τοῦτο τὸ ῥῆμα τὴν δικαίαν συζυγίαν ἐκείνην, καὶ ὀδυρμοῦ τίθησι πλήρεις, καὶ στεναγμὸν ἐκ βάθους βαρὺν παρεσκεύασεν ἀφιέναι, τὴν ἀπαιδίαν γοερῶς ὀλοφυρομένους.

XI. Ἀλλ' ὃ δικαίοις καὶ τηλικούτοις προσῆκε, πρὸς τὸν δυνάμενον ἐκ λίθων ἐγεῖραι τέκνα, καταφεύγουσι Θεὸν, Σάρρας ἐκείνης,

---

tamen solatio prorsus destituebantur; quod quidem valde grave videbatur, eorumque corda haud modica tristitia afficiebat. Atque inde etiam aliquando contigit, ut cum celeberrima festivitas apud illos ageretur, atque oblationes de more ad templum afferrentur, Rubim quidam [a], qui tunc sacerdotali munere fungebatur, non modo præclarissimorum conjugum dona non acciperet, sed præterea acerbis eos conviciis impeteret. *Vobis*, inquit, *fas non est munera Deo offerre, quoniam semen in Israel non fecistis.*

Pupugit hoc dicterium sanctos illos conjuges, magnumque ingessit luctum, adeo ut orbitatem suam, mœsta ex imo corde suspiria trahentes, acerbe plorarent.

XI. Ceterum, quod tanta exornatis sanctimonia pronum erat, ad Deum qui [b] *potens est filios de lapidibus suscitare*, (ambo) confugiunt, animo secum ipsi recolentes, quomodo Sara illa et

[a] Isidorus, ut videtur, *Rubim* seu *Ruben* existimavit nomen proprium sacerdotis; dum alii contra censuerunt ibi indicari hominem e *tribu Ruben*, quemadmodum in orationibus Johannis Eubœensis et Petri Argivi videre licuit.

[b] Luc. III, 8.

καὶ Ῥεβέκκας, καὶ τῆς τοῦ Μανωὲ γυναικὸς, καὶ πολλῶν ἄλλων ἐπιμνησθέντες, ὅπως γονῆς οἱ εὐχῆς ἔτυχον ἐξ ἀκάρπου γαστρός. Παρ' ἀλλήλων τοίνυν ἡ καλὴ ξυνωρὶς ἀλλήλοις βουλὴν παρασχόντες, πείθει μὲν ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα, μὴ παρὰ γνώμην τι καινοτομῆσαι Θεοῦ, καθάπερ Εὔα τὸν σύνευνον ὁμοῦ καὶ πατέρα ἐκεῖνον, ἢ ὡς Ἰεζάβελ, θύειν τῇ Ἀστάρτῃ τὸν Ἀχάβ, ἀλλὰ Θεὸν μόνον τοῦ πάθους ῥύστην νομίσαι, κἀκεῖθεν ἐλπίσαι χαρᾶς αἰτίαν γονήν, οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις πλείστοις ὀφθῆναι· τὰ δ' αὐτὰ συνεισενεγκόντι καὶ τῷ ἀνδρὶ ἠκολούθησε προθύμως ἡ Ἄννα, καθάπερ τῷ Ἰακὼβ Ῥαχὴλ ἐκείνη καὶ Λεία, τῆς οἰκίας ἀπαίροντι κηδεστοῦ· οὕτω τοίνυν συμψηφισάμενοι, καὶ τὸ τεχθησόμενον δοτὸν Θεῷ ποιήσειν ἐπαγγειλάμενοι, ἀποστάντες ἀλλήλων,

---

Rebecca, et Manue uxor, ac plures aliæ post diuturnam sterilitatem prolem dein per preces obtinuerint. Communi igitur voto præclari conjuges, invicem consilium sibi præbentes, uxor viro suadet non quidem ad aliquid præter Dei voluntatem moliendum, quemadmodum Eva conjugem suum simul ac parentem[a], aut sicut Jezabel ad sacrificandum Astartæ impulit Achaz, sed ut reputet, unum Deum ipsum esse, qui a calamitate possit eripere, atque inde spem foveat, eam sibi prolem concedendam, quæ gaudium non ipsis modo, sed et plurimis aliis adferat. Eadem autem et viro invicem suadenti prompte obsequuta est Anna, non secus ac e domo soceri abeuntem Jacobum Rachel illa et Lia sequutæ sunt. Atque ita communi sententia [b], sponsione insuper adjecta, se munus Deo dedicaturos prolem quam sus-

[a] Adam parens Evæ dicitur, quia hæc e costa illius ædificata fuit.

[b] Alii contra, ut ex Johannis Eubœensis oratione patet, putaverunt, Joachimum se ad orandum recepisse, Anna prorsus inscia; unde et hanc inducunt de solitudine sua et conjugis sorte anxiam. Sed jam alias monuimus, nil frequentius usuvenire, quam ut dum adjuncta, de quibus silet historia, unusquisque sibi effingit, prouti verisimilia videntur, varii in varias abeant opiniones.

καὶ τεσσαράκοντα ὅλας ἡμέρας διηνυκότες, ἐν δάκρυσι καὶ νηστείᾳ, καὶ συντόνῳ δεήσει, ἑκάτερος ἰδίᾳ, παρὰ θείου Ἀγγέλου, τὴν τῆς θεογράφου πλακὸς δέχονται ἀγγελίαν, πλακὸς ἐκείνης μακρῷ τῶν Μωσέως ὑψηλοτέρας πλακῶν· ἃς δὴ κἀκείνας ἴσος ἐλάξευσεν ἡμερῶν ἀριθμός, ἔτι δὲ καὶ ὄρος, ὡς ἄρα κἀνταῦθα καὶ τὸν Ἰωακεὶμ ὄρος εἶχεν εὐχόμενον· ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ τόπος, ὃς Ἄννης εἶδεν εὐχάς, τῷ τῆς προμήτορος παραπλήσιον ἦν· παράδεισος γὰρ καὶ ὧδε, εἰ καὶ μὴ κατάλληλος ἐτρυγήθη καρπός· ἐκεῖ μὲν γὰρ κατάρα, χαρὰν δὲ ὁ νέος τῆς Ἄννης ἀνῆκε λειμών.

---

cepissent, invicem digressi, cum quadraginta solidos dies in lacrymis, et jejunio, et jugibus precibus transegissent, uterque seorsim per Dei angelum nuntium accipit tabulæ a Deo scribendæ", tabulæ illius scilicet, quæ longe nobilior fuit mosaicis tabulis; quas utique et ipsas sculpsit æqualis dierum numerus ac simul mons, quemadmodum heic quoque Joachimum orantem mons recondit. Sed et locus, qui Annæ precum testis fuit, sedi, in qua versabatur prima parens, respondebat; erat enim hic quoque hortus, quamquam haud similis decerptus fructus fuerit. Illic enim enata maledictio; novum autem Annæ viridarium lætitiam protulit.

" Frequentissimum Patribus græcis fuit, Virginem Deiparam tabulæ a Deo exaratæ comparare; quod et in Officiis eorum ecclesiasticis sæpe recurrit. Quemadmodum autem heic Joachimum Moysi comparatum cernis, tum quia uterque tabulas Dei digito conscriptas accepit, tum quia uterque quadraginta dierum jejunium præmisit, et rursus quia uterque *in monte* cum Deo versatus est; sic et e monte descendenti Moysi cum legis tabulis suas itidem tabulas e monte referens Joachimus comparatur in Ecclesiæ græcæ officiis. Sic enim Menæa in festo Conceptæ Deiparæ (IX Dec. Ode V): *Descendit e monte Joachim non Legis quidem tabulas referens, sed Eam, quam Lex præsignavit, quamque prophetarum vaticinia cuncta indicaverunt, innocentem Dei Matrem; et gaudio exsiliens clamabat: Exaltatum est cor meum* (Κατῆλθεν ἐξ ὄρους ὁ Ἰωακεὶμ οὐχὶ πλάκας τοῦ νόμου δεξάμενος· ἦν νόμος δὲ προέγραψε καὶ πᾶσαι προφητῶν ἐδήλωσαν αἱ ῥήσεις, Θεοῦ ἁγνὴν μητέρα, καὶ σκιρτῶν ἀνεβόα· ἐμεγαλύνθη ἡ καρδία μου).

XII. Τῇ οὖν τοιαύτῃ τῆς εὐχῆς καταστάσει ἐνδιατριβόντων, ὡς εἴρηται, τῶν δικαίων, εἰσηκούσθη σου ἡ δέησίς φησιν ὁ Ἄγγελος ἑκατέρῳ, καὶ τεχθήσεται ὑμῖν παιδίον, οὗ ἡ δόξα ἐν ὅλῃ διαθραμεῖται τῇ οἰκουμένῃ. Ἐκβαίνει μὲν οὖν εἰς πέρας τὸ τοῦ Ἀγγέλου μήνυμα· καὶ ἡ θεόπαις τὸ καινὸν πλάσμα, τὸ νεοφανὲς ὑπέρλαμπρον θέαμα, τὸ νεοθαλὲς ὡραιότατον βλάστημα, τὸ ἀειθαλὲς ψυχαγωγικώτατον σκίασμα, τὸ παγκόσμιον περιήχημα, τὸ ἰαματικώτατον ἐτέχθη φυτόν.

Ἔξεστι δὲ ἄρα θαῤῥούντως τοῖς δικαίοις ἐκείνοις, τὸ τοῦ θείου φάναι περὶ αὐτῶν Ἡσαίου· διὰ τὸν φόβον σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ

XII. Cum itaque justi conjuges istis obsecrationibus, ut dictum est, perseveranter insisterent; utrique Angelus adstans, *exaudita est*, inquit, *deprecatio tua; et nascetur vobis puella, cujus gloria per universum orbem diffundetur*. Et reipsa subsequitur, quod Angelus nuntiaverat; ac nascitur Dei filia [a], nova illa creatura, novum ad eam diem spectaculum splendidissimum, nove florens speciosissimum germen, semper virens [b], animoque jucundissimum umbraculum, nomen pervadens universum orbem, planta salutem omnibus conferens.

Et sane licet justis illis de se ipsis confidenter usurpare illud Isaiæ [c] : *Propter timorem tuum, Domine, in utero concepimus*,

[a] Vide præconium, quo Maria ut *Dei filia* (θεόπαις) celebratur, conjunctum cum ipsius plasmatione, cujus gratia dicitur *nova creatura* (καινὸν πλάσμα); ut scilicet pateat, specialem hanc prærogativam, qua Deipara *Dei filia* (θεόπαις) nominatur, ad ipsam illius plasmationem referendum, non quasi natura sit filia Altissimi, sed quia filiationis divinæ, quantum pura creatura capax esse potest, ab ipsa sua origine particeps fuit.

[b] Jam alias indicavimus, nihil ad prædicandum immaculatum ipsum quoque conceptum Deiparæ luculentius dici posse, quam ut ipsa nullo non tempore Deo amica prædicetur. Hoc autem encomium et heic habes, ubi Isidorus cum Mariam appellasset germen speciosissimum *nova ratione* florens, quasi id satis non esset, idem germen prædicat uti *semper virens*.

[c] Is. XXVI, 18, secund. LXX. Vulgatus autem veritati hebraicæ congruen-

ἐλάβομεν καὶ ὠδινήσαμεν καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας σου, ὃ ἐκυήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς· γέννημα γὰρ ἦν ἀληθῶς εὐχῆς καὶ φόβου Θεοῦ, τὸ σωτήριον τοῦτο κύημα, ὃ Θεοῦ δακτύλῳ, ἀνεκφράστοις χαρίτων κάλλεσι, διεζωγραφήθη τε καὶ κατεποικίλθη.

XIII. Κυηθείσης δὲ τῆς φαεινοτάτης καὶ θείας ταύτης εἰκόνος, ἔστη καὶ Ἄννα τοῦ κύειν· οὔτε γὰρ ἔδει τῇ μητρὶ ταύτῃ προσθήκης ἑτέρου παιδὸς, λειτουργήσοντος οἱονεὶ τὸ τοῦ πρωτοτόκου ὑστέρημα, ἅτε δὴ τὸ πᾶν δυναμένου τοῦ γεννηθέντος, οὔτ' εἶχε τίκτειν παραπλήσιον τῇ πανάγνῳ. Εἰ οὖν καὶ δεύτερον ἔτικτεν, ἐδόκει μήτηρ ὁποτέρου ἂν εἴη παιδὸς ἀμφιβαλλομένη· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τῆς παρθένου τὴν ἀρετὴν ἔγγιόν που φανῆναι τῶν ἐν γεννητοῖς

---

et parturivimus et peperimus spiritum salutis tuæ, quod utero gessimus super terram. Vere enim precum et timoris Dei fructus fuit hic fœtus, qui digito Dei ineffabili gratiarum venustate sculptus est et multipliciter exornatus [a].

XIII. Progenita porro fulgidissima ista ac divina imagine, jam a gignendis liberis Anna cessavit. Neque enim opus erat huic matri, ut alia sibi adderetur proles, quæ, quod deesset primogenitæ, quasi suppleret. Nam quæ nata fuerat, cunctis æquipollebat : aliam vero gignere quæ ad hanc utcumque accederet, jam non poterat. Itaque si et alteram genuisset, dubitari merito potuisset, utrius mater esset sobolis. Neque enim fieri poterat, ut alia prodiret proles, quæ ad nobilissimam Virginis præstantiam aliquo modo accederet; ac propterea magnum passa

tius : *sic facti sumus a facie tua, Domine. Concepimus et quasi parturivimus, et peperimus spiritum : salutem non fecimus in terra.*

[a] Sanctissima Virgo fœtus dicitur gratiæ splendoribus Dei ipsius digito efformatus. Hæc autem ad animam Virginis ex Isidoro referenda esse, palam est ex iis, quæ superius (cap. VIII) præmiserat. Idem ergo fuit Mariæ animæ condi et gratiæ jubare exornari. Morosis autem proderit adnotasse, hæc subjici per modum glossæ ad eum SS. Litterarum locum, in quo diserte fit mentio *Conceptionis : Propter timorem tuum, Domine, in utero concepimus.*

ἕτερον· ἐκ δὲ τούτου μέγα ἂν ἀφῃρεῖτο τῆς προσούσης νῦν αὐτῇ δόξης παρὰ τῆς μονογενοῦς.

Ἀλλως τε οὔτε ἄνθρωποι, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε τις ἑτέρα κτίσις, τῆς οὕτω καλλιτόκου μητρὸς, καὶ δεύτερον ἐξαγαγεῖν ἐδεῖτο καρπόν· γέγονε γὰρ αὐτάρκης ἡ μεγαλοδύναμος καὶ ὑπερφυὴς μόνη παῖς πρὸς καλλονὴν ἁπάσης ποιήσεως· ἐν αὐτῇ γάρ εἰσι, κατὰ τὸν θαυμάσιον Παῦλον εἰπεῖν, πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι· διὰ ταῦτα καλῶς Ἄννα ποιοῦσα, οὐδένα τοῦ τίκτειν ἔξῃς πεποίηται λόγον.

Ἀλλ' ἐπήει μοι καὶ τοῦτο θαυμάσαι, ὅπως κατ' ἐξοχὴν ἡ τοῦ δικαίου ἐπωνυμία, τοῖς θεοπάτορσι προσνενέμηται, ὡς ἐν ταῖς ἱεραῖς δείκνυται τελεταῖς, ἔνθα τοῦ καταλόγου μεμνημένοι τῶν

---

esset detrimentum gloriæ illius, quæ modo in ipsam ex unigena illa redundabat.

Præsertim vero cum neque homines, neque angeli, neque ulla creatura alia optaret, ut a matre tam eximiæ prolis alter jam fructus ederetur. Ad universarum enim creaturarum decus magnipotens illa, ac naturæ supereminens puella, sola per se sufficiebat. *In ipsa enim sunt*, ut cum admirando Paulo loquar [a], *omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi*. Idcirco sapienter egit Anna, dum de alia prole deinceps gignenda nihil prorsus curavit.

Sed et illud mihi se offert admiratione dignum, quo modo Deiparæ genitoribus hæc attributa fuerit appellatio, ut quemadmodum patet ex sacris Liturgiæ precibus [b], per excellentiam

[a] *Coloss.* II, 3.

[b] In Menæis ad diem IX septembris in ipso titulo festi peragendi legitur: Τῶν ἁγίων καὶ δικαίων θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἀννης: *Sanctorum et justorum Joachimi et Annæ Domini progenitorum.* Et in Tropario ad finem Vesperar.: Τῶν δικαίων σου, Κύριε, τὴν μνήμην ἑορτάζοντες, δι' αὐτῶν σε δυσωποῦμεν, σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν· *Justorum tuorum memoriam celebrantes, per ipsos te humiliter exoramus, salva animas nostras.* Idem passim recurrit in dimis-

ἁγίων, παρὰ τοὺς λοιποὺς, μόνους τούτους ἁγίους ὁμοῦ καὶ δικαίους καλεῖν εἰώθαμεν· μή ποτε γοῦν, ὡς τὸ θέον ἑαυτοῖς τε καὶ τῇ κτίσει διανενεμηκότες, τῷ μὴ παῖδα λέγω τεκεῖν ἕτερον, μόνοι δίκαιοι μυστικῶς προσηγορεύθησαν; ἢ τούτου τοίνυν ἕνεκεν, ἢ καὶ διὰ ταῦτ', ἂν ἴσως εἴποι τις, ὡς ἢ τοῦτο προσωνομάσθησαν, ὃ καὶ ἐτύγχανον ἐναργῶς, διὰ πάσης ἀρετῆς εὖ ἥκοντες δηλαδὴ, δῆλον δ' ἐκ τοῦ καρποῦ, ἢ ὅτι τὰς γεννήτορας ἡ κάλλιστη θυγάτηρ τῆς εὐτεκνίας ἀμειβομένη, ἢ μόνη διέκυψεν ἀληθὴς ἐν ἀνθρώποις δικαιοσύνη, τῆς τοιαύτης μετέδωκε προσηγορίας.

---

justi cognominentur. Nam præ reliquis omnibus, qui in catalogo sanctorum memorarentur, hos tantummodo sanctos simul et *justos* appellare consuevimus. Num igitur ideo, quod postquam sibi creaturisque universis necessarium subministrarunt, aliam prolem amplius non genuerunt, ipsi soli cognomine *justi* mystice appellati sunt? Vel utique propter istam causam, vel etiam fortasse propter hanc aliam (merito quispiam dixerit), quia et hoc cognominati sunt, quod verissime erant, omni scilicet virtute, quemadmodum ex ipsorum fructu colligi potest, præstantissimi; vel denique quia filia speciosissima, quæ sola inter homines orta est[a] *vera justitia*, vicem parentibus reddere pro generationis beneficio volens, illos appellationis hujus participes effecit.

soriis Liturgiarum et officiorum, ubi Joachimum et Annam antonomastice *justos* appellatos videre est.

[a] Vigilantissimo verbo διέκυψεν usus est Isidorus, quod scilicet ad rei, qua de agitur, originem atque exordium refertur. Et sane nisi ad originem Mariæ id referas, quis facile admiserit, ut ipsi *soli* justitia tribuatur? Verum nec illud consideratione vacat, quod Maria non *justa* sed *justitia* ipsa appellatur, quo nempe innuitur, justitiam ita Deiparæ inhæsisse semper, ut numquam Mariam nisi justitia exornatam reperias, aut cogitare possis. Denique licet hoc rursus perpendere quod alias monui, quam vane ii interpretentur Patrum sententias, qui propositiones *exclusivas* rigidissime sic accipiunt, ut eas ad communem fidelium, quorum auribus insonabant, sensum exigere negligant. Nonne enim plane blasphema dicenda esset hæc Isidori propositio, qua de SOLA Maria dicitur, exortam *veram justitiam* fuisse? A pari igitur non ad

XIV. Ἀλλ' οὕτως ἤδη καὶ ἐκ τοιούτων, ὡς ὁ λόγος ἔδειξε, πατέρων, ἡ καλλίστη γεγέννηται βλάστη, ἡ τὴν οἰκουμένην εὐωδιάσασα, καὶ τοῦ καύσωνος κατασκιάσασα τῶν παθῶν, καὶ τροφὴν ἡδίστην ὑπὲρ νοῦν θρέψασα καὶ ἀπόῤῥητον, ὁ καινοπρεπὴς καὶ ἐξαίσιος ἄνθρωπος, ὃς δὴ μόνος τὸν ἄνθρωπον ἐλεεινῶς Θεοῦ χωρισθέντα, ὃν οὔτε οὐρανὸς, οὔτε ἥλιος, οὔτε τι τῶν ὁρωμένων, οὔτ' εἴ γε πᾶσα ἡ κτίσις συνήρχετο, ἡ συναγαγεῖν, ἢ μικρόν τι ψυχαγωγῆσαι δεδύνηνται, τοῦτον ὑπὲρ λόγον, εἰς μέλη Θεοῦ μετέπλασε· τῶν γὰρ αὐτοῦ μελῶν, κεφαλὴν ἐπεκάθισε τὸν δεσπότην.

Ὃ δὴ συνιδεῖν οὕτως ἔνεστι. Πλάττει μὲν ἐκ γῆς ὁ Θεὸς ἐν ἀρχῇ τὸν Ἀδὰμ, τῆς δὲ βοηθοῦ μήτηρ, ἡ τούτου κατεβλήθη πλευρά· ἐπεὶ

XIV. Hoc itaque modo et ex hujusmodi, ut diximus, genitoribus venustissimum exortum est germen, quod suavi odore suo universum exhilaravit terrarum orbem, atque æstum restinxit cupiditatum, et alimentum supra omnem intelligendi ac dicendi vim suavissimum præbuit: humana scilicet (prodiit) proles, novitate sua perculiens, ac stupenda prorsus: quæ sola homines a Deo miserabiliter extorres[a], quosque neque cœlum, neque sol, neque alia res ulla visibilis, immo neque omnes simul creaturæ in hoc conspirantes, (ad Deum) aut reducere aut saltem paululum attrahere potuissent, ipsa ineffabili modo transformavit in Dei membra, cum scilicet divino huic ac mystico corpori ex hominibus tamquam membris compingendo ipsa Dominum tamquam caput imposuit.

Id vero hoc pacto licet perspicere. Ab initio Deus Adamum e terra formavit, atque hujus costa *Adjutorii* (Evæ) mater[b] facta

Mariæ ignominiam pertrahenda sunt quæ exclusive de Christo Domino etiam in sacris Litteris dicuntur (I Petr. II, 22): *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.*

[a] En tibi rursus Virginem Deiparam plane ab iis sejunctam, qui a Deo extorres utique ob primam originalem labem describuntur.

[b] Sicut superius (cap. IX) terram auctor dixerat parentem Adæ, quia hic e

δ' ἐκπεπτώκασιν, οὔτε γῆς αὖθις ἐδεήθη Θεὸς, ἵνα νέον ἀπεργάσηται ἄνθρωπον· ὡς γὰρ εὔπτωτον οἱονεὶ τὸν χοῦν παρεγράψατο, οὔτε μέλους ἀνδρὸς, ἢ ὅλου τοιούτου· ὡς ἔοικε γὰρ, ἅτε δὴ τὴν πλευρὰν ἐλλιπὴς ὁ ἀνὴρ, παροραῖται καὶ οὗτος· ἀλλ' ὃ μήτ' ἐκ γῆς πρῶτον συνέστη, μήτε τι τῶν μελῶν ἀφῄρηται, εἴη δ' οὐδ' ἂν ἓν, οὐχ ἕν τι τῶν ἁπάντων πρὸς ταῦτ' οἰκειότερον, ἢ ἡ παρθένος· οὔτε γὰρ ἐκ γῆς, ὡς εἰπεῖν, δι' ὃν ἔφημεν τρόπον, καὶ ὑπὲρ ἅπασαν κτίσιν τελειοτάτη, τοῦτο τῆς νέας λαμβάνει δημιουργίας ὄργανον, ἵνα καὶ μετὰ λαμπρᾶς τῆς προσθήκης τὸ δάνειον ἀποδῷ, λέγω δὲ τὴν πλευράν· καὶ διὰ τοῦτο γεννᾶται ὁ νέος Ἀδὰμ, ὁ ἐμὸς Χριστὸς, οὐ τέλειος μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ ὑπερτελὴς, παρὰ τῆς ἄρτι

est. Postquam vero lapsi ii sunt, Deus, ut novum conderet hominem, neque terram iterum assumpsit, nam contra terram ut nimis labilem stabat præscriptio, neque membrum aliquod hominis[a], vel universim aliquid hujusmodi; nam (uti quidem videtur) ipse quoque vir, utpote costa imminutus, prætermittitur. Verum enimvero quidpiam aliquid, quod neque e terra primo compactum esset, neque membris deficeret, nihil ex omnibus ad id magis accommodatum præsto esse poterat, quam Virgo: neque enim, ut ita dicam, e terra hæc fuit, quemadmodum præfati sumus, et præ omnibus creaturis perfectissima fuit. Hoc ergo Deus novæ creationis instrumentum assumit, quo illud etiam, quod ipse acceperat, costam videlicet, maximo cum fœnore redderet[b]. Atque hinc novus Adam, Christus meus nascitur non solum perfectus, sed oppido et superperfectus ex ea, quæ per-

terra plasmatus fuit, eumdem in modum heic costam Adami, e qua formata est Eva, ipsius Evæ (adjutorii scilicet a Deo Adæ provisi) matrem appellat.

[a] Nempe sicut condita fuit Eva e membro Adæ.

[b] Plus semel apud Patres tum græcos tum latinos hæc sententia recurrit, nempe pro costa, Adæ subtracta, e qua mulier est ædificata, ipsi Adæ uberem factam fuisse restitutionem, cum vicissim ex sola substantia mulieris, Mariæ videlicet, novus Adam ædificatus est.

γεννηθείσης τελείας, ὅσα φημὶ κατ' ἀνθρώπους, θεοπαίδος καὶ μητρὸς, ἥπερ ἐντεῦθεν μέλη Θεοῦ ἡμᾶς ἀπειργάσατο.

XV. Εἶεν· ἅπασι μὲν οὖν τοῖς γενομένοις, καὶ τὸ λεῖπον ἀκολουθεῖν ἀνάγκη, ἡ φθορὰ δηλαδὴ, ἄνευ μέντοι γε τῶν ἀσωμάτων, οἷς ὁ πλάστης ὑποστήσας καὶ ταῦτα, μὴ πρὸς τέλος ὁρᾷν ἐχαρίσατο, ἵν' ἡ πολυποίκιλος αὐτοῦ σοφία κἀντεῦθεν, οἶμαι, φανερωθῇ, ὅτι τῶν ὑπὸ γένεσιν, ἔνια μὲν φθορὰν ἐπισπεύδειν, τῶν δ' αὐτῶν ἕτερα διαμένειν ἐδημιούργησεν ἄφθαρτα.

Τὴν πάναγνον δὲ, εἰ καὶ μηδενὶ τῶν γενητῶν τὴν τοιαύτην ἀνάγκην διαρυγεῖν ἐνῆν, πόθεν ἄν τις τούτῳ γε ὑποπίπτειν τῷ πάθει δοίη δικαίων, ἧς γενομένης, ἀληθὴς πᾶσιν ἀνάπλασις ἐπήνθησε

---

fecta[a] (quoad scilicet pro humana conditione licet) recens nata est, quæ Dei filia est et Mater, quæque exinde nos Dei membra effecit.

XV. Hæc hactenus dicta sint. Jam vero omnia quæcumque condita sunt, defectioni seu corruptioni necessario subjiciuntur. si incorporea tamen excipias, quibus Creator in ipsa eorum conditione largitus est, ut nullum unquam finem attingerent : quod ideo factum puto, ut hinc quoque multiformis ipsius elucesceret sapientia, dum eorum, quæ ortum habuerunt, quædam ad corruptionem properarent, quædam vero ut perpetuo consisterent incorruptibilia condidit.

Verum etiamsi nulla e creatis rebus huic se necessitati subducere posset; quomodo quispiam concesserit, huic malo innocentissimam quoque obnoxiam exstitisse Virginem[b], qua exoriente,

[a] Ecce tibi Mariam, natam *perfectam*, cum reliquos omnes superius (cap. IX) auctor traduceret tamquam prolem imperfectam.

[b] Centies ac millies apud Patres hoc principium tanquam inconcussum reperies, existimandum non esse, Virginem Deiparam iis malis obnoxiam esse potuisse, ad quæ depellenda divinitus tamquam Filii sui cooperatrix prædestinata fuerat. Quod quantum in rem præsentem faciat, facile quisque intelligit.

καὶ ζωὴ, ἥπερ ὁ λόγος ἔδειξε φθάσας; ὡς γὰρ οὐδενὸς τῶν οὐκ ἐπαινουμένων ἀνθρώποις δέδεικται κοινωνὸς, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλων ἁγιωτέρα μόνη, καὶ μόνην ἐχρῆν, μὴ τοῖς ἄλλοις τῆς κοινῆς κοινωνεῖν δυσκληρίας· ἀλλ' ἔδει γ', ἐπεὶ τηλικαύτη γεγέννηται μήτηρ οἱονεὶ γενέσεως καὶ πηγὴ, δι' ὃν εἴρηται λόγον, γένεσιν μόνον ἀεὶ

---

quemadmodum jam ostensum est, vera creationis redintegratio, ac vera vita omnibus effloruit? Nam quemadmodum prorsus exsors eorum omnium, quæ in hominibus non censentur laude digna[a], atque insuper sola ipsis angelis sanctior apparuit; sic etiam oportebat, ut sola communis reliquis omnibus miseriæ expers esset[b]; atque hoc saltem ei debebatur, ut quoniam singulari ea conditione progenita est, ut veluti mater ac fons (qua superius diximus ratione) exsistentiæ omnium esset, sic ipsa in perpetuum, quamvis creata, exsistentia et esset et prædicaretur;

[a] Aut debes affirmare, peccatum originale non esse recensendum inter ea, quæ in hominibus laude carent, aut certe fateberis, hoc disertissime affirmari, beatam Deiparam peccato originali obnoxiam non fuisse. Hoc autem ad Mariam aperte translatum illud cernimus, quod de Christo Domino scripsit Apostolus (Hebr. IV, 15): *Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.*

[b] Summa hujus argumentationis est: Nihil omnino eorum, quæ in reliquis hominibus sunt vituperabilia, in Maria deprehensum est; ergo Maria infaustæ hominum sortis particeps esse non debuit, scilicet *corruptionis*, de qua hoc sermo est. Idem argumentandi genus usurpatum vidimus a Paschasio Ratberto (vid. *Monit. ad Chartam Donationis Ugonis de Summo*, n. VIII, sup. pag. 10) ita arguente: *Maria immunis fuit a peccato originis; ergo et a pœnis ejusdem peccati, partûs scilicet doloribus, immunis fuit.*

Quamquam vero Isidorus non ita disputet, ut demum concludat, Deiparam reipsa mori non debuisse, uti ex sequenti paragrapho apparet; non tamen illud inficiatur, quod hoc loco principii posuit, ab ea scilicet abfuisse omnia quæcumque in hominibus laudabilia non censentur. Immo rationes tum ab Isidoro, tum ab aliis Patribus hac occasione excogitatæ, ut causam mortis beatæ Virginis aliquam assignent, evidenter ostendunt, immunitatem ejusdem ab omni plane peccato iisdem plenissime persuasam fuisse.

τὸ κατ' αὐτὴν καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι· καθὰ καὶ ἄγγελοι, ὧν ὑπερτέρα καθίσταται, γεγονότες, ἀθάνατοι μένουσι καὶ φθορᾶς ἀνώτεροι.

XVI. Ἀλλ' ὁ λόγος, ὅτι οὐχ οὕτως, ἵν' ἡλίου διαδειχθῇ τηλαυγέστερον, ἢ τῆς παρθένου μεγαλειότης· ὅτι τῆς ἐνύλου λαχοῦσα μοίρας, θῆλυ δ' ἐξ ὧν τὸν τῶν ἀνθρώπων ἀδιάβλητον οὐ διέφυγε νόμον, τῆς ἀμιγοῦς καὶ ὑψηλῆς, λέγω δὲ τῶν ἀγγέλων, ὑψηλότερα διεπράξατο φύσεως· εἰ γὰρ καὶ φθορᾶς ἐδείκνυτο κρείττων, ἑτέρας ἂν εἶναι παρὰ τὸν ἄνθρωπον ἄϋλου δημιουργίας ἐδόκει· καὶ οὐκ ἂν ἦν οὕτω θαυμαστόν, τὰ ὑψηλὰ τῆς παναμώμου διειργασμένης ἐκείνα.

Εἰ δὲ τὸ παναγέστατον ὑποδεξαμένη γῆ τῆς πανάγνου σῶμα, οὐκ ἀνήλωκεν, ὡς τὰ καθ' ἡμᾶς· ἀλλ' ὅτι μὲν παρ' αὐτῆς, διὰ

---

non secus ac ipsi quoque angeli, quos ipsa superexcedit, postquam semel facti sunt, immortales permanent, et corruptionis immunes.

XVI. At ratio, quare hæc non ita se haberent, ejusmodi est, ut sole lucidius se prodat Virginis magnificentia. Nam corpoream naturam sortita (id vero manifestum ex eo est, quod communem hominum conditionem in iis, quæ a reprehensione absunt, non aufugit) sublimiora tamen quam pura illa ac præcelsa natura, angelica scilicet, ipsa præstiterit. Si enim corruptioni nullo modo obnoxia fuisset, jam diversæ ab humana, ac immaterialis esse naturæ videri potuisset[a]; neque tanta admiratione digna forent sublimissima illa, quæ innocentissima Virgo gessit.

Quod si humus innocentissimæ illius corpus sacratissimum excepit, non ipsum tamen, sicut corpora nostra, absumpsit;

[a] En tibi rursum inculcatum, omnia quæ naturæ humanæ sunt propria, in Maria fuisse, excepto tamen peccato, adeo ut, servata proportione, de Deipara illud valeat, quod de Christo solemne fuit celebrare, humanam eum naturam assumpsisse, non culpam.

τοῦτ' ἐδέξατο· ὅτι δ' ἵνα δείξῃ κρεῖττον ἡ κατὰ τὰ ἀνθρώπινα σώματα, καὶ οἷον καταπολὺ τῷ δεσποτικῷ ἐοικέναι σώματι, οὐ παρακατέχειν ἔσχεν ἐπιπολύ, ὡς διεξοδικώτερον ἐν τῷ περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς μακαρίας δείκνυμεν λόγῳ.

Εἰ τοίνυν διὰ ταῦτα μὴ συγχωρεῖν τις ἐνταῦθα βούλεται τὴν φθοράν, λέγω δὲ, τῷ μὴ καθάπερ τὰ ἡμέτερα, διεφθορέναι κἀκεῖνο, οὐκ ἀντιλέγοντας ἕξει καὶ ἡμᾶς.

XVII. Ἄλλως δὲ καὶ ἡ τῆς φθορᾶς προσωνυμία, οὐκ ἐπὶ σωμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ψυχῆς κατηγορεῖται· καὶ σώματος μὲν ἡ τῆς συνεχούσης τάξεως διάλυσις, καὶ πρὸς ἐκεῖνα, ὅθεν

---

verum excepit illud quidem, utpote ex se ipsa compactum ; sed ut simul palam faceret, inter humana corpora peculiari illud excellentia præditum, et quam simillimum dominico corpori fuisse, non diu apud se retinere illud potuit, quemadmodum latius in sermone de Beatæ Dormitione jam ostendimus[a].

Si quis porro heic contendat, corruptionem propterea Virgini tribuendam non esse, quia nempe corpus illius, secus ac de nostris corporibus fiat, corruptioni reipsa obnoxium non fuit, nos utique contradicentes non habebit[b].

XVII. Cæterum nomen corruptionis non illi tantummodo tribuitur, quæ corpora dissolvit, sed alteri quoque, quæ animas inficit. Et corporis quidem corruptio dici debet ordinis, quo ipsum

[a] Ex his patet, hunc sermonem ab Isidoro, postquam alium in Deiparæ Dormitionem (quem inferius dabimus) jam conscripserat, habitum fuisse. Id vero sedulo notandum est ; nam, ut suo loco videbimus, novum inde nobis præbebitur indicium, quo probetur, memoratam homiliam in Virginis Dormitionem recentioris alicujus græculi opera ineptissime interpolatam fuisse.

[b] Alios reperire est inter Patres, qui ideo a morte Deiparam exemptam non fuisse affirmant, ne phantasiastis occasio negandi Incarnationis Dominicæ veritatem præberetur. Hæc porro et alia hujusmodi (de quibus in Commentario) quæ Patres disputare solent de Deiparæ morte et conditione corporis ejus in sepulcro, manifesto ostendunt, ideo Patres alias atque alias causas, propter quas Deipara mortem gustaret, excogitasse, quia a communis omnium mortis causa, primæva scilicet culpa, eam alienam existimabant.

συνέστηκεν, ἀναχώρησις· ψυχῇ δὲ τοῦτ' ἂν εἴη φθορά, ἡ Θεοῦ ἀλλοτρίωσις, καὶ πρὸς ἃ μὴ πέφυκε παρὰ φύσιν οἰκείωσις· καὶ οἷον εἰπεῖν, τοῦθ' ἑκατέρῳ θάνατος, ἡ τῆς καταλλήλου διάζευξις ἁρμονίας, εἰ καὶ πρὸς ἄλληλα τρόπον ἕτερον, ὡς ἂν φαίη τις ἴσως, ἀκατάλληλος ἑκατέρῳ συμβέβηκεν ἡ τελευτή· ἐπείπερ, ὡς ἔφημεν, σώματι μὲν φθορά, ἡ πρὸς τὴν στοιχειώδη καὶ πρώτην αὐτοῦ ἀρχὴν ἀνάλυσις· ψυχῇ δὲ θάνατος τοὐναντίον ἡ τῆς πρώτης ὄντως ἀρχῆς ἀπόστασις.

Πλὴν κατά γε τὸν εἰρημένον τῆς φθορᾶς, ὃς ἐνθεωρεῖται τῇ ψυχῇ, λόγον, εἴπερ τις, ἡ πάναγνος, φθορᾶς ἀνεπίδεκτος. Πάντη μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὐδεὶς, ἁμαρτίας ἡστινοσοῦν ἄψαυστος γέγονεν, ἐκείνου δίχα, τὸν καινὸν φημι τῆς μακαρίας τόκον, ὃς μόνος οἷα θεάνθρωπος, « ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν

---

continetur. disruptio, et in ea (elementa), e quibus constat, resolutio. Corruptio vero animæ fuerit abalienatio a Deo, et affectio contra naturam iis adhæreus, quibus perfruendis nata non est; et hoc, ut ita dicam, utrique mors est, compaginis sibi consentaneæ dissolutio. Quamquam si invicem alio modo conferantur, haud inconcinne quispiam forte dixerit, contraria ratione mortem utrique obtingere. Quandoquidem, uti diximus, corpori mors est resolutio in elementare ac primum sui principium; e converso autem mors animæ est ab eo, qui vere est principium primum, recessio.

Porro, ratione habita hujus corruptionis quæ in anima consideratur, si quis alius, certe innocentissima illa corruptionem nullam admisit. Et sane nemo hominum exstitit, qui ab omni peccato prorsus integer fuerit, præter illum novum, inquam, hujus Beatæ filium, qui solus", utpote Deus homo, *peccatum non*

" I Petr. II, 22. En validissimum illud, ut putant, argumentum adversus immunitatem Deiparæ a labe originalis peccati : neque advertunt, eodem jure ea verba urgeri posse quo conficiatur, Deiparam *peccatum fecisse, et dolum inventum esse in ore ipsius*. At non ita Patrum nostrorum sapientia, non ita

« τῷ στόματι αὐτοῦ· » κατὰ δὲ τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν, οὐδεὶς τῆς πανάγνου μᾶλλον, τὴν πρὸς Χριστὸν ἐμφέρειαν φέρει· ἔδει γάρ, μεῖζον ἤ τινα τῶν ἁπάντων, τὴν τεκοῦσαν ἀφομοιοῦσθαι τῷ ἐξ αὐτῆς· οὐκοῦν ἀνθρώπων μὲν πάντων ἡ πανάγνος, καὶ οὐδ' ὅσον λογίσασθαι, ἀνωμολόγηται καθαρωτέρα, καὶ διὰ τοῦτο μόνη πρὸς τούτους ἄφθαρτος πάντως.

Ἄγγελοι δὲ πάλαι μὲν ὅτι περιπίπτειν εἶχον τῇ κατὰ ψυχὴν προαποδοθείσῃ φθορᾷ, ὁ πάντων τῶν τῆς ἐκείνου μανίας, ἐξ ἐκείνου καὶ δι' ἐκείνου μετειληφότων ἐπέκεινα, Θεοῦ χωρισθεὶς, δείκνυσιν ἐναργῶς ἀσώματος, ὃς ἐκ τῆς ἄνω καὶ φωτεινῆς ἀξίας, τὴν

---

fecit, neque dolus inventus est in ore ejus. Quod vero pertinet ad hanc ab omni peccato immunitatem, nemo magis, quam innocentissima illa, similitudinem cum Christo gessit; oportebat enim, ut plus quam alius quilibet, genito genitrix assimilaretur. Merito igitur eadem illa innocentissima quibuslibet hominibus, quantum nec fari licet, purior prædicatur; ac proinde sola inter homines fuit plane incorrupta.

Quod autem pertinet ad Angelos, jam vero in eam, quam superius innuimus, animæ corruptionem prolabi olim eos potuisse, luculenter sane ostendit alienatus a Deo spiritus ille (Diabolus), cunctis insaniæ ipsius sociis et ex illo ac per illum mali consortibus supereminens, qui e superna ac splendida dignitate

sensus matris Ecclesiæ. Ecce tibi duo illa invicem conjuncta : *Christus solus ab omni peccato prorsus integer fuit :* et paulo infra : *Sola Virgo Deipara fuit plane incorruptibilis, scilicet integra a peccato :* de hac enim corruptione sermo est. Immo ex eo quod SOLUS Christus prorsus integer fuerit a peccato, cernis auctorem concludere, Deiparam quoque SOLAM peccato cuivis inaccessam exsistere debuisse. Curnam? Propterea, inquit, quia maxima, quæ haberi potuit, cum Christo similitudo Deiparæ inesse debuit, proindeque hæc Christi Domini prærogativa potius quam a sui consortio Deiparam sanctam repellat, imo postulat ut ipsi (quantum eorum, quæ Dei simul et hominis propria sunt, particeps esse potest purus homo) fuerit communis, ac *soli* Deiparæ inter puros homines tributum id fuerit, quod *soli* Christo, qua Deus homo est, reservatur.

κάτω καὶ ζοφερὰν εἴληφε τάξιν. Ὅτι δ' ἄτρεπτοι μένουσι νῦν, μετὰ τὸν ἀπόῤῥητον τῆς παρθένου τόκον, εὑρηκέναι πιστεύεται· εἰ δ' ᾧ καὶ Ἄγγελοι συνέπεσον, τούτου κρείττων ἡ πολυύμνητος πεφανέρωται, ἔτι δὲ καὶ ἀτρεψίαν παρέσχεν ἐκείνοις, ταὐτὸ δ' εἰπεῖν ἀφθαρσίαν, καθ' ὃν φαμὲν ἐπὶ ψυχῆς τῆς φθορᾶς λόγον· κἀκείνων ἄρα μακρῷ μέτρῳ βελτίων ἡ πάναγνος, καὶ τούτῳ γε ἀφθαρτοτέρα τῷ μέρει.

---

lapsus ad inferam ac tenebricosam sedem detrusus est. Quod vero nunc Angeli immutabiles perseverent, id per ineffabilem Virginis partum assequuti putantur[a]. Si ergo Virgo omni laude dignissima præstantior illo apparuit, quocum Angeli lapsi sunt, insuper vero reliquis contulit immutabilitatem (ut nempe juxta ea, quæ de animæ corruptione præmisimus, sic eam incorruptibilitatem appellem), profecto etiam istis longe excellentior fuit innocentissima, et ex hac saltem parte fuit incorruptibilior[b].

[a] Quod auctor dicit μετὰ τὸν ἀπόῤῥητον τῆς Παρθένου τόκον, vertendum putavi, *per ineffabilem partum Virginis;* tum quia præpositio μετὰ saltem poetice pro eo usurpatur quod est latine *propter;* tum quia, etiamsi velis vertere *post*, referri id non incommode potest ad ordinem non quidem *temporis*, sed *causalitatis*. Hoc pacto proponitur heic nobis sententia, in quibusdam etiam catholicis scholis recepta, de gratia Angelis intuitu meritorum Christi collata, non vero opinio nuspiam audita de Angelis ante Christi Salvatoris adventum nondum in gratia firmatis.

[b] Cur, inquies, Isidorus, veluti sententiam suam coarctans, dicit *Deiparam* SALTEM EX HAC PARTE *incorruptibilem magis quam Angelos fuisse?* Responsio petenda est e contextu, in quo videre licet doctrinam catholicis scholis communissimam. Sane quemadmodum scholæ *puritatem* attendunt per recessum a peccato; ita Isidorus cum animæ mortem ac corruptionem in peccato collocasset, *incorruptionem* definit per recessum a peccato. Hinc sicuti S. Thomas (I, Dist. XVII, q. II, art. IV, post resp. ad 3) ex eo principio concluserat: *Quia in Beata Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo pervenit ad summum puritatis;* sic Isidorus pronuntiavit (supr.): *Sola* (*Deipara*) *inter homines fuit plane incorruptibilis.* Porro si *summum puritatis*, si *plane incorruptibile* constituitur in cujusvis peccati absentia, jam si plures sint qui omni peccato caruerint, profecto *ex hac parte* non potest esse alter altero

Πάσαις τοίνυν ψήφοις, ἄφθαρτος ἡ πανύμνητος, ὃν εἰρήκαμεν τρόπον· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφθαρσίας, ἣν ὁ λόγος ἔδει-

---

Omnibus igitur rationibus perpensis, laudatissima illa non modo incorruptibilis, quo diximus modo, prædicanda est, sed insuper angelicis quoque ordinibus hujus, quam meminimus,

purior aut incorruptibilior, quum absurde fingatur summum summo majus. Atqui sancti Angeli nullo unquam peccato inquinati sunt; ergo, siquidem ratio solum habeatur actualis a peccato immunitatis, quum Angeli quoque summum puritatis attigerint, concipi utique non potest quispiam purior Angelis, sicut nec Angelus Angelo purior. Est tamen alia ratio, propter quam vel inter eos, qui nullo unquam peccati nævo infecti fuerint, alius alio purior esse et dici possit. Spectari enim potest recessus a peccato non modo quoad *actum*, sed etiam quoad *potentiam*. Et sic purior erit, qui a peccando remotior, atque in bono firmior exstiterit. Proinde S. Thomas (l. c.): *Augmentum puritatis est secundum recessum a contrario: et quia in Beata Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo pervenit ad summum puritatis; sub Deo tamen, in quo non est aliqua potentia deficiendi, quæ est in qualibet creatura, quantum in se est.* Quod idem sic deinde repetit (I Dist. XLIV, q. I, art. III ad 3): *Puritas intenditur per recessum a contrario: et ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse possit in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit: et talis fuit puritas Beatæ Virginis, quæ a peccato originali et actuali immunis fuit. Fuit tamen sub Deo, in quantum erat in eâ potentia ad peccandum.* Ergo siquidem profitendum sit, quod exploratissimum haberi debet, Deiparæ firmiorem, quam Angelis, in bono stabilitatem a Deo collatam; ac proinde remotiorem ipsam, quam Angelos, a contrahenda labe servatam fuisse; eo ipso habemus, cur purior ipsis Angelis jure celebrari possit. Atqui hoc nimirum est, quod Isidorus contendit, atque ad id conficiendum eo utitur argumento, *immutabiliorem et incorruptibiliorem Angelis eam esse existimandam, quæ Angelorum incorruptibilitatis atque firmitatis auctrix exstiterit.* Non ergo Isidorus suam sententiam ita coarctat, ut in aliquo Angelis cessisse Mariam significet. Interim quum ex dictis plane absurdum sit, Angelis puritatis summum adeptis posse eum puriorem prædicari, qui ne eam quidem summitatem attigerit, quæ in *immunitate actuali* a peccato constitit; quumque Deipara Virgo non unius quidem aut alterius, sed omnium Patrum consensu tamquam cunctis Virtutibus puritate antecellens celebretur; eo ipso universam Ecclesiæ traditionem omnimodæ Virginis immunitati a quovis peccato suffragantem habemus.

ξεν, αἰτία τῷ νοητῷ φαίνεται διακόσμῳ, ὡς καὶ γενέσεως, οἷς ὑπὲρ τοῦτο δέδεικται πᾶσιν.

XVIII. Ἀλλὰ τί ἄν τις τὸ θεουργικώτατον τοῦτο προσειπὼν, καὶ πλαστουργικώτατον, ὡς εἰπεῖν, γέννημα, μὴ πόρρω τοῦ πρὸς ἀξίαν δόξειε ῥάζειν; ἢ τίνα ἂν τὸν εἰκότα πλέξαντες ἀποδοίημεν ἔπαινον, ὅθεν τοσαῦτα εὐηργετήθημεν; ἀλλ' εἰ καὶ ὑμῖν, ἀδελφοί, ὥς γε κἀμοὶ συνδοκεῖ, ὑπὲρ μὲν τῶν ταύτης χαρίτων, κοινῇ μετ' Ἀγγέλων, πείθομαι γὰρ κἀκείνους τὴν πάναγνον συνυμνεῖν, τὸ θεῖον ἐκεῖνο μήνυμα τῇ Θεοτόκῳ προσείπωμεν. Χαῖρε κεχαριτωμένη, δι' ἧς χαίρει πᾶσα ἡ κτίσις· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, ὃς σοι παρῆν, καὶ πρὸ τοῦ βίου, καὶ γεννηθείσῃ, καὶ πρό γε τοῦ ἀσπασμοῦ, καὶ κατ' ἐκεῖνον δή, καὶ μετ' ἐκεῖνον τρόπον ἕτερον· ἀνθ' ὧν ὀ' ἀπελαύσαμεν δωρεῶν ἐκεῖθεν, ἡμᾶς αὐτοὺς διασώσωμεν, οἵους

---

incorruptibilitatis fuit auctrix, quemadmodum præterea et rebus omnibus, de quibus dictum est, exsistentiæ causa exstitit.

XVIII. Verum quo tandem quispiam nomine, ne quid nimis infra dignitatem fari videatur, sacratissimum hoc ac plane dignissimum, quod Deus efformaverit, germen compellare possit? Aut quibus eam laudibus undique exornemus, a qua tantis beneficiis cumulati sumus? Si ita vobis, fratres, quemadmodum certe et mihi, videtur, pro acceptis ab ea beneficiis simul cum Angelis (nam et Angelos hymnis purissimam illam celebrare mihi certum est) divinum illud nuntium Deiparæ repetamus : *Ave gratia plena*[a], per quam omnis creatura gaudet; *Dominus tecum*, qui tibi adfuit et ante vitam, et cum genita es, et ante salutationem, et in illa, et alio modo post illam[b]. Pro beneficiis autem, quibus

[a] Luc. I, 28.

[b] Palam est, auctorem significare voluisse, Deum nunquam cum Maria non fuisse : quod expressum putat in illo Evangelii, *Dominus tecum*. At hæc quoque sententia, ut alias vidimus, necessario postulat, ne ipsum vitæ initium in Maria alienum a Deo existimetur. Adeo se ubique sponte prodit hæc Patrum mentibus alte infixa doctrina !

διὰ τῆς ἀναγεννήσεως ἐνεούργησεν· οὗ μᾶλλον, οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἡ πάναγνος χαίρει· οὐ καὶ τυχεῖν ἀξιωθείημεν, λιταῖς τῆς παναχράντου καὶ ἀμωμήτου Θεοπαιδος, εἰς δόξαν τῆς πανσθενοῦς καὶ ἁγίας Τριάδος, ᾗ πρέπει δόξα εἰς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

ab ea ditati sumus, nosmetipsos in ea servemus novitate, quam per regenerationem adepti sumus; neque enim alia re magis innocentissima illa delectatur. Quod utinam assequi mereamur, precibus intemeratissimæ atque immaculatæ Dei Filiæ, ad gloriam omnipotentis et sanctæ Trinitatis, cui gloria debetur in sempiterna sæculorum sæcula. Amen.

DE

AUCTORE HOMILIARUM IN VIRGINEM DEIPARAM

QUÆ

SUB GERMANI NOMINE

CIRCUMFERUNTUR

DISQUISITIO CRITICA.

Tres eodem Germani nomine, et eadem Byzantii sede insigniti, § I. — Homiliæ in Deiparam Germano tertio tribui non possunt, § II. — Eruditorum suffragia inter primum et secundum Germanum discissa plane insolutam controversiam relinquunt, § III-V. — Gretseri et Oudini rationes pro secundo Germano nihil conficiunt, § VI-VII. — Neque potiora pro primo ab aliis argumenta promuntur, § VIII. — Lemma ad quæstionem solvendam, § IX. — Intrinseca argumenta senioris Germani esse evincunt homiliam *in Adorationem Zonæ et in Encænia Ædis Deiparæ*, § X-XII. — Altera homilia ejusdem argumenti seniori Germano tribuenda, § XIII. — Expenditur Combefisii sententia hunc sermonem Andreæ Cretensi adscribentis, § XIV. — Prædictæ binæ homiliæ Germani III esse non possunt, § XV. — Intrinsecis argumentis tum prima tum secunda *in Præsentationem Deiparæ* homilia vindicatur seniori Germano, § XVI-XVIII. — Extrinsecum argumentum, quod eidem Germano homiliam historicam *in Deiparæ Dormitionem* adjudicat, § XIX. — Eodem argumenti genere seniori Germano vindicantur tum binæ aliæ *in Virginis Dormitionem* orationes, tum superius memoratæ in ejusdem Præsentationem, § XX. — Vaticanus codex quatuor hasce homilias continens juniore Germano probatur antiquior, § XXI-XXIV.

I. Germano cuipiam, eidemque Constantinopolitano Episcopo, nonnullas homilias de S. Virginis Deiparæ mysteriis tribuendas esse, unanimiter consentiunt viri eruditi. Et jure sane merito. Nam quum in Mss. codicibus tum antiquitate præstantibus, tum

numero plurimis, constantissime hoc nomen homiliis illis præfixum reperiatur; jam si dubitandi locus adhuc supersit, an reipsa Germanum aliquem habeant auctorem, nescio enimvero, an unquam alias argumentum a codicibus petitum vim aliquam sibi vindicare possit.

At non æque convenit inter eruditos, cum de Germano illo designando agitur. Tres enim sunt, uti notum est, qui eodem Germani nomine appellati Constantinopolitanam olim sedem obtinuerunt: celeberrimus alter et omnium antiquissimus, qui mense Augusto anni 715 a Cyziceno ad Byzantinum episcopatum translatus, hunc ad annum usque 729 ineuntem tenuit, quoad loco cedere maluit, quam impiis Leonis Isauri consiliis adversus SS. Imagines morem gerere: alter qui ab anno 1222 ea dignitate potitus est ad annum usque 1240, quocum de componendis controversiis, quæ a catholica Ecclesia Græcos dividebant, sub Gregorio IX actum est. Tertius denique, qui post expulsum Arsenium die 5 junii anni 1267 ad Byzantinum thronum ex Hadrianopolitano translatus, eodem anno die 15 septembris episcopatu abdicato, se in suburbanas a se ædificatas cellas recepit. Et quidem neminem habes ex hisce tribus, quem earum homiliarum auctorem criticæ artis studiosi non fecerint.

Porro quum in controversiis, quæ argumentis ab auctoritate ductis dirimendæ sunt, illud ante omnia curandum sit, ut de pondere eorum, quæ allegantur, testimoniorum, atque adeo de eorumdem certo, si fieri possit, auctore constet; quumque in homiliis Germani nomen præferentibus haud pauca occurrant, quæ in præsenti de Conceptu Virginis quæstione magno usui esse possunt; opportunum proinde duxi, ea de re paulo diligentius inquirere, eo vel magis, quod qui eamdem operose tractaverit, reperi adhuc neminem.

II. Et quod ad tertium illum Germanum attinet, Arsenio inquam anno 1267 subrogatum, utique levi manu res expeditur. Quod enim ex prædictis homiliis quædam huic tributæ fuerint, nihil aliud in causa fuisse videtur præter memoriæ lapsum Philippi Labbei, qui doctos viros ac nominatim Gretserum atque Allatium inducit affirmantes, Germanum eorumdem opusculo-

rum auctorem eum esse, qui *Arsenii successor* fuit[1]. Verum Gretserus[2], etsi minus vere, reipsa tamen non Germanum Arsenio, sed e converso Arsenium Germano successisse affirmabat: quem quidem in errorem eum impulerat Nicephorus Gregoras, qui narraturus Arsenii electionem in Constantinopolitanum episcopum, hæc præmiserat[3]: *Sed... cum sedes vacaret, nam Germanus, vir prudens et doctrina et probitate vitæ insignis non ita pridem decesserat, etc.* Quod si Labbeo in animo fuit hunc Gretseri errorem emendare; at advertendum fuerat, Germanum qui post expulsum Arsenium[4] electus fuit, tertium quemdam exstitisse, non vero eum, qui opusculorum, de quibus agitur, auctor perhibeatur.

Ceterum non Gretserum tantummodo ac Labbeum in transversum egit Nicephori Gregoræ erratum, sed et alios permultos, e quibus satis sit memorasse Guillelmum Cave[5], et Casimirum Oudinum[6]; qui insuper ne plus æquo excresceret Germanorum numerus, Onuphrii Panvinii[7] sequuti sententiam, Germanum II, qui jam inde ab anno 1240 decesserat, redivivum et recuperan-

[1] *Dissert. hist. de Script. Eccl.* ad an. 720. *Sunt tamen,* inquit, *viri docti, qui pleraque ex jam recensitis opusculis.... cum Gretsero atque Allatio tribuant Germano alteri juniori, Patriarchæ Constantin., Arsenii successori, qui sub Alexio Comneno floruit initio sæculi XII.* In quibus et alius memoriæ lapsus occurrit; nam nullus sub Alexio Comneno aut Arsenius aut Germanus Byzantii fuit episcopus.

[2] In not. ad orationem Germani *de Exaltatione S. Crucis,* Opp. tom. II, pag. 125.

[3] *Histor. Byzant.* lib. III, cap. 1, n. II.

[4] Notandum est perspicuitatis gratia, Arsenium non semel, sed bis e throno byzantino fuisse detrusum. Nam episcopatum adeptus anno 1245, e sede exturbatus primum fuit anno 1260, et Nicephorum, ephesinum antea episcopum, successorem habuit. Defuncto autem anno 1262 Nicephoro, revocatus est iterum; sed anno 1264 sede iterum exactus est, et post unum annum et amplius successor ei datus est Germanus hujus nominis tertius. Conf. Le Quien, Orient. Christ. vol. I, a col. 280.

[5] *Hist. Litter.* ad an. 1222.

[6] *De Script. Eccles.* ad an. 1220, vol. III, col. 53.

[7] *Chron. Eccles.* ad an. 1254. Contra vero Michael Le Quien (Orient. Christ. vol. I, col. 279) ex memoriæ lapsu Panvinium allegat, ut evincat Germanum fato cessisse anno 1240. At Panvinius eum multo post adhuc viventem

tem abdicatos, ut inquiunt, episcopatus honores, exhibent. Illud tamen magis mirum videbitur, quod eadem errata Christophorus quoque Harles in suis ad Jo. Alberti Fabricii Græcam Bibliothecam additamentis[1] adoptaverit. Jam enim hoc Gregoræ sphalma notaverat Leo Allatius[2], atque iterum hoc Allatii monitum in notis ad eum Gregoræ locum sic Ducangius retulerat[3]: *Germano Patriarchæ Constantinopolitano Arsenium proxime suffectum hîc scribit Gregoras, mira oscitantia, inquit Allatius. Nam Arsenius Manueli successit, ut est apud Acropolitam cap. LIII, Manuel Methodio, Methodius Germano.* Verum de hoc satis; nam si qui alii tertio huic Germano scripta cognominum præcedentium tribuerunt, id unice ex minus perspecta historia et ordine, quo tres illi sedem byzantinam tenuere, profectum videtur.

III. Dijudicandum igitur inter alios duos superest, seniorine et sancto Confessori, an recentiori Germano, quem *secundum* numeramus, homiliæ in Deiparam (nam de hisce tantum ut disseramus præsens postulat institutum) potiori jure vindicentur.

Et siquidem uti sola auctoritate velimus, aut rem in incerto relinquemus, aut forte facilius *Secundum*, quam *Primum* illum Germanum, homiliarum auctorem habebimus. Nam quis ignorat, postremam hanc sententiam pluribus inter viros critica arte præstantes arrisisse? Ut eorum nonnullos recenseam, ita sensit Jacobus Gretserus[4], et post eum Aubertus Miræus[5], Guillelmus Cave[6], Casimirus Oudinus[7], Ludovicus E. Dupinius[8]. Remigius

exhibet; hæc enim ad an. 1254 addit: *Germanus monachus iterum Patriarcha Constantinopolitanus, sedit annum I, obiit.*

[1] Vol. XI, pag. 162.

[2] *De Utriusq. Eccl. Consens.* lib. II, cap. XIV, n. IV.

[3] Not. ad lib. III, cap. I, Niceph. Gregor. vol. II, pag. 725. Paris. 1702.

[4] In not. ad Germani Orationem *De Exaltatione S. Crucis*, Opp. tom. II, pag. 125.

[5] *Auctar. de Script. Eccl.* cap. CCVI et CCCLXXXII.

[6] *Histor. Litter.* ad an. 715, et ad an. 1222.

[7] *De Script. Eccles.* ad an. 1220, tom. III, col. 52 et in *Supplem* ad an. 720.

[8] *Nouvel. Biblioth. des Auteurs Ecclés.* tom. VI, pag. 89–90. Édit. Mont. 1692.

Ceillierius[1], Carolus Sardagna[2], et recens Christophorus Harles[3]; nec aliter censuisse videtur vir, cujus nomen laus est, Stephanus Antonius Morcelli[4].

Pro antiquiori autem Germano utique multi solent allegari, ac Baronii quoque[5] inter eos et Bellarmini[6] nomina videas, tum Philippi Labbei[7], Leonis Allatii[8], Francisci Combefisii[9], Hippolyti Marraccii[10], Natalis Alexandri[11], ac Jo. Alberti Fabricii[12]. At ex his Baronius ac Bellarminus tamquam de re sibi minus explorata sermonem habent; et alter quidem generatim *homilias*, alter autem magis etiam vage *multa* S. Germanum scripsisse inquit[13]. Labbeus nihil reipsa affirmat præterquam *opuscula quædam*, inter quæ *Deiparæ encomium in tres sermones distributum*, S. *Germani nomen præferre*: imo addit, pleraque ex recensitis opusculis recentiori Germano tribuenda ex doctorum virorum judicio videri[14]. Leo Allatius utut nihil dubi-

[1] *Histoire génér. des Auteurs Sacr. et Ecclés.* tom. XVII, cap. IV, n. IX.

[2] *Indicul. Patrum ac vett. Script. Eccl.* § XCVI.

[3] In Addit. ad Fabricii *Græcam Bibliothecam*, vol. XI, pag. 162.

[4] *Kalend. Constantinopolit.* ad diem XV Aug., vol. II, pag. 207, nota 18.

[5] *Ann. Eccl.* ad an. 730, n. VI.

[6] *De Script. Eccles.* ad an. 720.

[7] *Dissert. de Script. Eccl.* ad an. 720.

[8] *De Simeon. Script.* a pag. 84 ad 104.

[9] Quinque hic edidit S. Germani nomine inscriptas homilias.

[10] In opusculo inscripto, *S. Germani Mariale*, Romæ 1650, septem orationes sub ejusdem nomine latine vulgavit. Primam, quæ est *in Deiparæ Natale*, alii, potius quam alterutri Germano, Andreæ Cretensi tribuere maluerunt.

[11] *Histor. Eccles.* sæc. VIII, cap. III, art. III. Mira hic oscitantia seniori S. Germano tribuit etiam duas homilias *de Sancta Cruce* a Gretsero editas; cujus vestigiis insistens idem sphalma repetit Hyacinthus De Graveson in Colloq. V, ad sæc. VII et VIII Histor. Eccl.

[12] *Biblioth. Græc.* lib. V, cap. XXXVI.

[13] Eodem modo Antonius Possevinus (in Appar. vol. I, pag. 545) *hujusne* an *cognominis* essent homiliæ, de quibus ex fama audiverat, incertum se ostendit.

[14] Et tamen maxime adversus Labbeum Oudinus (De Script. Eccl. tom. III, col. 55), et post eum Harles (l. c.) stylum acuunt!

tare videatur, dum homilias illas recenset[1], nihilominus dum alio loco post enumerata senioris Germani opuscula de juniore mentionem injicit, subdit[2]: *Nec forte alia* (scilicet prius enumerata tamquam senioris) *cuncta sunt senioris et sancti*[3]. Ipse denique Combefisius dum a se editas in Deiparam homilias seniori vindicat, quasdam ab Hippolyto Marraccio vulgatas mavult esse recentioris[4].

Hæc porro satis esse queunt, ut illud ratum habeatur, quod præmisimus, de illarum orationum auctore, si eruditorum tantummodo suffragiis dirimenda lis sit, nullam certam ferri posse sententiam, ac proinde perperam eum facturum, qui antequam solidioribus momentis eam quæstionem definiat, testimoniis inde petitis quasi certo sancti Confessoris Germani suffragio in rem suam utatur.

IV. Dispiciendum ergo est, quibus rationum momentis utraque pars usa fuerit, tum quæ seniori, tum quæ juniori Germano prædictas homilias adscripsit. Heic vero portentum narrare (neque tamen aliter se res habet) tibi videar, optime lector; quum tot auditis tamque præclaris nominibus, in summam exspectationem adductus fueris, a plerisque deseri te jam videas, ab aliis vero talia afferri, ut statuendum tibi sit, aut nullum suppetere argumentum quo in alterutram partem disputari queat, aut certe quæstionem diligenti aliqua opera plane adhuc indigere.

V. Paucis rem expediamus. Ex iis, qui pro recentiori steterunt, binos tantum habemus, Gretserum nempe et Oudinum, qui quod asserunt, aliquo argumento confirmare aggrediuntur.

Et Gretserus quidem nulla ratione utitur præterquam styli similitudine. *Non sunt*, inquit[5], *S. Germani homiliæ in D.*

[1] L. sup. cit.

[2] *De Simeon. Script.* pag. 264.

[3] Sensum verborum Allatii plane pervertit Christophorus Harles, dum ea sic accipit (in Addit. ad *Græc. Biblioth.* Jo. Alb. Fabricii, vol. XI, pag. 158, nota *dd*), quasi Allatius memoratos sermones omnes Germano II adscribendos esse affirmaverit.

[4] In Recens. Auctor. *Biblioth. Concionat.* vol. I, pag. 14.

[5] In not. ad German. Orat. Opp. tom. II, pag. 125-126.

Virginem....., *sed sunt vel nostri Germani* (scilicet illius, quem diximus *secundum*) *vel alicujus posterioris. Quia stylus et genius prorsus idem est*[1]..... *Quare non probo, quod doctissimus Pantinus homiliam in Præsentationem Deiparæ ab se editam S. Germano attribuit..... Nam homilia est recentioris Germani, de quo supra*[2].

Atqui hoc Gretseri judicium de stylo *homiliarum in Deiparam* adeo aliis non arrisit, ut contra Combefisius non uno in loco ex styli ratione confici putet, eas non secundo, sed primo S. Confessori esse adscribendas. Et sunt profecto, quibus istæ homiliæ quadam elegantia, nobilitate ac gravitate sententiarum præstare visæ sunt. Has vero dotes in junioris Germani opusculis adeo quidam non suspexerunt, ut Michael Le Quien pronuntiare non dubitaverit[3], ea esse *jejuna prorsus et inficeta, ut fere nullum aliud Græcorum deterius prodierit*. Et Le Quien quidem neutiquam rem verbis amplificasse, ille sibi suadebit, qui binas inspiciat istius Germani orationes a Gretsero editas[4], in quibus profecto elegantiam, aut nobilitatem, aut gravitatem aliquam frustra requires.

Accedit quod Gretseri sententia nequaquam ad omnes spectare potest homilias de quibus agimus. Orationes enim in Deiparam, quæ Germani nomine circumferuntur, ad minimum octo numerantur[5]. Gretserus vero memorat utique[6] *homilias a Ca-*

[1] Si *idem* stylus exigit ut homiliæ tribuantur secundo Germano, cur addit, posse eas tribui alteri posteriori? Et si stylus patitur ut tribuantur etiam alicui posteriori, cur vetat ne *primo* S. Germano tribui possint?

[2] Quam vulgavit Pantinus, ipsa eadem est homilia, quam Combefisius edidit tum in vol. I Auctarii pag. 1411, tum in Bibliotheca Concionatoria vol. VIII, pag. 486, et, quod lepidum sane est, dum ipse *lapsu memoriæ* in præfatiuncula, quam postremo hoc loco præmittit homiliæ, negat Gretserum hanc recentiori Germano vindicasse, Hippolytum Maraccium, qui id de Gretsero affirmaverat, ceu *lapsum memoria* carpit.

[3] *Orient. Christ.* tom. I, col. 278–279.

[4] Opp. tom. II, pagg. 112 et 437.

[5] Octo nempe habes, etiamsi expungas homiliam *in Nativitatem Deiparæ*, quæ vulgata prius sub Germani nomine, Andreæ dein Cretensi adjudicata fuit.

[6] Loc. sup. cit.

nisio allegatas, memorat homiliam *a Pantino editam;* at ista omnia nihil aliud demum sunt, nisi unica illa in Præsentationem Deiparæ oratio, quam et Combefisius vulgavit, et ex qua *sola* Canisius quoque nonnulla decerpserat. Reliquas proinde ne inspexisse quidem Gretserus videtur.

VI. Ad Casimirum Oudinum veniamus. ad eum, inquam, Oudinum, ad quem Christophorus Harles nos tam sæpe remittit, fidem faciens, Oudinum, quæ affirmaverit, *probatum quoque ivisse*[1]. Hic porro quum de reliquis sermonibus nihil addat, verba faciens de nonnullis homiliis inscriptis *in Vestem* seu *in Zonam Deiparæ*, quarum alteram sub S. Germani nomine edidit Combefisius[2], alteram Georgio Nicomediensi quidam tribuerunt, in hanc sententiam prorumpit[3] : *Verum ætate hujus auctoris quis unquam credat jam exstitisse celebritates ac cultum vestium ac zonarum B. Virginis? Olent ista Græciæ recentissimæ mores, nec supra sæculum XII vel XIII extenduntur. Mihi autem videntur referre Germanum juniorem... sub cujus nomine edidit alteram... (Combefisius) in manipulo rerum Constantinopolitanarum*[4]. His tota Oudini argumentatio continetur.

Verum ejusmodi ratio nihil movere nos potest. Ut enim reli-

[1] Quod Harles cæca fide ex Oudino exscribens illud etiam falso affirmaverit, ut supra diximus, *ex Allatii sententia* omnes in Deiparam sermones juniori Germano vindicandos esse, poterit aliquam habere veniam, quam tamen ea Oudini fraus nullam meretur (vid. De Script. Eccl. vol. III, col. 61). At nescio, an dignum venia censeri possit, quod idem Harles insuper addit (Biblioth. Græc. vol. XI, pag. 157), Oudinum *probatum ivisse*, cum reliquis opusculis etiam *synopsim de sex Synodis* Germano II tribuendam esse. Non modo enim Oudinus nihil tale dicit, sed diserte affirmat (De Script. Eccl. vol. I, col. 1614), hoc opusculum in Ms. codice contineri, ad cujus calcem ipse oculis suis annum, quo codex absolutus fuerat, notatum vidit, videlicet 6595, qui, quum anno æræ nostræ 1087 respondeat, manifesto prodit, opusculum illud exstitisse jam prope centum ante annos, quam Germanus II nasceretur.

[2] *Manipulus rer. Constantinopolit.* pag. 232.

[3] *De Script. Eccl.* vol. III, col. 56.

[4] Habes heic alteram Oudini fraudem. Nam Combefisius in notis (pag. 241) eandem orationem expresse sancto Germano adscribit, non autem Germano II, ut mentitur Oudinus.

qua missa nunc faciam, in Kalendario Constantinopolitano, quod vir præclarissimus Stephanus Morcelli Romæ anno 1788 publica luce donavit, quodque ad sæculum VIII pertinere certis ipse probavit indiciis[1], ad diem II Julii[2] festivitatem *Depositionis venerandæ vestis sanctissimæ Deiparæ* notatam invenimus; ad diem vero 31 Augusti[3] solemnia *Depositionis Zonæ* ejusdem S. Virginis. Hujusmodi ergo festa satis antiqua sunt, ut de ipsis disserere senior Germanus potuerit.

VII. Cum itaque Oudini argumentum primo quidem nihil ad reliquas Germani homilias pertineat, tum vero ne ad abjudicandam quidem S. Confessori Germano eam unam, quam impetit, par sit; jam palam est, neque ab Oudino ullam prolatam fuisse rationem, quæ pro recentiori sententiam ferendam vel minimum suadeat. Præmisimus autem præter Gretserum et Oudinum neminem esse alium, qui eam opinionem argumento aliquo fulciri conetur. Fas est ergo concludere, multa quidem eaque præclara nomina pro ea sententia jactari; sed quod ad pondus rationum spectat, etiamnum plane desiderari, ac proinde adhuc gratis Germanum II ceu illarum homiliarum auctorem venditari.

VIII. Sed in alteram partem jam deligendus intuitus, dispiciendumque, an melioribus armis alii pro seniore Germano decertaverint. Atque id quidem adhuc brevius expediri posse videtur. Qui enim exiguum aliquid in rem contulerit, unus est Franciscus Combefisius; nam Hippolytus Marraccius, qui plura, quam Combefisius, Germani scripta in lucem edidit, rem pro certa habere maluit, atque adeo ab omni disputatione, et a sententia sua præsidio aliquo communienda prorsus abstinuit.

Dixi autem, Combefisium *exiguum aliquid* contulisse. Nam cum græce ac latine quatuor S. Germani homilias in *Auctario suo* ederet, et cum deinde quintam adderet in *Manipulo Originum ac rerum Constantinopolitanarum*, utique semel aut iterum

[1] Præfat. § II, pag. 9-11, vol. I.

[2] Vol. II, pag. 151 : μηνὶ τῷ αὐτῷ (Ἰουλίῳ) β' εἰς τὰ μεταθέσια τῆς σοροῦ Βλαχερνῶν.

[3] Ibid. pag. 224 : μηνὶ τῷ αὐτῷ (Αὐγούστῳ) λα τὰ καταθέσια τῆς Ζώνης τῆς ἁγίας Θεοτόκου.

ad sic sentiendum styli ratione se moveri scripsit : sed quidpiam aliud, quo rem confirmet, frustra quæris. Porro argumentum a stylo deductum eo magis fluxum eo loci videri poterit, quod antequam certum aliquod Sancti Germani in medium proferret opusculum, quocum comparatio institueretur, nihil reipsa de styli similitudine licebat pronuntiare. Hanc autem comparationem aliquando sese instituisse, nuspiam Combefisius prodit.

Posterius tamen narrat ipse[1], delatum ad se fuisse codicem, in quo tertia quædam homilia *in Deiparæ Dormitionem* (in eadem Bibliotheca Concionatoria[2]), S. Germani nomen titulo *Confessoris* (τοῦ ὁμολογητοῦ) exornatum gerebat. At palam est, hoc argumentum illi tantummodo homiliæ, non vero ceteris quidpiam suffragari.

Ergo, perpensis quoque rationum momentis, quæ utrinque prolatæ hucusque sunt, nihil nobis proponitur, quod ad controversiam hanc certo definiendam, et ad causam alterutri parti adjudicandam idoneum videri possit.

IX. Ergone, inquies, certum homiliarum istarum auctorem noscendi spes omnis abjicienda erit? Atque adeo in dogmatica de Virginis conceptu Controversia eas in medium proferre, aut saltem iis tamquam eximii illius Doctoris testimonio, qui miris laudibus et a Romanis Pontificibus et ab œcumenica VII Synodo cumulatus est, uti nefas erit? Minime, inquam. Quamquam enim mirum contingere illud non debeat, quod sæpe fieri videmus, ut præsidia ad auctorem cujuspiam libri certo designandum nulla nobis suppetant; in præsenti nihilominus quæstione pronuntiandum censeo, ejusmodi præsidia nondum utique conquisita diligenter fuisse, ea tamen sin minus pro omnibus illis homiliis, at certe pro earum pluribus penitus non deesse.

Quod ut planum fiat, illud unum in antecessum mihi sumam, jure optimo eas homilias *seniori* vindicari Germano, quas constet *secundo* tribui non posse. Id ne gratis videar assumere, duo

[1] In Recens. Auctor. *Biblioth. Concion.* vol. I, pag. 14.
[2] Vol. II, pag. 695.

efficiunt: primum est, quod ab initio[1] præmisi ac nemo non ultro admittit, alicui Germano adscribenda ea esse, quæ in mss. codicibus constanter nomen Germani præferunt: alterum est, alterutri e duobus prioribus Germanis hæc necessario tribuenda esse. De quo ne quis ideo ambigat, quod ea, quæ certo ad secundum non pertinent, tertio forte quem superius[2] memoravimus, æque ac primo vindicari queant, jam in promptu est quo et ista suspicio excludatur: nam 1° tertium hunc homilias scripsisse, nemo unquam memoriæ prodidit: contra vero seniorem Germanum sermones conscripsisse, ab antiquo anonymo discimus[3]. *Germanus... ad annos quatuordecim ac menses sex in Patriarchali agens sede ac veritatis sermonem recta fide docens*, sat multos scripsit sermones *ad communem utilitatem, quibus pios demereretur, sed et varios hymnos edidit laudandis Sanctis, et cantica, etc.* Quibus consona sunt quæ Græcorum Menologium ab Henrico Canisio[4] editum testatur: *ubi* (*Constantinopoli*) *cum multiplici doctrina populum instruxisset, altioresque Divinæ Scripturæ sensus interpretatus esset, et Ecclesiam ipsam* Canticis et Sermonibus *exhilarasset, postquam Leo Isaurus, etc.* 2° Germanus tertius non ultra tres circiter menses Byzantii ecclesiam rexit; contra vero plures de eodem festo homiliæ auctorem postulant, qui plures annos sedem occupaverit; 3° denique binas habes orationes *in Præsentationem Deiparæ*, cum tamen mense novembri, quo solemnitas ista recurrit, tertium Germanum jam abdicasse certo constet. Ergo quum ex fide mss. codicum pro certo habendum sit, sermones istos Germanum aliquem habere auctorem; quum præterea exploratum sit, eas Germano hujus nominis tertio tribui nullo modo posse; superest, ut si quam probemus ne secundo quidem posse adscribi, hujus non alius quam senior ille ac sanctus Confessor censeri scriptor debeat.

[1] Sup. n. I.

[2] Sup. n. II.

[3] Scriptum hoc anonymum, cui titulus: *De Imagine dicta Romana*, græce ac latine edidit Franciscus Combefisius ad calcem homiliarum S. Germani, Auct. vol. I, pag. 1462.

[4] *Antiq. Lect.* tom. III, part. I, pag. 409. Amstelæd. 1725.

X. Ut itaque ad id, quod caput est controversiæ, veniamus, dico, plerasque illas homilias partim intrinsecis partim extrinsecis indiciis sat suum prodere auctorem, eumque a Germano II diversum. Quumque Casimirus Oudinus intrinseco, utut ineptissime, usus argumento contenderit, orationem in *Depositionem Zonæ B. Virginis* juniori Germano prorsus adscribendam esse, ab hac ipsa initium faciam, parique argumenti genere ostendam, secundum hunc Germanum sermonis illius auctorem nullatenus haberi posse.

Et sane levi negotio id conficitur. Facile enim ostendi potest, hinc quidem orationem istam Constantinopoli habitam fuisse, inde vero Germanum II, Constantinopolitani licet Episcopi titulo insignitum, in hac tamen urbe numquam sedem tenuisse. Et quod ad postremum hoc spectat, notissimum est quod tradunt eorum temporum historiæ, Theodorum Lascarim, cum regiam urbem Constantinopolim anno 1204 Latini expugnassent atque occupassent, assumpto imperio sedem suam Nicææ in Bithynia defixisse, atque illuc non græcos modo proceres, sed et Ecclesiæ primores convenisse; exinde vero Constantinopolitanos episcopos in Nicæa urbe eligi ac residere consuevisse ad annum usque 1262, quo regiam urbem Græci recuperaverunt. Et id quidem fatentur vel ipsi adversarii. Consentit Oudinus, qui[1] imo narrat legatos, a Gregorio IX pro Ecclesiarum concordia ad Germanum missos, ideo se Nicæam Bithyniæ contulisse, quia in *hac urbe Græcorum Patriarcham, post Constantinopolim amissam, collocasse sedem suam, audierant*. Fatetur id ipsum Christophorus Harles[2], inquiens, Germanum *ad patriarchatum Nicææ evectum anno* 1226 (scilicet 1222) *eo tempore quo Latini Constantinopolim tenebant, defunctum anno* 1240 *fuisse*. Et ne plures recenseam, de eadem re Guillelmus Cave[3] : *Ab anno circiter* 1222, inquit, *Patriarcha Constantinopolitanus Nicææ lares fixit, quo translatus fuerat patriarchatus Constantinopolitanus, quamdiu*

[1] De *Script. Eccl.* ad an. 1220, vol. III, col. 53.

[2] In Addit. ad Fabr. *Biblioth. Græc.* vol. XI, pag. 162.

[3] *Hist. Litt.* ad ar. 1222.

urbs regia a Latinis teneretur. Pro certo igitur habendum est, Germanum II in regia urbe episcopalia munia numquam obivisse, ac propterea alium habere auctorem sermones, si quos Constantinopoli habitos esse constet.

XI. Atqui sermonem hunc Constantinopoli habitum fuisse, clarius meridiani solis radiis elucet. Inscribitur ipse[1]: *In Encænia venerandæ ædis Sanctissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis, inque fascias Domini nostri Jesu Christi*. Ubi notat Combefisius[2], debuisse heic addi, *Et in adoratione Zonæ ejusdem S. Deiparæ*[3]. Quænam porro fuerit sacra illa ædes, cujus encænia heic celebrantur, ex rerum byzantinarum discimus scriptoribus, qui tradunt, binas Constantinopoli sacras ædes exstitisse, utramque sæculo V exstructam, in quibus sacra Deiparæ pignora servabantur, alteram in *Blachernis*, ubi Sanctæ Virginis ὠμόσφορον, velum nempe caput humerosque tegens, et juxta quosdam etiam pars Zonæ, alteram in *Chalcopratiis*, ubi ejusdem Deiparæ Zona, et fasciæ D. N. Jesu Christi colebantur[4]. Præsens itaque oratio dedicationem celebrat Ædis *Chalcopratianæ*, cujus solemnia, prout etiam in græcis Menæis leginus[5], die 18 Decembris celebrabantur. Quod et exinde confirmatur, quod idem sermo hunc etiam præfert titulum[6]: *Sermo in Encænia templi sacræ thecæ SS. Deiparæ Chalcopratiorum*.

[1] Apud Combefis. *Rer. Cpolit. manip.* pag. 232. Εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ σεβασμίου ναοῦ τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἅγια σπάργανα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

[2] L. c. ad oram libri.

[3] Reipsa vidi egomet etiam in Cod. Græc Vatic. n. 820, pag. 307 eumdem hunc sermonem hoc insignitum titulo: εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ἁγίας Ζώνης, καὶ εἰς τὴν κατάθεσιν τῶν τιμίων σπαργάνων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: *In adorationem sanctæ Zonæ et in depositionem venerabilium fasciarum Jesu Christi Domini nostri*.

[4] Conf. Ducangius in *Constantinop. Christ.* lib. IV, cap. II, n. IX, pag. 85-86, tum etiam in *Not. ad Annæ Comnen. Alexiadem*, pag. 329-333.

[5] *Græc. Men.* ad diem XVIII Dec. in *Synaxario*: καὶ τὰ ἐγκαίνια τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις: *et encænia venerandæ ædis SS. Deiparæ in Chalcopratiis*.

[6] Vatic. cod. græc. num. 1190, pag. 555. Λόγος εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, τῶν Χαλκοπρατείων τῆς ἁγίας σοροῦ.

Quando itaque constet, sermonem in illa ipsa æde, cujus encænia agebantur, et in qua sacra illa Deiparæ lipsana servabantur, fuisse recitatum, eo ipso Constantinopoli id factum fuisse apparebit. At vero primum illud oratio ipsa per se manifeste suadet.

Prodit oratio, se in ea æde habitam, cujus encænia celebrabantur; nam quum hæc præcessissent[1] : *Siquidem enim hæc animata Christi regis civitas* (scil. Virgo) *exstitit, merito etiam ejus sanctissima ædes, cujus et hodie encænia celebramus, gloriosa civitas estque pariter ac nuncupatur;* paulo post subjicit[2] : *Sic et castis caste encæniis gaudio fruamur; ac veluti ad ipsam* (*Deiparam*) *coram cunctosque videntem accessuri, sic ejus venerandam adituri ædem cuncta componamus, actionem scilicet et rationem...* Ubi manifeste auditores dicuntur accedere ad sacram ædem, cujus dedicatio recolebatur.

Rursus se oratio prodit habitam in æde, ubi Zona cum fasciis servabatur. Sic enim eamdem Zonam præsentem orator alloquitur[3] : *O Zona*, inquit, *quæ eorum, qui ad te accurrunt... libidinem exstinguis, iisque fortitudinem ad præstandas virtutes... tribuis.* Et adhuc clarius[4] : *Quis fide intentos in venerandam tuam Zonam, o Dei Genitrix, ferens oculos, non statim jucunditate repletur?* Viden' pignus illud venerandum ob oculos positum in hoc eodem templo? Et paulo post[5] : *Quanto gaudio, quanta lætitia ac jucunditate ii fruantur, qui ad venerandum tuum conveniunt templum, in quo pretiosam tuam Zonam, ac fascias recondi voluisti filii tui ac Dei nostri, quorum et hodie depositionem celebramus, nullis exponi verbis potest* : quæ utrumque illud palam rursus faciunt, hæc nempe et in Chalcopratiano templo, cujus dedicatio celebrabatur, et ubi cum fasciis Domini Zona Deiparæ recondebatur, dicta fuisse.

XII. Sed et alio argumento evinci potest, hunc sermonem in

[1] Apud Combefis. Opusc. cit. pag. 233.
[2] Ibid. pag. 234.
[3] Ibid. pag. 235.
[4] Ibid. pag. 240.
[5] Ibid.

urbe Constantinopolitana recitatum esse. Hæc enim insuper in eo leginus[1] : *Sed. o Fasciæ et Zona veneranda; sanctimoniam, roburque, et propitiationem atque salutem tribuite mihi pariter ac iis, qui sacrum vestrum templum cum affectu adeunt ac veneratione prosequuntur. O veneranda Zona, quæ tuam undique civitatem ambis ac foves, atque a grassantium barbarorum incursu tutam præstas.* Missa porro fiant, quæ prima huic occurrunt, quæque palam rursus produnt, dicta ea fuisse in æde Chalcopratiana : postrema potius perpendantur.

Quis nesciat, si quidem scriptores græcos parumper revolverit, Constantinopolitanam urbem eam esse, quæ Deiparæ tamquam *sua ipsius civitas* commendari solebat? Rursum quis ignorat, civitatem illam, cujus conservatio ac liberatio a barbaricis incursionibus beneficio Deiparæ referebatur accepta, non quidem Nicæam Bithyniæ, in qua Germanus junior resedit, sed Constantinopolim exstitisse? Hæc sane est, quæ præsenti Virginis Deiparæ auxilio non modo sub Heraclio anno 626 a barbarica proditoris Caiani invasione incolumis evasit[2], ac rursus non modo sub Constantino Pogonato anno 678 a diuturna Saracenorum obsessione liberata est[3], sed præterea sub Leonis quoque Isauri imperii initia, quando scilicet S. Germanus hanc regebat Ecclesiam, a Saracenorum eam impugnantium furore illæsa iterum præservata est. Immo ad singulare hoc Deiparæ beneficium recolendum solemnis ejusdem memoria quotannis apud Græcos agebatur, atque etiamnum agitur sabbato quintam Dominicam Quadragesimæ præcedente; quæ dies ab hymno, qui in Virginis laudem stando canitur, appellationem τοῦ σαββάτου τοῦ ἀκαθίστου ὕμνου accepit[4]. Qua quidem die, et sermonem illum habitum fuisse patet, quem Combefisius edidit hoc prænotatum titulo[5] : *Utilis narratio e veteri collecta historia, novum miraculum in memoriam revocans ac declarans, editum, cum*

[1] Ibid. pag. 256, vol. II.
[2] Lud. Muratorius, *Annali d'Italia*, ad an. 626.
[3] Ibid. ad an. 678.
[4] Vid. *Triod. Græc.* ad Sabbat. hebdom. V. *Jejuniorum.*
[5] *Hist. hæres. Monoth.* Paris. 1648, pag. 805.

Persæ ac Barbari urbem hanc regiam obsedissent; qui et perierunt divino ulciscente numine, urbe interim, quam Dei Genitrix suis intercessionibus servavit incolumem, votis annuis gratiarum actionis cantica exinde exsolvente, indicta rei hujus die anniversaria τῆς ἀκαθίστου nomine. In quo tamen sermone non modo quæ ad Heraclii, sed etiam quæ ad Pogonati, ac Leonis Isauri tempora pertinent, memorata videas. Hæc igitur ad Constantinopolim, non vero ad Nicæam pertinent. Sed perinde hoc est atque affirmare, sermonem ipsum non ad juniorem Germanum, sed ad seniorem sanctum Confessorem spectare. Ipse igitur per se sermo non recentioris, sed veteris Germani se fœtum proclamat ac probat.

XIII. Quæ vero dicta sunt huc usque, possunt viam sternere ad dirimendam controversiam de alia ejusdem argumenti homilia, quam sine auctoris nomine Franciscus Combefisius edidit inter alia græca opuscula historiæ monotheliticæ addita, et cujus est initium [1]: *Quis hic lætus conventus? Quæ vox, etc.* Censuit eruditus vir Andreæ Cretensi posse eam tribui, quia, ut inquit [2], *habet totos Andreæ Cretensis characteres, modum, dispositionem, Dionysianas voces, epitheta in Deiparam propria.* Præterea quum idem sermo [3] enumeret alias orationes in Deiparam habitas, *videtur*, inquit idem Combefisius [4], *suas omnes in Mariam lucubrationes, quales Andreæ habemus, ab ejus nativitate ad ejusdem dormitionem... insinuare.*

Atqui huic sententiæ manifeste sermo ipse repugnat, quippe qui non in Creta insula, ubi Andreas episcopatum gessit, sed Constantinopoli certissime habitus sit. Nisi forte suspicare quis velit, Andream, quum diaconus in regia urbe parumper versatus est, ad concionem habendam impulsum ab Episcopo fuisse : at quod ne minimum quidem hujus rei vestigium in ipso sermone appareat, hoc satis vel ei conjecturæ locum adimit.

[1] Pag. 790 : Τίς ὁ φαιδρὸς σύλλογος οὗτος; τίς ὁ παναρμόνιος τῆς μελῳδίας φθόγγος; κ. τ. λ.

[2] In notis ad eamd. orat. l. c. pag. 805.

[3] Ibid. pag. 795.

[4] Ibid. pag. 805.

Dictum autem Constantinopoli sermonem fuisse elucet, sive dum populum orator invitat ad veneranda atque deosculanda sacra illa pignora[1] : *Itaque pretiosa hodie honori habeantur perquam honoratæ Deiparæ indumenta. Osculemur, non nudis labiis, sed magis, mente ea operimenta, etc.*, sive cum thecam alloquitur, in qua sacra lipsana servabantur[2] : *O inenarrabilium bonorum loculum*[3] *! cœlestium loculum, ac sacratiorum reliquiarum loculum, non sacram tantum ac virginalem Zonam, sed et venerabiles complectentem fascias! illas, inquam, fascias, quibus is, qui... pro nobis factus est infans, infantile corpusculum obtexit... O sanctam arcam, beatissimorum ac prorsus intemeratorum arcam sacramentorum...; tu Imperatoribus corona gloriæ, etc.*; sive, ut alia prætereamus, cum imperatores eas reliquias ibidem venerantes inducit[4] : *O pretiosa, sacraque ac ve-*

[1] Ibid. pag. 790, 792.

[2] Ibid. pag. 797.

[3] Græce σορός, *arca, theca, loculus*, quæ antonomastice, ut inquit Synaxarium Basilianum ad diem 31 August., ἁγία σορός, *sancta urna* appellabatur. Ex quo autem dominicæ quoque fasciæ in eadem servatæ dicantur, apparet perperam Combefisium (l. c. pag. 803) conjectasse, sermonem dictum fuisse in templo Blacherniano : non enim in Blacherniana, sed in Chalcopratiana æde fasciæ servabantur. Labitur quoque (ibid.), cum depositionis vestis Deiparæ solemnia in Blachernis ad diem 31 Augusti refert : reliquis enim prætermissis, tum Menologium, tum Kalendarium Constantinopolitanum a Morcellio editum (vol. II, pag. 152) μετάθεσιν τῆς σοροῦ τῶν Βλαχερνῶν die II Julii celebratam fuisse ostendit : die vero 31 Augusti celebrabatur utique memoria depositionis Zonæ S. Virginis, at non in Blacherniano, sed in Chalcopratiano templo, ut patet ex his Menæorum verbis (ad diem 31 Augusti in Synaxario) : Ἀνάμνησις τῆς ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ καταθέσεως τῆς τιμίας Ζώνης τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τῷ σεβασμίῳ αὐτῆς οἴκῳ τῷ ὄντι ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις.... *Memoria venerabilis Zonæ sanctissimæ Deiparæ in sacra theca depositæ in augusta ejus æde quæ in Chalcopratiis exsurgit....* Denique et illud minus recte addit (ibid.), eadem 31 Augusti die festum dedicationis templi Chalcopratiani peragi consuevisse, id inquiens ex Menæis confirmari. Siquidem ad eam diem nulla in Menæis mentio occurrit *Encæniorum ædis Chalcopratianæ*, sed mere in Synaxario legitur : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἡ ἀνάμνησις τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τῷ Νεωρίῳ, nempe *eadem die memoria templi SS. Deiparæ in Navali*; aliud autem erat templum in *Navali*, aliud in *Blachernis*, et *Chalcopratiis*.

[4] Apud Combef. l. c. pag. 800.

venerabilia pignora... reginæ urbium in tutamen coronamque concessa, et ab Imperatoribus heic loci honore habita, etc. Intrinseca igitur indicia non Andreæ Cretensi, sed alteri qui in regia urbe concionandi munus obiret, homiliam adscribendam suadent.

His vero argumentum accedit extrinsecum e MSS. codicibus petitum; cujus vis eo major videri debet, quod cum sermonem Andreæ abjudicet, simul scriptorem Constantinopolitanum prodit, quem nempe et intrinseca argumenta postulant. Hunc etenim sermonem Germano Constantinopolitano attribuit Leo Allatius [1], seu melius dixerim, attribuunt codices Leoni Allatio perspecti; neque enim ingenio suo, sed codicum manuscriptorum fide opusculis, quæ ibi recenset, auctorum nomina adscripsit [2]. Germano attribuit et Vaticanus codex mihi inspectus, ubi sermo hac prænotatur inscriptione [3]: *S. P. N. Germani Archiepiscopi Constantinopolitani Encomium in Depositionem venerandæ Zonæ SS. Dominæ nostræ Deiparæ semper Virginis Mariæ.*

XIV. Quod vero animadvertit Combefisius, in ipso sermone ita recenseri alias in Deiparam orationes, ut eæ exhiberi videantur, quas ab Andrea scriptas tenemus; hoc argumenti genus inprimis valde est æquivocum, et æque pro S. Germano militat. Juverit heic integrum eum locum afferre; nam et alia habet, quæ in rem præsentem faciunt. *Jam ante*, inquit [4], *congruam laudatissimæ ac sanctissimæ puellæ persolvimus laudem, atque,*

[1] De *Script. Simeon.* pag. 111.

[2] Ibid. pag. 80. *Martyria* (inquit) *et elogia, sive encomia, sive laudes tum in sanctos, tum in Christum, et Deiparam.... propriis auctoribus manuscriptorum ope codicum restituam.*

[3] Cod. Græc. Vatic. n. 1079, fol. 316 vers. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γερμανοῦ Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐγκώμιον εἰς τὴν κατάθεσιν τῆς τιμίας Ζώνης τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας. Avidissime hunc codicem arripueram spe illectus, hujus ope suppleri ea posse, quæ in codice manco per Combefisium edito deerant. At sermonem in vaticano codice multo magis mutilum, quam exemplar a Combefisio vulgatum, dolens reperi.

[4] Apud Combefis. *Hist. Monoth.* pag. 793.

ut licuit, magnificentiam gloriæ sanctitatis ejus narrantes ejus bonis, quanta erat facultas, deliciati sumus. Exsultavimus cum Anna ac cum Joachim, pro puellæ Dei inexspectata nativitate lætati sumus Cum puellis in Sancta Sanctorum ea præduce adducti sumus, faustumque nuntium cum Gabriele tulimus: cum multitudine cœlestis exercitus Dei Verbi ex ea nativitatem glorificavimus. ac cum iisdem ejusdem ad natum suum migrationem festis gaudiis celebravimus... At modo alia est celebritas, aliud festum Genitricis Dei, etc. Omnes, inquit Combefisius, in Mariam lucubrationes, *ab ejus nativitate ad ejusdem dormitionem*, quales Andreæ habemus, insinuantur, tametsi *necdum occurrit, quam indicat, in Christi natalitia.* Egregie sane. At cur illud idem de S. Germano dici non possit? At enim, repones, nullum S. Germani *in Deiparæ nativitatem* sermonem habemus: nam qui sub nomine S. Germani ab Hippolyto Marraccio vulgatus est, rectius Andreæ Cretensi tribuitur. Esto, inquam; quid porro vetat, ne et nos illud Combefisii usurpemus, S. Germani, quem concionari frequenter consuevisse constat[1], homiliam in Deiparæ Nativitatem *necdum occurrisse?* Ad hæc (ut simili, ac Combefisius, argumento utamur) sermonem in Deiparæ Præsentationem, qui tamen cum aliis in homilia memoratur, nullum ab Andrea conscriptum scimus, quum interim duplex hujus argumenti sermo S. Germano adscribatur. Momentis igitur hinc inde libratis, ista Andreæ æque atque Germano tribui commode possunt.

At non æque tribui utrique illud potest, quod ex allatis verbis manifestissime colligitur; sermonis videlicet auctorem eum fuisse, qui passim per decurrentes anni solemnitates conciones ad populum habere in eadem urbe consuesceret. Nam etsi ea admittamus quæ in Menæis legimus[2], Andream, postquam cle-

[1] Sup. § IX.

[2] Ad diem IV Julii *in Synaxario*. Legitur apud Harles (in Addit. ad Jo.: Alb. Fabric. Biblioth. græc. vol. XI, pag. 74): *In Cod. Taurin. CCCXX tribuitur Andreæ Cretensi Sermo in B. Mariæ ingressum, cujus initium,* Καλὰς ἡμῖν ἀπαρχὰς ὑποθέσεως, *qui gr. ac lat. sub nomine Georgii metropolit. Nicomediens. editus est a Combefisio in tomo I Auct.* pag. 1091. Verum, ut hoc tantummodo innuam, si quis hunc sermonem inspiciat, cernet

ricus plures annos Hierosolymis degerat, Constantinopoli diaconatus gradu ornatum, et orphanis curandis præpositum aliquo tempore versatum fuisse; non minus tamen pro certo habendum est, passim concionandi munus in solemnioribus præsertim conventibus nuspiam diaconorum proprium fuisse. Scitum est autem, cui refragatur nemo, ea quæ statuto ordini ac receptæ consuetudini adversentur, non præsumenda esse, sed certis testimoniis evincenda; ergo, nisi manifestis argumentis conficiatur, præter ordinem ac morem hoc quoque Andreæ munus Constantinopoli demandatum fuisse (quod contra satis excludit omnium veterum altum de eadem re silentium), hujus sermonis auctorem non Andream, sed alium, qui in regia urbe pro munere suo conciones haberet (codices autem Germanum nobis offerunt), statuendum esse, criticæ artis canones exposcunt.

Adde quæ post allata verba subjicit orator [1] : *At modo alia est celebritas, aliud festum Genitricis Dei: nec sermonis partum continere possum; non possum mentem despicere laudatione ac cantico fœtam.* Nam ne ineptire dicatur, qui populum sic alloquitur, eum esse oportet, qui sponte ad dicendum prodeat; risum autem moveret, qui se ad concionandum vehementissimo, qui doloribus partus comparari queat, affectu fingeret impulsum, quando eum alterius jussu id peragere, audientibus constaret. Ergo hæc non diaconi oratio est, qui ad Episcopi nutum ambonem conscendit, sed episcopi, penes quem quum stet verba ad populum facere aut non facere, apte sese ad disserendum aut affectu aut opportunitate permotum profiteri potest, non secus ac Gregorius Magnus inquiens [2] : *Sed nos aliquid vel breviter dicere Redemptoris nostri nativitas ipsa compellit.*

XV. Ceterum, quemadmodum ratio loci, in quo binæ istæ de

statim, cum inter Georgii de hoc argumento sermones secundum locum ita obtinere, ut præcedentis sit prosequutio. Evidenter ergo Georgii est, non autem Andreæ.

[1] Apud Combef. l. c. pag. 795. Νυνὶ δὲ ἄλλη πανήγυρις· ἄλλη τῆς Θεογεννήτορος ἑορτή· οὐ στέγω τοῦ λόγου τὴν ὠδῖνα· οὐ φέρω δι᾽ἀνείαν ὕμνον ἐγκυμονοῦσαν ὑπερωδῖν.

[2] *In Evang.* lib. I, Hom. VIII, n. I.

venerandis Deiparæ vestibus homiliæ habitæ sunt, prohibet, ne quis eas Germano II possit adscribere, sic utraque aliquid præfert, quod pariter plane vetat, ne Germanus III ipsarum auctor censeatur.

Et quod ad priorem spectat, prænotatum jam est, eam occasione encæniorum sacræ ædis Deiparæ in Chalcopratiis habitam fuisse; et illud insuper vidimus, templi illius encænia die 18 mensis Decembris celebrari a Græcis consuevisse[1]. Porro Germanus III, ut superius innuimus[2], jam inde a mense Septembri byzantino throno cedens in cellam se receperat. Nulla ergo occasio hujus orationis habendæ Germano III adesse potuit.

Quod vero ad posteriorem attinet, hæc quum neutiquam in Chalcopratiani templi dedicatione[3], sed in *depositione venerabilis Zonæ B. V.* in eodem templo dicta fuerit, ea autem festivitas die 31 mensis Augusti a Græcis ageretur, utique si ratio temporis habeatur, a Germano III haberi potuit : trimestris enim ejus episcopatus mensem Augustum complectitur. At enim, uti vidimus[4], auctor homiliæ testatur, plures alias se de Deiparæ mysteriis conciones habuisse, quibus tamen brevissimus Germani III episcopatus locum non facit. Ergo nec posterioris hujus auctor censeri ipse potest.

XVI. Sed ad alias homilias Germani nomine inscriptas jam veniamus; e quibus primum binæ illæ occurrunt, quæ *in Præsentationem Deiparæ* conscriptæ sunt. Earum vero utramque seniori potius vindicandam esse quam recentiori Germano (de tertio Germano non est cur disputemus, quia mense Novembri, quo festum hoc agitur, episcopatu jam se abdicaverat), haud ope-

[1] Sup. § XI.

[2] Sup. § I.

[3] Hallucinatum in ea re diximus Franciscum Combefisium : et re ipsa ne verbum quidem in tota oratione occurrit, quod ad encæniorum solemnia referatur. Vere tamen dixit Combefisius, cum sermonem die 31 Augusti recitatum fuisse; idque egomet prænotatum homiliæ in codice quoque Vaticano vidi, ubi præmittuntur hæc verba : τῷ αὐτῷ μηνὶ λα', *eodem mense* (scil. Augusto) die 31.

[4] Sup. § præc.

rose, ut mihi quidem videtur, vel intrinsecis tantum spectatis indiciis, ostendi potest.

Et quoad eam, quam et Franciscus Combefisius græce ac latine in Novo Auctario edidit[1], et cujus est initium, *Ecce alia rursus solemnitas* (Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἑτέρα πανήγυρις), equidem censeo, satis illam suum prodere auctorem, ubi prope finem orator Deiparam hisce verbis deprecatur[2] : *Imple animæ meæ vehementissimum desiderium; meque* meæ germanæ atque conservæ *in terra mitium, in tabernaculis justorum, in sanctorum regione conjunge. Tu, quæ omnium protectio exsistis, et gaudium, ac splendida jucunditas, dignum me effice, ut* cum ea *in illo vere ineffabili gaudio collæter, etc.* Ex quibus verbis duo porro sunt, quæ colligantur. Ac primo quidem hæc esse hominis, qui annis gravis diem mortis suæ non longe abesse et sentit ipse, atque illos etiam sentire censet, quos alloquitur. Id vero cuinam congruentius convenit, quam seniori Germano, quem ad decrepitam ætatem vixisse certo scimus? Sic enim de eo Gregorius II in altera ad Leonem Isaurum epistola[3] : *Tametsi talem habebas pon-*

[1] Vol. I, a pag. 1411.

[2] Ibid. pag. 1428. Ἐκπλήρωσόν μου τὸ ἐκδιῳκόμενον καταθύμιον, καὶ σύναψόν με τῇ ἐμῇ συγγόνῳ καὶ συνδούλῃ ἐν τῇ γῇ τῶν πραέων, ἐν σκηναῖς τῶν δικαίων, καὶ χώρᾳ τῶν ἁγίων· καὶ ἀξίωσόν με.... συνευφρανθῆναι ταύτῃ.... Quum codex Petro Pantino visus pro συγγόνῳ mendose legeret συγκόνῳ, hic substituens συγκοίτῳ reddidit (*Conc. Græc.* Antuerp. 1604, pag. 425) : *conjunge me uxori meæ.* Prorsus abs re. Germanus enim jussu Constantini Pogonati, qui patrem ejus occiderat, eviratus fuerat, et in clerum adscriptus. Non facile tamen concesserim Francisco Combefisio (in not. ad Orat. S. Germ. Auct. vol. I, pag. 1466), S. Germanum hanc passum injuriam esse, cum adhuc *adolescentulus* esset. Si enim credimus Gregorio II ad Leonem Isaurum scribenti, anno 730 Germanus jam nonagesimum quintum ætatis annum agebat. Ortus igitur anno circiter 655 dicendus est. Eam autem injuriam tulit sub Constantino Pogonato, qui imperium anno 668 arripuit. Non ea ergo tunc erat ætate, ut inter *adolescentulos* enumerari queat.

[3] *Epist. I ad Leon. Isaur.* præmiss. *Actis Concilii Nicæni II.* Philippus Labbeus (Concord. Chronolog. techn. et hist. part. I, ad an. 731) hallucinatos eos esse dicit, qui binas ad Leonem Isaurum epistolas actis Synodi VII præfixas Gregorio II adjudicarunt. Porro ut Gregorii III eas esse evincat, hoc utitur argumento : Series epistolarum, quas a Leone Gregorius accepisse se ait,

tificem, dominum, inquam, Germanum fratrem nostrum et comministrum. Hujus debebas tamquam patris ac doctoris et tamquam senioris, multaque rerum cum ecclesiasticarum tum civilium experientia pollentis, consiliis obtemperare. Annum etenim agit hodie vir ille nonagesimum quintum, *singulis patriarchis et im-*

incipit ab indictione XIV ac desinit in sequentem indictionem IX. Alterutra ergo annorum periodo, videlicet aut ab an. 716 ad 726, aut a 731 ad 741 scriptæ illæ sunt. Sed primæ illi periodo assignari non possunt, quia Leo anno 716 necdum imperio potiebatur. Ab anno ergo 731 ad 741 sub Gregorio III scriptæ sunt, atque adeo tertius est Gregorius, qui Leoni respondet.

Verum utcumque hoc argumentum videri speciosum possit, numquam tamen efficiet, ut qui litteras legerit, eas Gregorio III tribuat. Utque unum vel alterum attingam, in priori epistola hæc habentur : *Testis est Deus, quascumque misisti ad nos epistolas, auribus cordibusque regum Occidentis obtulimus, pacem illorum tibi ac benevolentiam conciliantes, teque laudantes ac mirifice efferentes, prout te antea conversantem intuebamur. Idcirco etiam laurata tua receperunt.... cum nondum incœptum hoc conatumque tuum, quo adversus imagines insurrexisti, audivissent.* Nonne perspicuum est, sermonem de iis heic esse, quæ Romanus Pontifex præstitit antequam Leo bellum sacris imaginibus indiceret? Is autem Pontifex quis esse alius potest præter Gregorium II? Præterea Leonis litteræ, ut ex allatis verbis patet, ejusmodi erant, quæ Occidentis regibus ostensæ, horum benevolentiam eidem Leoni conciliare possent; de quibus litteris et in ipso epistolæ suæ initio Pontifex hæc dixerat : *Recte admodum ac religiose confessionem inculpatæ et orthodoxæ fidei nostræ edidisti; sed et scripsisti, cum qui solvit ac dissolvit terminos Patrum, exsecrandum esse. Cumque isthæc accepissemus, gratiarum actionis hymnos Deo offerebamus, quod a Deo tibi plane donatum esset imperium.* Quis porro ita desipiat, ut de epistolis Leonis Isauri, si quas Gregorio III dedit, hæc posse affirmari putet quando sedente Gregorio III occidentales universi Leonis impietatem, dominationem ac nomen exsecrabantur, ipse autem Leo nihil intentatum reliquit, quo sacras imagines deleret, atque obsistentes nefariis ejus conatibus occidentales modo occultis sicariorum insidiis, modo aperto bello exterminaret?

Quum manifestissima hæc sint, Baronius ut eadem cum superius memoratis Indictionum notis conciliaret, maluit, Theophanem in designandis imperii Leonis Isauri initiis errasse, affirmavitque (ad an. 716, n. I) hujus imperii initium non ad annum 717 atque Indictionem XV cum Theophane, sed ad præcedentem annum 716 et Indictionem XIV referendum esse. Quam Baronii opinionem Pagius refellere dum nititur, ac simul tamen cum Baronio duas epistolas Gregorio II adversus Labbeum vindicandas assumit, per miram incogitantiam rem ita componit, ut eorum immemor, quæ paulo ante (ad an. 726, n. VIII) ipse

peratoribus inserviens: perpetuoque fuit occupatus, quod utrisque rebus gerendis mirifice utilis et aptus esset.

Deinde vero Episcopum heic habemus, qui per solemnem concionem feminam jam defunctam, quam *germanam* suam seu *sororem* et Domini *conservam* appellat, commemorans, societati ejus ut in cœlestibus tabernaculis et sempiternis gaudiis adjun-

scripserat, *Leonis initium an*, 717 *indictione XV recte consignari*, primum deinde (ibid. n. IX) Leonis annum ipse indictioni XIV alliget! Ceterum rem totam facile compones, si cum Cajetano Cenni (Præfat. ad Chronolog. Cæs. Pontif. n. 27-30, tom. IV, Anastasii, pag. CCII-CCIII) statuas, duplex imperii Leonis initium computari, alterum cum primum ab exercitu Imperator salutatus est, alterum cum in regia urbe coronam accepit. Quumque acclamatio certe indictione XIV currente contigerit, nil mirum, quod Leo cum ad Occidentis provincias, tum etiam, prouti mos ferebat, ad Romanum Pontificem litteras per eam indictionem dederit. Addi et illud potest, forte contextum non necessario postulare, ut litteræ indictione XIV acceptæ ad an. 716 referantur, potius quam ad tempus a kalendis Septembris anni 730 decurrens. Ita enim se habet: *Litteras vestræ a Deo custoditæ majestatis ac fraternitatis per augustalem Spatharocandidatum missas accepimus, imperante te indictione XIV; et ipsius XIV, et XV, et I, et II, et III, et IV, et V, et VI, et VII, et VIII, et IX indictionum acceptas epistolas tuas.... diligenter servamus.* Porro si litteras, quas indictione XIV dicit missas, et quas deinde eadem XIV indictione denotatas una cum reliquis se ait servare, non binas esse existimes, sed easdem, quæ scriptæ fuerint indictione illa XIV, quæ cœpit a Septembri anni 730, jam nihil opus est alias litteras anno 716 et ante indictionem XV datas excogitare. Hanc autem interpretationem egregie ea confirmant, quæ ibi sequuntur. Gregorius enim continenter *decem* litteras memorat, quibus Leo rectam fidem professus fuerat, *decemque* annos eum recte ambulasse affirmat. Deinde addit: Nunc autem *dicis, eas* (Imagines) *idolorum locum implere.... scripsisti non esse manufacta veneranda.* Ergo *undecim* omnino litteras Gregorius recenset, e quibus *decem* pias ad priores decem annos imperii Leonis refert, *postremam* vero impiam *nuper* se dicit accepisse. Atqui nisi *unicam* admittas Leonis epistolam indictione XIV datam, eamque ex recensitis *postremam*, jam universas Leonis epistolas a Gregorio memoratas non *undecim*, sed duodecim haberes, pias autem non *decem* solum, sed *undecim*, neque per annos *decem* sed per *undecim* Leo dicendus foret recte ambulasse. Ipsa igitur ratio contextus postulat, ut series earum litterarum non ab indictione XIV, quæ anno 716 cohæreat, sed ab anno 717 indictione XV inchoetur, utque unica per indictionem XIV epistola post kalendas sept. an. 730 data dicatur.

gatur, ardentibus votis Deiparam deprecatur. At vero ne Episcopum hæc in solemni ecclesiæ cœtu sacræ homiliæ intermiscentem prorsus ineptivisse existimemus, quis non videat, rem suapte natura postulare, ut femina illa tum populo universo notissima, tum etiam aut genere aut pietatis ac sanctimoniæ fama spectabilis ac celebris exsisteret? Porro de quapiam sorore sua potuisse hæc Germanum seniorem iis in adjunctis eloqui, facile sane perspicimus. Non modo enim prosapia maxime illustri ortum eum perhibent historiæ; verum etiam calamitate celebrior ipse, totaque ejus familia facta est, tum cum pater ejus Justinianus, vir nobilissimus ac Patricii dignitate præclarus, Constantini Pogonati jussu acerbissime trucidatus fuit. Cui generis et fortunæ nobilitati, si vitæ etiam virtutibus, pietate ac benefactis insignis famam addas, prout non obscure innuit tributa ipsi *conservæ* appellatio, sane apparet, quî potuerit vir gravissimus, Episcopus videlicet, per solemnem ad fideles concionem in ipsa urbis regiæ amplitudine sermonem de his injicere, nec tamen id ipsum tamquam a decore et consentanea dignitate alienum reprehendendum videretur.

Contra vero, quî juniori Germano convenire hæc possent? Quid enim nossent cives Nicææ, in quorum civitate ille residebat, de sorore ejus, cum Anapli in Propontide ipse et quidem humîli loco natus esset, vitamque deinceps in monasterio duxisset? Quid sermonem de sorore ille subnecteret, quando ignota adeo ejus gens et familia populo erat, ut incertus per vulgus ferretur rumor[1], *ipsum piscatoris esse filium?* Ergo vel ex paucis illis satis superque habemus, quo homiliam istam non junioris sed senioris Germani fœtum esse pronuntiemus.

XVII. Sed multo adhuc luculentius senioris Germani opus esse probat altera in Deiparæ Præsentationem homilia, quam subjiciemus; ut plane mirum esse debeat, Franciscum Combefisium, qui priorem nostro Germano tribuit, posteriorem hanc Germano secundo tribuere maluisse[2].

[1] Conf. Le Quien *Orient. Christ.* vol. I, col. 278.

[2] In Recens. Auctor. *Bibl. Concion.* vol. I, pag. 14. *Addit Marraccius*

Neque pluribus opus est, quam ut hcic particulam inseram illius ad Virginem Deiparam deprecationis, qua homilia ipsa clauditur. *Orthodoxorum*, inquit, *Imperatorum sceptra, qui te supra omnem purpuram, et omne aurum, et margaritas, et pretiosos lapides coronam et indumentum et inamissibile imperii sui ornamentum habent, in pace et quiete regito : male fidas nationes barbaras, quæ te, Deumque ex te natum blasphemiis lacerant, pedibus eorum substernito ac subjicito : exercitui, qui semper tuis innititur patrociniis, hora congressus esto adjutrix, et populum subditum in facili obedientiæ servitute, ut a Deo præceptum est, confirmato : tuam hanc civitatem, quæ te veluti turrim et fundamentum habet, triumphis coronato, viribus firmato et custodito, etc.* Quæ quidem lacinia tot prope suppeditat in rem nostram argumenta, quot membra habet.

Et sane cernis Deiparæ tamquam *suam* commendari urbem, in qua hæc oratio habebatur. At, quod alias jam diximus, nonne notissimum est byzantinam urbem hac appellatione exornare solemne Græcis fuisse? Exoratur deinde Virgo Deipara, ut eamdem urbem triumphis coronare velit. Atqui palam est, hæc non ad aliam nisi ad regiam urbem referri, in qua triumphi celebrabantur, et quæ tamquam imperii caput per synecdochen pro imperio ipso usurpatur, ac triumphare ipsa dicitur, ubiubi victoriæ de imperii hostibus reportentur. Hæc ergo oratio certissime Constantinopoli habita est. Sed superius jam monuimus, hanc certissimam esse tesseram, qua oratio seniori Germano vindicetur, non autem recentiori, qui byzantini quidem episcopi titulo exornatus, Nicææ tamen toto episcopatus sui tempore degens, nullam Constantinopoli orationem habuit aut habere potuit. Hæc ergo homilia S. Confessorem Germanum sine ulla controversia habet auctorem.

Sed ulterius et alia adjuncta fac paulisper sedulo perpendas. Quatuor enim præterea ibi a Deipara postulari perspicuum est.

(inquit) *in Mariali suo S. Germani alteram in S. Mariæ Præsentationem in Templo, Matthæo Caryophyllo interprete, quam tamen malim Germani junioris esse.*

videlicet 1° ut Imperatoribus pacificum, tranquillumque regnum tribuat ; 2° ut barbaras nationes, easque blasphemas ac male fidas conterat ; 3° ut pugnaturo exercitui opem ferat ; 4° ut populum in obedientia contineat. At vero (sit venia verbo) plane cæcutiat oportet, qui non videat, perspicue hoc loco illorum temporum historiam describi, quibus Constantinopolitanam Ecclesiam S. Germanus senior gubernavit. Intestinis enim seditionibus brevissimo annorum circulo e regio throno dejecti fuerunt Justinianus Rhinotmetus cum Tiberio filio, ac deinde successive Philippicus, et Anastasius, et Theodosius ; Leo quoque Isaurus, ob conjurationem dejecti Anastasii opera structam, tantum non e solio deturbatus est. Memoratas autem nationes barbaras et in Christum blasphemas habes tum in Saracenis, qui per id tempus dire vastaverunt imperium, ipsamque adeo regiam urbem impugnarunt, tum etiam in Bulgaris, qui victricia arma Heracleam usque, prope nempe ad Byzantii portas, detulerunt. Habes etiam cur *male fidas* nationes barbaras orator appellet ; nam Bulgari ab exauctorato Anastasio excitati, fidem imperanti Leoni fregerant, ac deinde, perfidiam perfidia cumulantes, Anastasium ipsum, ingenti auri vi corrupti, Leoni vendiderunt.

XVIII. Contra vero quid est, quæso, in Græcorum historiis, quod hisce adjunctis respondeat, quo tempore Germanus ille junior in urbe Nicæna titulo Constantinopolitani episcopi potiebatur ? Juverit plane ipsum hoc loco testem compellare ; juverit et hujus precatiunculam, qua et ipse homiliæ finem imponit, inspicere ; hoc enim pacto non solum adjuncta, in quibus hic versabatur, discemus, sed, quod in rem præsentem non minus utilitatis conferet, specimen aliquod styli, eloquentiæ, et artis oratoriæ junioris hujus Germani propriæ habebimus, quo postea ex styli quoque ratione de homiliæ cujuspiam auctore, si aliter dijudicari res nequeat, decerni aliquid possit. En itaque quomodo orationem *de Exaltatione S. Crucis* a Gretsero editam hic Germanus absolvat[1].

[1] Apud Gretserum Opp. tom. II, pag. 121. Usus sum versione ejusdem Gretseri. Subjicio autem textum græcum, ne quis illudi sibi per versionem

Verum orationem nunc quasi obsignemus precibus votisque ardentibus et assiduis pro optimo Imperatore nostro. Tollite igitur omnes, o fidelis populi, manus vestras ad Deum pro illius manibus (scilicet pro manibus Imperatoris), *quæ* (scilicet manus vestræ) *tot jam labores subierunt in conflictibus et prœliis adversus hostes, ut ponat brachia ejus* (Imperatoris) *velut arcum æreum, et doceat manus ejus ad prœlia, ut repellant Italicam illam velocitatem rapiendi aliena, ut revertantur in occasum, propriam suam patriam, si qui supersint, et esuriant ut canes, non habentes amplius sanguinarii cruorem ausonium, quem lingant. Et circumeant propriam civitatem fame pressi, incassum latrantes. Johannes*[1]*, qui baptizavit eos in proprio ipsorum sanguine, custoditus a Deo Imperator noster acclamat nobis subditis : omnis vallis implebitur, abjecta et afflicta generatio annis quidem novæ Romæ, calamitatibus vero mirabiliter jam vetustæ. Et omnis mons et collis humiliabitur, elatum videlicet Italorum supercilium, etc.*

putet. Ἀλλά μοι τὸν λόγον ἤδη ἐπισφραγιστέον ταῖς ὑπὲρ τοῦ κρατίστου ἡμῶν αὐτοκράτορος προσευχαῖς καὶ ἐκτενέσι δεήσεσιν. Ἄραται οὖν, εὐσεβὴς λαός, χεῖρας ἅπαντες πρὸς Θεὸν ὑπὲρ τῶν ἐκείνου χειρῶν πολλὰ καμούσας ἤδη ἐν ταῖς κατὰ τῶν ἐχθρῶν συμπλοκαῖς, ἵνα θείῃ τόξον χαλκοῦν τοὺς βραχίονας αὐτοῦ, διδάξῃ τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς πόλεμον, εἰς τὸ ἀποβαλεῖν τὴν ἰταλικὴν ὀξυχειρίαν εἰς τὸ καθαρπάζειν τὰ ἀλλότρια· ἵνα ἐπιστρέψωσιν εἰς ἑσπέραν, τὴν ἰδίαν πατρίδα, εἴγε τινὲς ἀπολειφθεῖεν, καὶ λιμώξωσιν ὡς κύνες, οὐκ ἔχοντες οἱ αἱμοχαρεῖς ἔτι λείχειν αἵματα τὰ αὐσονικά· καὶ κυκλώσωσι τὴν ἰδίαν πόλιν λιμαγχονούμενοι, καὶ βαΰζοντες μάταια· Ἰωάννης ὁ βαπτίσας αὐτοὺς τοῖς αἵμασιν ἑαυτῶν ὁ θεοφρούρητος ἡμῶν αὐτοκράτωρ ὑμῖν τοῖς ὑπὸ χεῖρα εὐαγγελίζεται· πᾶσα φάραγξ, λέγων, πληρωθήσεται ἡ τεταπεινωμένη γενεὰ τῆς τῷ χρόνῳ μὲν νεαζούσης Ῥώμης, ταῖς συμφοραῖς δὲ γεγηρακυίας ἐλεεινῶς, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται, ἡ καθ' ἡμῶν ἐπαιρομένη ἀγέρωχος ὀφρὺς ἡ ἰταλική.

[1] Videlicet Johannes *Ducas*, qui et *Calojohannes* seu *Vatatses* nuncupatus, successitque anno 1222 Theodoro Lascari.

Inspice heic hominis ingenium, qui præcedentes in Italos contumelias (quasi vero Latini, qui Constantinopolim occupabant, omnes aut maxima saltem ex parte *Itali* dicendi essent) aliis insuper scommatis cumulaturus, manifestissimo simul et ineptissimo Sacrarum Litterarum abusu ad Johannem Vatatsen ea transfert, quæ de Johannis Præcursoris baptismo et prædicatione in Evangeliis leguntur. Verum ista quoque valde conferunt, ut sine erroris periculo sua cuique Germano tribuantur.

Non vacat heic stylum cum stylo comparando immorari; quam tamen comparationem vel paucis illis, quas ex seniori Germano superius attulimus, laciniis adhibitis, quisque per se, si libeat, poterit instituere. Illud in præsens satis mihi sit animadvertisse, quod vel per se in oculos incurrit, tam manifesto utrobique se prodere diversa rerum temporumque adjuncta, ut non minus absurde ille facere videatur, qui postrema hæc seniori Germano tribuere malit, quam qui priora illa juniori vindicare conetur.

XIX. Superest demum, ut nonnulla de tribus *in Deiparæ Dormitionem* homiliis addamus: nam de duabus aliis *in ejusdem Virginis Annuntiationem* commodius aliquid dicemus in præfatione earum alteri præmittenda, quam græco textu et emendatiori latina versione auctam in altera voluminis hujus parte dabimus.

Tres illas cum ederet Combefisius, nulla injecta dubitatione tamquam genuinas Sancti Germani orationes habendas esse pronuntiavit. Rationum tamen momenta, uti alias innuimus, quibus suam aliis probaret sententiam, quoad binas Auctario suo insertas, vel nulla ad manum habuit, vel certe ea digna non censuit, quæ promeret. Nam quod spectat ad tertiam, quam *historicam* appellat[1], quamque primum latine tantum in Bibliotheca Concionatoria[2], deinde vero etiam græce ad calcem libri Theodoti Ancyrani adversus Nestorium vulgavit[3], *adstipulatur*, inquit[4], *nuper ex Italia advectus codex, in quo S. Germani τοῦ ὁμολογητοῦ signanter prænotatur, ne quis ulli recentiorum adscribat.* Et huic quidem argumento sua vis inest. Nam hinc quidem titulus *Confessoris*, quo nomen auctoris insignitur, seniorem Germanum, qui tot tamque acerba pro catholica fide passus est ab iconomachis, certissime indigitat: inde vero lex est criticæ artis, quoties ratio quæpiam valida aliter non suadeat, suam veteribus codicibus fidem atque auctoritatem stare. At ratio valida, quæ posthabendam Codicis auctoritatem postulet, nulla heic apparet. Sancto igitur Confessori Germano oratio adjudicanda est.

[1] In recens. Auctor. *Biblioth. Concion.* vol. I, pag. 14.
[2] Vol. VII, pag. 695.
[3] Paris. 1675, pag. 87.
[4] *Biblioth. Concion.* vol. I, pag. 14.

XX. Quod itaque ad duas reliquas attinet, quum neque extrinseca ulla promerentur argumenta, neque intrinsecum aliud ipsæ præberent indicium, illud unum superesse jam videbatur, ut ex sola styli ratione lis tota dijudicaretur. At opportunissimas nobis suppetias fert Vaticanus codex : cujus ope non modo de duabus istis controversia certissime dirimitur, sed illud insuper, quod superius de binis *in Deiparæ Præsentationem* intrinsecis argumentis innixi statuimus, mirum in modum confirmatur. Quatuor enim hasce homilias, seu melius dixerim *tres* (nam quæ binæ *in Deiparæ Dormitionem* feruntur, eas ita continenti oratione conjunctas heic reperio, ut unicam constituant) Germani nomine inscriptas simul cum pluribus aliorum SS. Patrum opusculis seu sermonibus hic codex continet ; atque exinde fit, ut semel ac perspicue evinci possit, eumdem codicem ejus esse antiquitatis, ut junioris Germani ætatem antecedat, eo ipso omnis ambigendi locus intercludatur, et ad seniorem Germanum eas pertinere peremptoria sententia decernendum sit. Nonnulla itaque de hoc codice breviter sunt attingenda.

Et brevissime quidem expediri res posset, illorum virorum adhibito judicio, qui præsto nobis sunt rei græcæ peritissimi, et in Mss. codicibus pervolvendis exercitatissimi. Horum enim sententiam si perconteris, codex duorum ad minimum sæculorum intervallo ante Germani junioris tempora conscriptus haberi debet[1]. Sed ad rei evidentiam præstat e multis, quæ afferri possent, saltem pauca quædam hujus vetustatis indicia subjicere[2].

XXI. Perinsignis hic codex, inter Vaticanos græcos n. 455 notatus, membranaceus est, in folio, bicolumnis, ac 290 foliis ἐγγράφοις constat. Non solum autem elegantissimæ scriptionis est, sed, si vetustatis ejus rationem habeas, etiam miræ in-

[1] Ut alios omittam, vades hac in re proferre licet clariss. viros Petrum Matranga, et Jo. Bapt. equitem De Rossi, qui ita suis se scriptis probavere, ut aliena commendatione non egeant.

[2] Pauca hæc e pluribus delibo, quæ de hoc ipso codice in usum suum adnotaverat, ac peramice pro sua humanitate mihi communicavit vir præclarissimus Antonius Ercolei in Pontificio Rom. Seminario Patrologiæ et Græcarum Litterarum Professor, et in Bibliotheca Vaticana græcæ linguæ scriptor.

tegritatis. Nam duo duntaxat folia reperies (276, 277), quæ squalore obsita perspicaciori oculi acie, ut legantur, indigent : quinque vero (scil. 90, 175, 176, 205, 290), quæ seriori manu, τοῦ ἀνακαινισμοῦ, restaurationis nempe ejusdem codicis, tempore antiquioribus foliis sublatis suffecta sunt.

Nam denuo restauratum hunc codicem fuisse non modo per se clamant paginæ illæ posteriori manu exaratæ, sed expresse hæc testantur, quæ ad calcem folii 290 leguntur[1] : *Renovatus est hic sacer et animabus perutilis liber studio et sumptu et concursu pientissimo perhonorabilis Domini Georgii : pro quo debent et ii, qui in hunc librum inciderint, preces fundere ad animæ illius salutem. Annus autem erat mundi* 6820, *Novembr.* 15. Jam vero ad dirimendam quam nunc agitamus quæstionem vel sola hæc renovati codicis memoria satis esse potest. Numquid enim renovatione indigent aut renovari solent codices, qui a recenti temporis intervallo conscripti et elaborati fuerint? Hoc sane ne vel leviter suspiceris, tum ipsa rei natura prohibet, tum et idem codex, qui qua ætate restaurandus fuit, male adeo habebat, ut quinque jam dilapsa ab eo folia interiissent, quum tamen ingens illud, quod inscriptio memorat, in eo restaurando studium palam faciat, magno illum in pretio habitum ac propterea magna cura custoditum fuisse. At codex, qui anno Constantinopolitano 6820, æræ nostræ 1312 renovatus est, recens fuisset, si quidem eo tempore fuisset elaboratus, ut junioris quoque Germani, qui anno Græcorum 6748, æræ nostræ 1240 decessit, opuscula continere posset; neque rursus quotidiano usu intra breve tempus detritus præsumi potest codex, qui quum nihil aliud quam Patrum homilias contineret, aliquoties tantum per anni decursum usui esse poterat. Ætas ergo, qua restauratus codex dicitur, eum juniori Germano antiquiorem manifeste evincit.

XXII. Ad eamdem vero antiquitatem testandam cuncta con-

[1] Ἀνεκαινίσθη ἡ παροῦσα ἱερὰ καὶ ψυχωφελὴς βίβλος σπουδῇ καὶ ἐξόδῳ καὶ συνδρομῇ θεοφιλεστάτῃ τοῦ παντιμήτου Κυροῦ Γεωργίου· ὃν καὶ δεῖ τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇ βίβλῳ ὑπερεύχεσθαι σωτηρίας ψυχῆς ἕνεκα. Κοσμικὸν δὲ τὸ ἔτος ϛωϟ, Ν. ιε′ : —

spirant, quæcumque demum in codice consideres[1]. Quæ omnia quum persequi non vacet, speciminis ergo aliquid, quod ad πνευματογραφίαν seu spirituum formam, et στοιχεῖα seu alphabeticas litteras spectat, brevissime innuam.

Et quoad primum jam exploratum est, triplici forma describi *spiritus* consuevisse : prima duas lineolas in duplicem angulum rectum ordinatas exhibet[2]; altera lineolas duas in angulum rectum inflexas[3]; tertia demum lineolam inflexam in formam semicirculi, *densum* spiritum vel *lenem* indicans, prouti (quod et de præcedentibus accipiendum est) sinistrorsum vel dextrorsum respicit[4].

Illud pariter certo constat, non qualibet ætate quamlibet ex hisce formis fuisse promiscue usurpatam ; sed contra diversis temporum epochis ita diversum earum formarum usum fuisse, idque constanter adeo in codicibus apparere, ut jam sine erroris periculo ex forma πνευματογραφίας liceat de codicum ætate decernere.

Cuinam porro ætati quæque ex variis spirituum formis assignanda sit, res et extra aleam controversiæ jam sita, postquam constantissimæ inductionis ope certas ea de re leges palæographicæ disciplinæ eruditis statuere datum est. Et in primis illud generatim apud omnes est compertissimum, formam omnium antiquissimam eam esse, quam primo loco innuimus, quæ ancipiti scilicet recto angulo constat : huic proxime eam succedere, quæ unicum exhibet anconem ; omnium denique postremam invectam esse formam στρογγυλοειδῆ, non secus ac characteres ligati, qui unico ductu calami conscribuntur, in calligraphorum commodum uncialibus quadratis posterius successerunt. Quid vero enucleatius de singulis ratum sit, sic brevissime Gregorius Placentinus[5] refert : *Spiritus priscus* (priori nempe loco a nobis

[1] Specimen characteris. Vid. in fig. 1.
[2] Vid. fig. 2.
[3] Fig. 3.
[4] Fig. 4.
[5] *Epitome Græc. Palæogr.* cap. XI, pag. 94.

SPECIMEN CARACTERUM COD. VATIC. INTER. GRAECOS N° 455.

Fig. 1. Pag. 249 a Col. 1.



F. 2. ⊣ ⊢. F. 3. ⅃ L. F. 4.) C.

F. 5. θ. F. 6. +. F. 7. O ω.

Imp. Lemercier, Paris.

memoratus[1]) *in codicibus noni et ineuntis decimi sæculi frequenter observatur; in codicibus vero posterioris ævi rarius. Nonnumquam etiam sic* (secunda scilicet forma rectangulari[2]) *conspicitur, sed infrequentius versus finem decimi sæculi.* Et in eamdem rem Bernardus Montfauconius[3] de eximio codice Regio num. 2271 disserens: *Spiritus plerumque prisca forma notantur sic* (lineolis nempe in duplicem utrinque anconem ordinatis[4]): *nonnunquam sic* (forma rectangulari simplici[5]), *ut nono sæculo, ac etiam decimo scribuntur; verum infrequentius versus finem decimi.* Quod vero ad tertiam formam attinet, quidquid tandem de ætate, qua primum cœperit usurpari, sentiendum sit (nam non uno in loco Montfauconius id jam a decimo sæculo factum esse, imo et sæculi noni exempla non deesse affirmat) labente tamen decimo sæculo, ac deinceps frequentius ac prope communius hanc apparere certum est.

His ita præmissis, jam quid de codice nostro statui certo possit, haud obscurum est. Spiritus enim nuspiam tertia forma στρογγυλοειδεῖ, sed constanter ac perpetuo vel prima vel secunda rectangulari, nempe modo simplici, modo duplici descriptos præfert. Et hinc quidem jure contendere quispiam posset, ad decimum sæculum codicem referendum esse; præsertim quod quæcumque in eo leguntur opuscula *certæ ætatis* auctorem habentia, ultro id permittunt, quum recentissimi omnium auctores photianam ætatem non excedant. At nihil in rem nostram tanta vetustate opus est. Satis erit superque, si ex præmissis concludi certo possit, codicem, de quo sermo nobis est, medio circiter sæculo XIII, ætate scilicet junioris Germani, vetustiorem habendum esse. Porro quum exploratissimum sit, rotundam illam spirituum formam, quæ jam a sæculo nono aut saltem a decimo usurpari cœperat, duodecimo maxime sæculo, non secus ac novas gene-

[1] Fig. 2.
[2] Fig. 3.
[3] *Palæogr. Græc.* lib. IV, cap. II, pag. 275.
[4] Fig. 2.
[5] Fig. 3.

ratim characterum ac ductuum formas[1], universim ita invaluisse, ut codices hujus sæculi, qui solam antiquam illam rectangularem figuram præferant, nuspiam reperire liceat; jam res eo deducta videtur, ut quisquis hunc codicem Germano juniori posteriorem velit ac contendat, non tam refutandus serio, quam ridendus videatur, præsertim quum verissimum atque penes omnes receptum adagium ferat, exceptiones non assumendas esse, sed certis argumentis probandas.

XXIII. Argumentum haud dissimile duci a forma litterarum potest. Qua de re duo tantum breviter animadvertam: alterum quod generatim ad characterum formam, alterum quod specialiter ad quasdam litteras pertinet.

Et quoad primum observandum illud occurrit, mutationes ac varietates, quas ita per singulas successive ætates characterum forma subiit, ut sua cuique epochæ indoles ac nota quædam propria inhæserit, hoc utique effecisse, quod nostris oculis intuemur, ut a vetustissimis litterarum figuris eo magis posteriores discedant quo longiori temporis intervallo duo hæc extrema invicem inter se distant. Attamen si processum ac veluti gradus inspicias, per quos in figuram adeo diversam litterarum elementa conversa sunt, reperies procul dubio, tam ingens discrimen paulatim et exiguis sensim intervallis inductum fuisse. Quid vero exinde consequitur? Hoc plane, ut e leviori vel graviori discrimine, quod inter binas characterum formas intersit, de temporis quoque spatio, quod binos inter codices intercedat, certum aliquod judicium ferri possit. Mutationem porro, quæ magni momenti dici queat, duplicem potissimum adnotandam hcic habemus: altera est, qua characteres unciales in ligatos transierunt[2]; altera, qua

[1] Conf. Montfaucon. *Palæogr. Græc.* lib. IV, cap. VI.

[2] Montfaucon. ibid. lib. IV, cap. I. *Hactenus de charactere unciali, ut vocant, egimus, nec non de variis mutationibus quæ a quarto ad decimum usque sæculum in litteras græcas unciales librorum advectæ sunt. Illæ vero leves reputentur, si conferantur cum aliis, quæ octavo ut citius, vel nono ut tardius, sæculo accesserunt, quo tempore litteras colligandi, atque uno ductu binas, ternas vel plures exarandi consuetudo invecta est.*

ligatus character primitivus in varias diversissimasque formas abiit. Prior *ab octavo, ut citius* (inquit Montfauconius[1]), *vel nono ut tardius sæculo invecta est*. De posteriori vero idem Montfauconius[2]: *A nono ad duodecimum usque sæculum non ita variæ characterum et ductuum formæ a calligraphis invectæ deprehenduntur. Sed duodecimo, decimo tertio ac sequentibus sæculis diversa admodum scripturæ genera observantur in codicibus græcis, et a prisca calligraphiæ elegantia longe recessum est. Alii quippe librarii, ut expeditius currerent, litterarum ductus novos advexerunt, et pristinæ scripturæ pulchritudinem vitiarunt, idque variis pro cujusque arbitrio modis.* Quocirca in rem nostram triplex quodammodo latissimum stadium distinguere est: alterum, quod sæculum nonum præcedat: secundum, quod, veluti medium, a nono sæculo ad duodecimum usque se protendat; tertium denique ab ipso duodecimo inchoandum. Quæ stadia iterum quum singula in plures gradus partiri liceat, multiplex prostat exinde ratio cujuspiam codicis ætatem determinandi, latius scilicet aut pressius, prouti breviori aut longiori mensura ad id uti libuerit. At nihil impræsentiarum nos cogit, ut breviori metro ad ætatem codicis presse designandam utamur; sed satis est, si semel ostendatur, codicem non ad tertium, sed ad secundum latissimum stadium referendum esse.

Atque id quidem levi negotio conficitur. Namque adeo secundum illud stadium codicem nostrum sibi vindicat, ut si scripturæ ipsius indoles specialis adsignanda sit, non alia dici ea debeat, quam quæ proxime characteribus uncialibus successit, et quæ proinde postremis uncialium lineamentis nondum plane abjectis, epocham potius transitus ab unciali ad ligatum characterem præsefert.

Et sane indolem uncialium postremam sic describit clariss. Montfauconius[3], ut cum prius quædam litteræ propemodum quadræ, aliæ rotundæ cernerentur in exemplaribus græcis, cete-

[1] *Palæograph. Græc.* l. c.
[2] Ibid. cap. VI.
[3] Op. cit. lib. III, cap. VI.

ræ vero diductiores laxioresque; *deinceps autem* (inquit) *oblongiores et strictiores habeantur in codicibus octavi, nonique sæculi... Alii autem codices minus quidem a quadra illa prisca et rotunda characterum forma deflexerunt, sed litteras habent reclinatas et quasi propendentes*. Atqui si oculo rei palæographicæ haud imperito codicem nostrum quispiam obiverit, hujus typi, qui totus est in oblongioribus ac deflexioribus litterarum ductibus, non pauca elementa clarissime deprehendet; tum vero alias inveniet litteras invariato usu in eodem codice receptas, quæ minusculo licet exiliorique calami ductu expressam, eamdem tamen cum uncialibus figuræ rationem, utut indoli characteris ligati attemperatam, præseferunt.

His adde morem in hoc codice constanter servatum, ut rubricæ seu tituli singularum homiliarum aut sermonum non per ligatos et expeditiores, sed per unciales characteres adnotentur: adde, eamdem cerni litterarum uncialium formam interdum quidem in sermonum initiis seu prima linea, perpetuo vero in qualibet resumptione a linea ritu antiquæ scriptionis exhibita, hoc est in litteris majusculis extra columnam in margine appositis: et sic ulterius, ex ejusdem Montfauconii suffragio[1], argumentum tibi præsto est, quo codicem non ad secundum modo stadium latissimum, sed plane ad illos ejusdem stadii fines referendum censeas, qui ad postremam uncialium elementorum epocham proxime accedunt.

XXIV. Id ipsum confirmatur ex quarumdam litterarum characteris ligati formis singillatim inspectis. Paucissima e multis attingam.

Et in primis littera *g* tria, quæ sedulo animadvertantur, offert. Nam 1° hæc littera in ligato codicis nostri charactere similem omnino atque in unciali, licet pro utriusque characteris ratione minorem majoremve figuram habet. 2° Tam in unciali quam in ligato charactere oblongiorem illam ac deflexiorem formam exhibet[2], de qua Montfauconius, ubi alphabeta omnium formarum

[1] Op. cit. lib. IV, cap. I.

[2] Fig. 5.

describit, inquit[1]: *Octava (forma) in codicibus unciali charactere scriptis a septimo vel octavo sæculo.* 5° Eamdem litteram nusquam alia forma, nisi prædicta, expressam in toto codice reperire est. Ex quo quid liceat inferre, ex iis liquet, quæ idem Montfauconius scribit, ubi de eximiæ notæ Regio codice 2271 disserit[2]: *In hoc littera θ, sic semper scribitur, numquam vero ϑ: quæ postrema forma a tachygraphis jamdiu recepta, quippe quæ pluries repetatur in diplomate Constantini, ut putatur, Copronymi, circa medium decimi sæculi in libris manuscriptis adhibita fuisse videtur: nam in codicibus nono atque ineunte decimo sæculo conscriptis non observatur, sed semper θ scribitur, in omnibus scilicet codicibus illius ævi, quos hactenus inspeximus.* Et rursus[3]: *Θ hac duplici figura delineatur, θ et ϑ .... Forma autem postrema ϑ in tachygraphorum actis, antequam ligatus character in libris usurparetur, adhibita fuit...; sed in libris nono ac ineunte decimo sæculo charactere ligato scriptis, nondum observabis; sic enim semper scribitur θ, ut infra dicetur.* Triplex ergo indicium vel sola hæc littera suppeditat, quo codicis scriptura ad secundum seu medium tempus, imo ad medii temporis initia referatur.

Idem plane dicito et de littera ψ; nam et ista non alia in ligato ac in unciali ejusdem codicis charactere forma delineatur. Utrobique autem σταυροειδῶς seu in crucis ejusdemque æquilineæ forma effingitur[4]; de qua formâ laudatus Montfauconius[5]: *Tertia* (forma nempe, in speciem æquilineæ crucis) *in gemmis Basilidianorum, et in manuscriptis unciali charactere scriptis octavo ac nono sæculo passim.*

Haud dissimili ratione argui potest ex nonnullis vocalibus, uti ex. gr. ex duplici Ο, μικρῷ scilicet et μεγάλῳ. Nam et hæc duo elementa, non secus ac præcedentia, eamdem formam in ligata

[1] *Palæogr. Græc.* lib. IV, cap. X.
[2] Ibid. lib. IV, cap. II.
[3] Ibid. cap. I.
[4] Fig. 6.
[5] Op. cit. lib. IV, cap. X.

atque in unciali scriptione, in qua tantum eam grandiorem cernere est, retinent. Utrumque præterea erectiori oblongioriquo forma ac deflexiori depictum cernis[1], de qua Montfauconius, quod spectat ad omicron, scribit[2] : *Octava oblonga in codicibus octavi ac noni sæculi*. Quoad omega vero, cujus forma in codice nostro duplex omicron oblongum invicem cohærens exhibet, nihil apposite, quod sciam, scribit Montfauconius, neque hanc inter plures alias ejusdem elementi formas in paradigmate recenset aut ostendit. Sed faciunt in rem præsentem, quæ superius[3] ex ipso attulimus, ubi nempe pronuntiat *oblongiores strictioresque formas ad codices octavi ac noni sæculi* pertinere ; adeo ut istarum quoque litterarum forma ad eamdem sententiam ferendam impellant, codicem nempe nostrum in secundo seu medio stadio certissime collocandum, immo vero hujus stadii antiquiori epochæ (de quo tamen nobis non esse admodum sollicitis licet) consignandum, jure quempiam, si velit, contendere posse.

Quum itaque, ut tandem in rem nostram concludamus, codex iste antiquior certissime sit juniori Germano, tres autem seu quatuor Germani nomine inscriptas homilias contineat ; nullus dubitandi locus superesse potest, has ad S. Confessorem Germanum pertinere. Occurrendum heic esset difficultati, quæ ex Kalendario Constantinopolitano peti potest adversus orationes *in Præsentationem Deiparæ*, quæque clariss. virum Stephanum Antonium Morcelli deterruit, ne ejusdem argumenti orationem S. Tarasio tribuere auderet. Verum de hac re commodius in præfatione, quam eidem S. Tarasii orationi inferius præmittemus.

[1] Fig. 7.
[2] Op. cit. lib. IV, cap. X.
[3] Sup. § præc.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΕΡΜΑΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΙΣΟΔΟΝ

ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ [1].

I. Θυμηδίας[2] μὲν πᾶσα θειοτάτη πανήγυρις ἑκάστοτε τελουμένη τοὺς θιασώτας[3] ἐμπιπλᾶσι πνευματικῶς ἐκ θησαυρῶν καὶ θεορρύτων πηγῶν· μείζον[4] δὲ καὶ ὑπὲρ ἁπάσας λαμπροφορεῖται

[1] Præter Vaticanum codicem inter Græcos n. 455 notatum, ad manum habere mihi licuit (quod humanitati debeo RR. PP. Oratorii Romani S. Philippi) Vallicellianum codicem signatum F. 55. Utrumque codicis lectiones variantes, etiam mendosas, adjiciam.

[2] Uterque cod. θυμηδείας.

[3] Vat. θειαστώτας : et etiam infra idem codex habet θείαστος, seu potius θείασος, pro θίασος. — Vall. æque mendose θειασότας.

[4] Vall. μείζων.

SANCTI PATRIS NOSTRI

GERMANI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

IN INGRESSUM

SANCTISSIMÆ DEIPARÆ

SERMO.

I. Cunctæ quidem, quotiescumque celebrantur, sacrosanctæ solemnitates, eos, qui ad sacra convenerint, e thesauris (cœlestibus) ac fontibus a Deo fluentibus spiritali perfundunt voluptate.

τελεταρχικῶς ψυχαγωγοῦσα ἡ ἀρτιΰμνητος, ὅτῳ καὶ ὑπεραναβαινούσης [1] τῆς ἐξαρχούσης θεόπαιδος [2]. Καὶ γὰρ αὐτῆς ἱερουργικωτάτη [3] περίεισιν [4] ἐτήσιος [5] πανδαισία [6], ἧς τοὺς δαιτυμόνας [7] ἀπειροκάκους εἶναι δέον· καί μοι, εἰ δοκεῖ ὑμῖν, προῤῥόνως συνέψισθε καθαρωτάταις ἐννοίαις καὶ λαμπρορεγγέσιν εὐστολίαις κομῶντες· συνδράμωμεν τῇ ὀρέψει τῶν περισπουδάστων [8] ἀνθέων τοῦ οἰκείου τῆς θεομήτορος λειμῶνος· εὐμυρίσωμεν [9] ὡς ἐκ καλύκων ῥοδόχρουν αὐτῆς καλλονὴν [10] ἀναβαίνουσαν πλήρη [11] θυμια-

[1] Vat. ὑπὲρ ἀναβαινούσης. — Vall. ὑπεραναβούσης.

[2] Uterque cod. θεήπαιδος.

[3] Uterque cod. ἱερυργικοτάτη.

[4] Vall. περίϊσιν.

[5] Vat. αἰτήσιος. — Vall. ἐτησίως.

[6] Vat. πανδεσία.

[7] Vat. δετιμόνας.

[8] Vat. περὶ σπουδάστων.

[9] Vat. εὐμυρήσωμεν. — Vall. εὐμυρίσωμεν : neque tamen, adoptata voce εὐμυρίσωμεν, difficultas cessat, quum μυρίζειν proprie sit *unguentis imbuere*. Jo. Matthæus Caryophyllus vertit, *inveniemus*, quasi legendum sit εὑρήσωμεν vel εὑρήσωμεν. Sapientiores hac de re viderint.

[10] Vall. τὴν καλλονήν.

[11] Uterque cod. πλήρης.

Verum quæ modo præconiis celebranda est, pro principe loco, quem tenet, splendidior illucescit, et majori præ ceteris oblectatione animos exhilarat, quanto scilicet super omnes attollitur atque omnibus Dei filia principatur. Anniversaria enim recurrit sanctissima ejus convivalis lætitia ; cujus epuli quisquis particeps esse velit, omni nequitia purus sit oportet.

Si itaque vobis placet, alacri animo, mente purissima, et nitentissimis stolis amicti me sequimini. Pergamus simul ad exoptatissimos flores ex ipsomet Dei Matris prato decerpendos. Odoremur ejus pulchritudinem instar rosæ e folliculis plenam odoramentorum erumpentem, quemadmodum in Canticis Salo-

μάτων· ὡς Σολομῶντι ἐν τοῖς ἄσμασιν[1] φάσκοντι καλῶς ἐστίχισται[2]· τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἀπὸ τῆς ἐρήμου, ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη, σμύρναν καὶ λίβανον ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ; δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου νύμφη μου, δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου. Τοιγαροῦν σπουδαίως συναπέλθωμεν ἀλλήλους τῇ κοινωφελεῖ σωτηριώδει παννηγύρει τῆς Θεομήτορος προτρεπόμενοι, καὶ τοῖς ἀδύτοις προκύψαντες εἰσβλέψωμεν παῖδα τὴν πρὸς τὸ δεύτερον καταπέτασμα χωροῦσαν, Μαρίαν τὴν πάναγνον καὶ Θεομήτορα, τὴν ἀκαρπίας στείρωσιν[3] διαλύσασαν, καὶ νομικοῦ γράμματος σκιὰν τῇ τοῦ τόκου χάριτι διελάσασαν.

[1] Vall. ἄσμασι.
[2] Vall. ἐστίχισται, sed recentiori manu supra lineam addit ἐστοίχισται.
[3] Vall. στείλωσιν.

---

mon egregie cecinit, inquiens[a]: *Quæ est ista, quæ ascendit e deserto, sicut virgula fumi suffita myrrha et thure, ex omnibus pulveribus unguentarii*[b]*? Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano.*

Alacriter igitur simul abeamus, adhortantes invicem ad Dei genitricis solemnitatem omnibus communiter utilem ac salutarem agendam; et penetralia sacra[c] introspicientes, intueamur puellam ad secundum velum[d] contendentem, intueamur, inquam, Mariam integerrimam Virginem et Dei matrem, quæ infœcundæ finem imposuit sterilitati, ac legalis litteræ umbram gratia sui partus abegit.

[a] *Cant.* III, 6, sec. LXX. En Patribus usitatum, ut de Deipara interpretentur ea, quæ in *Canticis* de sponsa dicuntur.

[b] *Ibid.* IV, 8.

[c] Auditoribus velut ob oculos hoc ponitur sacrum Hierosolymorum templum, ubi mysterium peractum perhibetur.

[d] Primum velum erat, quo sejungebatur ab atrio locus solis sacerdotibus pervius; alterum autem velum a loco sacerdotum dividebat Sancta Sanctorum, quo summo tantum Pontifici semel in anno patebat ingressus.

II. Σήμερον γὰρ τριετίζουσα [1] πρόεισι τῷ νομικῷ ναῷ ἀνατεθησομένη [2] ἡ ναὸς ἀκηλίδωτος [3] καὶ ὑπέρτατος μόνη χρηματίσασα [4] τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν ἁπάντων τελετάρχου [5] Κυρίου, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ μαρμαρυγῇ [6] τῆς θεολαμποῦς αἴγλης, τὴν ἐν τῷ γράμματι ἀχλὺν [7] διελοῦσα [8]. Σήμερον τῷ ἱερεῖ βρέφος ἀποδίδοται, ἡ τὸν δι' ἡμᾶς βρεφωθέντα [9] σαρκὶ μόνον ἀρχιερέα Θεὸν τεσσαρακονθήμερον [10] ἀναθησομένη οἰκείαις ὠλέναις τὸν ἄσχετον κατέχουσα, ὑπὲρ πᾶσαν βρότειον ἔννοιαν. Σήμερον ὁ καινότατος καὶ καθαρώτατος [11] ἀμόλυντος τόμος, οὐ χειρὶ γραφησόμενος, ἀλλὰ πνεύματι

[1] Cod. uterq. τριετίζουσαν.
[2] Vall. ἀνατεθειτένη : sed recent. manu supra lineam ἀνατεθησομένη.
[3] Uterq. cod. ἀκηλίδοτος.
[4] Vat. χριματήσασα.
[5] Vall. τελετάρχων : sed alia supra lineam manu τελεάρχου.
[6] Uterq. cod. μαρμαριγῇ.
[7] Cod. uterq. ἀχλήν.
[8] Vall. διελοῦσαν.
[9] Cod. uterq. βρεφοθέντα.
[10] Vat. τεσσαρακοντήμερον.
[11] Vat. καθαρότατος.

II. Hodie enim trimula legali dedicanda templo ea progreditur, quæ sola impollutum augustissimumque pontificis ac sacerdotum omnium principis Domini templum fuit, quæque fulgore suo splendoreque divinitus micante circumfusam litteræ caliginem disjecit. Hodie redditur sacerdoti infans, quæ solum illum magnum Pontificem Deum, infantem propter nos secundum carnem factum, quadraginta dies natum oblatura est, ulnis suis præter omne hominum cogitatum amplectens eum, qui nullibi contineri potest. Hodie novissimus æque ac purissimus, et nulla sorde inquinatus codex[a], non hominis manu conscribendus, sed spi-

[a] Vide studium celebrandæ puritatis Deiparæ, simulque adverte, minus apte hæc ad laudem castitatis virginalis inflecti, quum de triennі puellula sermo sit.

χρυσωθησόμενος[1], ταῖς κατὰ νόμον εὐλογίαις ἁγιαζομένη, χαριστήριον δῶρον προσάγεται. Σήμερον Ἰωακεὶμ τὸ τῆς ἀπαιδίας ὄνειδος ἀποσμηξάμενος, ἀναφανδὸν ταῖς λεωφόροις[2] μεγαλαυχικώτατα δείξων πρόεισιν οἰκείαν γονήν, καὶ πάλιν μυσταγωγὸς τῆς κατὰ νόμον ἁγιαστείας δείκνυται. Σήμερον καὶ Ἄννα τὸν τῆς ἀτεκνίας ἐνδελεχισμόν, εὐτεκνίᾳ ἀμείψασα, ἁπλέτῳ χαρμονῇ ἔνθους γινομένη τοῖς πέρασι καρπὸν διακηρυκεύεται κεκτῆσθαι[3], στέρνοις ἐναγκαλισαμένη[4] τὴν τῶν οὐρανῶν πλατυτέραν. Σήμερον ἡ τοῦ θείου ναοῦ πύλη διαπετασθεῖσα, τὴν ἀνατολόβλεπτον καὶ ἐσφραγισμένην τοῦ Ἐμμανουὴλ πύλην εἰσιοῦσαν δέχεται. Σήμερον ἡ ἱερὰ τοῦ ναοῦ τράπεζα λαμπρύνεσθαι ἄρχεται, πρὸς ἀναιμάκτους θυσίας τὴν μεταβίβασιν μετηλλαχυῖα τῇ τῆς οὐρανίου καὶ ψυχοτρόφου ἄρτου

[1] Vat. χρυσοθησόμενος.
[2] Cod. uterq. λεοφόροις, et μεγαλαυχεικότατα.
[3] Vat. κεκτεῖσθαι.
[4] Uterq. Cod. ἐνηγκαλισαμένη.

---

ritu inaurandus, benedictionibus secundum legem consecratur, et ceu donum in gratiarum actiones offertur. Hodie deterso infœcunditatis opprobrio, Joachim palam per vias prolem suam ostendens maxime gloriabundus prodit, et legalium observationum studiosum denuo se cultorem probat.

Hodie Anna diuturnam sterilitatem felici partu compensans, immenso gaudio gestiens, eamque pectori adprimens, quæ cœlis latior apparuit, finibus terræ se fructu potitam esse annuntiat. Hodie patefacta divini templi porta obsignatam illam et ad orientem versam[a] Emmanuelis portam ingredientem excipit. Hodie sacra templi mensa participatione et amplexu dulcissimo divinæ illius mensæ[b], quæ cœlestem atque animas nutrientem fert pa-

[a] Ezech. XLIV, 1-3.

[b] Notissimum est, veteris templi mensam, in qua collocabantur *Panes propositionis*, figuram fuisse mensæ seu altaris Novi Fœderis, in quo divinior panis non servatur solum, sed præterea conficitur. At non minus usitatum

τραπέζης θείας προσκυνήσεως μεθέξει καὶ γλυκυτάτῳ ἀσπασμῷ. Σήμερον τῷ ἱλαστηρίῳ ἀνατίθεται ἡ μόνη τοῖς τῶν βροτῶν ἐσφαλλομένοις [1] διεξαχθεῖσιν ἀμπλακημάτων ἐπιῤῥοαῖς [2], ἱλαστήριον καινόν τε καὶ θεοειδέστατον καθαρτικόν τε καὶ ἀχειρότευκτον

[1] Haud semel auctori consuetum est præfigere augmentum vocibus id nequaquam exigentibus.

[2] Vel ἐπιῤῥοίαις loco ἐπιῤῥύαις, quod habet uterque codex.

---

nem, ad incruenta sacrificia gradum movens, incipit splendescere. Hodie in propitiatorio ea reponitur, quæ sola mortalibus, inundatione peccatorum in transversum actis", novum Deoque simillimum, et emundandi virtute præditum, et haudquaquam

SS. Patribus fuit, ut in illa judaici templi mensa typum agnoscerent Deiparæ Mariæ, quæ cœlestem panem gestavit, imo et protulit. Quod quidem dum paucis hoc loco perstringit S. Germanus, et simul *incruenti* quoque *sacrificii*, quod judaicis ritibus succedere debebat, mentionem injicit, egregium sane testimonium suppeditat fidei nostræ, qua profitemur et eucharisticum panem nihil esse aliud quam Jesum Christum Dei filium, quem nobis Virgo Maria genuit, et eumdem Christum jugem Deo hostiam per incruentum Missæ sacrificium offerri. Sed alia insuper ex causa hoc Germani testimonium opportunissimum accidit. Namque non evincit modo, ab avita fide descivisse eos qui hæc dogmata abjecerunt; sed manifeste ostendit præterea, quam insipienter illi agant, qui propriæ perfidiæ excusationem etiam ex iis petunt, quæ in controversia cum iconomachis disputata sunt. Nemo enim ignorat, Germanum adversus iconomachos ante alios omnes pugnasse.

" Proponuntur ob oculos a S. Germano hinc quidem mortales universi peccato perditi, inde vero Virgo Deipara non modo ab iis segregata, verum etiam tamquam *novum, Deo simillimum, non manufactum* PROPITIATORIUM *miseris illis expiandis.* At vero (ut inquirere nunc prætermittamus, quo sanissimo sensu Virgo Deipara *perditi mundi propitiatorium* dici possit; de hoc enim in Commentario) perspicuum plane est, hanc imaginem, quæ passim apud SS. Patres recurrit, e diametro repugnare hypothesi, quæ Virginem beatam communi omnium damnationi ac peccato subjectam fuisse fingat. Repugnat enim *propitiatorium* pro quopiam peccato cum exhiberi, qui ejusdem peccati reatu constrictus teneatur.

χρηματίσασα. Σήμερον ἡ τὸν τῶν ἁγίων ἅγιον εἰσδεξομένη πνεύματος ἁγιασμῷ [1], τοῖς τῶν ἁγίων ἁγίοις ἁγιωτάτως καὶ εὐκλεῶς ἁγιασμῷ μείζονι, ἀπειροκάκῳ καὶ ἀδαήμονι [2] ἡλικίᾳ, Χερουβὶμ δόξης ὑπεραρθεῖσα θαυμασιωτάτως ἐναποτίθεται.

III. Σήμερον ἡ Μαρία, περὶ ἧς τις μυρία λέξας οὐδαμῶς ἐφομαρτήσει [3], μὴ ὅτι γε καταμάρψει τῆς ἐφέσεως, τοὺς αἴνους τῷ πάσης ὑπεραρθῆναι καλλονῇ γλώσσης τε καὶ νοὸς ἐξεστηκότως, προάγει· πέλαγος γὰρ ἀχανὲς τὰ ταύτης μεγαλεῖα, ὁ ἐξ αὐτῆς οὐράνιος [4] γεννηθεὶς σταγὼν ἀνέδειξεν [5]· διὸ δὴ τοῦ χάριν καὶ ἀλη-

[1] Vall. ἁγίασμον.
[2] Vat. ἀδαῆ μόνη. — Vall. ἀδαὴ μόνη.
[3] Sic Vall.; sed supra lineam alia manu ἐφαμαρτήσει, ut Vat.
[4] Vall. hic addit υἱός.
[5] Vall. ἀνέδειξε.

---

manibus hominum constructum[a], propitiatorium evasit. Hodie (puella) illa, quæ Sancti Sanctorum domicilium futura est, innocente ac simplici ætate per sanctificationem Spiritus præcellentius consecrata, prorsus mirabiliter super gloriam Cherubinorum elevata, in Sanctis Sanctorum sanctissime et gloriose collocatur.

III. Hodie ad promendas laudes Maria nos provocat; cujus encomia utut in immensum quispiam congerat, nedum metam queat attingere, ne a longe quidem ad verum accessurus est; quippe cujus pulchritudo et sermonem omnem et omnem cogitationem infinito intervallo prætergreditur. Nam gutta illa cœlestis, quæ ab ea manavit, ad instar immensi pelagi magnalia ipsius esse palam fecit[b]. Quocirca hujus quidem gratia et incom-

[a] Ecce Germanus vocem suam illis conjungit, qui ita Deiparam Virginem celebrant tamquam Dei *templum, domum, tabernaculum, arcam, etc.*, ut addant insuper, eam opus esse *non manufactum;* quod quidem jam alias adnotavimus, ad originem ejusdem Virginis ita pertinere, ut *in ipsa sui creatione* ceu magnificentissimum Dei opus spectari debeat.

[b] Nihil cunctatur S. Germanus, quominus inspecta indole illius guttæ (Christi Domini scilicet) quæ manavit e Virgine, de ipsa concludat, magnalia ejus

πτος τῇ ἀπειρίᾳ ὁ ταύτης πλοῦτος πέφυκε, καὶ ἡ αὐτῆς τρυφὴ ἀθάπανος· πᾶσι μὲν γὰρ ἐν ἅπασι κορέννυσθαι[1] ἔνεστιν· ἐν δὲ τοῖς ταύτης ἐφυμνείοις τε καὶ πανηγύρεσιν[2] ἀκόρεστος ἡ πανδαισία[3] τῇ ἡδύτητι πέλει· ἐντεῦθεν καὶ ἀνίκαστοι[4] αἱ τῶν ἐπαίνων ἀφορμαὶ ἐκ ταύτης τὴν ἀρχὴν ποιούμεναι· καὶ ἐπεὶ[5] ἀνενδεὴς ἡ πηγὴ μήτε μειουμένη[6] τῷ ἀντλεῖσθαι, ἀλλ' ὅσον γε ἀρύεται ἑκατονταπλασίως ἢ μυριοπλασίως[7] πλημμυρεῖ[8], ἀμήχανον τοὺς ἀρυομένους λῆξαι· ἐν τῷ κατοίκτρῳ γὰρ τὸ μυστήριον ὑπερβλύζει καὶ βλυ-

[1] Vat. κορεννοῖσθαι. — Vall. κορενοῖσθαι, et alia manu supra lineam κορενεῖσθαι.
[2] Vat. πανηγύρεσσιν.
[3] Vat. πανδεσία.
[4] Vall. ἀνείκαστοι.
[5] Vall. ἐπειδή.
[6] Vat. μιουμένη.
[7] Vall. omittit ἢ μυριοπλασίως.
[8] Vat. πλημυρεῖ.

---

prehensibiles propter ipsarum infinitatem factæ sunt ejus divitiæ, nec deliciæ, quæ ab ipsa profluunt, exhauriri ullo modo possunt. Prorsus enim in ceteris omnibus satiari contingit : in hujus vero laudibus et canticis nusquam præ suavitate epulum satietatem parit. Hinc et indeficientia sunt quæ ab ipsa proficiscuntur laudandi argumenta ; et quoniam uberrimus fons est, neque hauriendo imminuitur, sed quo plus inde hauritur, centies aut millies magis redundat ; ideo fieri non potest, ut hauriendo finis aliquis fiat. Nam in effusissima liberalitate sua mysterium supra modum exuberat, et exuberantia sua mentes, nedum corporibus

instar *immensi pelagi* habenda esse. Id vero palam facit, quantum a SS. Patrum certa sententia illi discedant, qui ad asserendam Virgini conceptionis sine peccato prærogativam divina ejusdem maternitate permoveri se vix aut ne vix quidem ostendunt; eo vel magis, quod Græci, ut suo loco notabimus, dum sanctæ originis privilegium Deiparæ attribuunt, proclament simul, hanc Virginis prærogativam non ejusmodi esse, quæ in potioribus ejus magnalibus recenseri debeat.

στάνον ὑπερανίσταται καὶ ἀΰλους νόας, μὴ ὅτι γε ἐνύλους[1], τῆς πανολεθρίου καὶ πανάγνου κόρης.

IV. Καὶ ταύτην μὲν οἱ οἰκεῖοι γεννήτορες, τριετῆ χρόνον τετελεκυῖαν, Θεῷ ἀναφέρουσιν· ἀλλ' ὡς μέγιστος ὁ τρισάριθμος καὶ λίαν τιμώμενος καὶ παντί[2] που πάσης βεβαιώσεως αἴτιος, τρισὶ μὲν λίθοις Δαυὶδ[3] σφενδονῶν τὸν ἀλάστορα Γολιάθ· τρισὶ δὲ πε-

[1] Vat. ἐν ὕλοις. — Val. ἐν ὕλους.

[2] Vall. παντή.

[3] Inter abbreviationes, *quæ in omnibus cujusvis ætatis codicibus frequenter occurrunt*, Montfauconius (Palæogr. Græc. lib. V, cap. I) et eam recenset, qua Δᾶδ pro Δαυὶδ notatur. Pro Δαυὶδ, inquam; *nam*, ut ibidem Montfauconius subdit, *quod* Δαβὶδ *a recentioribus Græcis scribatur, id ex errore Græcorum infimi ævi et ex commutatione litteræ υ cum β ortum: nam antiquiores codices omnes, sicubi vocem integram efferant, semper* Δαυὶδ *habent, idque ad duodecimum usque sæculum, et fortassis inferius.* Cujus moris ipse vir clarissimus hanc rationem affert (ad finem

---

immersas, incorporeorum quoque supergreditur. Tanta est beatissima illa ac purissima puella!

IV. Et hanc quidem sui ipsius parentes, tertio jam expleto anno Deo offerunt. Ternarius porro numerus quam eximius, quam ingenti honore dignus, et prorsus ad quamlibet demum veritatem confirmandam efficax[a]! Tres David sumpsit lapides[b], ut funda scelestum Goliath prosterneret. Ter apparatu per cir-

[a] Commune est S. Germano cum aliis, ut convenienter *triennem* Virginem Deo oblatam ostendant. Heic tamen scite advertendum est, quod sapienter monet Benedictus XIV (De Festis, lib. II, cap. XIV), non æque certa rei adjuncta, ac res ipsa nempe Præsentatio sit, haberi posse. Sed et rursus heic cavendum, ne dum quædam adjuncta idoneis ad plenam fidem faciendam testimoniis haud satis fulciri nobis videntur, id ipsum imprudenter ad sententias transferamus, quibus ea occasione Virginis Deiparæ prærogativas Patres efferunt. Quod enim adeo sublimia de Virgine sentirent, nequaquam ex hisce narrationibus profectum est; sed contra ideo quædam narrationis adjuncta facilius videbuntur admisisse, quod aliunde de Deipara sentirent magnificentissime.

[b] Vitiato forte codice usus est S. Germanus. Nam græca versio LXX non

ριόδῳ ὁ Θεσβίτης[1] Ἠλιοὺ, ὡς οὐρανίου πυρὸς ἐν ὕδατι φλέγοντος ἐπέρχεται φλὸξ, πιστεύειν παρασκευάζει· ἰσομέτροις δ' ἡμέραις Ἰωνᾶς[2] ἁλιπλόου[3] θηρὸς στέρνοις περιφερόμενος, τοῦ τὸ μέγα κὴ-

præfationis ad Eusebii Comment. in Psalmos), *quia in hebraïcis exemplaribus per vau* דוד *describitur*. Ut itaque abbreviationem Δᾶδ, quæ constanter etiam in codice nostro occurrit, efferremus per Δαυΐδ, orthographiæ quoque ratio postulabat. Verum id et alia exigebat ratio. Præsto enim nobis est illud indicium, quod etiam Montfauconio affuit (Præf. ad Opp. S. Athanasii, pag. xxxv, n. 9, edit. Paris. 1698) in Davidis patronymico : *Semel*, inquit, δαυϊτικῶς *scriptum reperimus*. Hoc vero non semel in codice nostro recurrit. Sic in homilia Andreæ Cretensis *in Nativ. Deiparæ*, fol. 210, col. 1 : Καὶ τὴν βασίλειον ἀλουργίδα βάψας δαυϊτικῶς ὁ Θεὸς ἐπορφύρωσεν αἵματι. Et in fine homiliæ Theodoro Studitæ inscriptæ, sed editæ sub S. Johan. Damasceni nomine *in Nativ. Deiparæ*, fol. 232, v. col. 1 : Χαῖρε, πόλις, τὸ τοῦ μεγάλου βασιλέως, δαυϊτικῶς εἰπεῖν, περιόχημα. Ex his porro aliud habemus argumentum, quo hanc homiliam seniori Germano vindicemus. Hinc enim patet, ætatem codicis Vaticani, e quo eam exscripsimus, Germano juniori et hujus nominis secundo vetustiorem esse.

[1] Cod. uterq. Θεσβήτης.

[2] Vall. Ἰῶνας.

[3] Vat. ἁλιπλόου.

---

cuitum instructo Elias Thesbites ad credendum disponit[a], ubi cœlestis ignis, in aqua ardentis, flamma superveniat. Totidem diebus Jonas visceribus natantis monstri perlatus[b], Dei, qui

secus ac Vulgata latina, et hebraica veritas, affirmat (I Reg. XVII, 40), *quinque*, non autem *tres*, fuisse lapides limpidissimos, quos David pugnaturus de torrente elegit.

[a] III Reg. XVIII, 34. *Et ait : Implete quatuor hydrias aqua, et fundite super holocaustum, et super ligna. Rursumque dixit : Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissent secundo, ait : Etiam tertio idipsum facite. Feceruntque tertio.*

[b] Jon. II, 1. *Et erat Jonas in ventre piscis tribus diebus et tribus noctibus.* Porro cum (Matth. XII, 40) legamus in Evangelio : *Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis, etc.;* huc etiam pertrahi posset quod Germanus addit, Jonam fuisse Dei, scilicet Christi, typum ; et sic illa τοῦ τὸ μέγα κῆτος Θεοῦ χειρισαμένου intelligi possent de victoria, quam Christus de diabolo retulit.

τος Θεοῦ χειρισαμένου τύπος γνωρίζεται· τοσαυτάριθμοι δὲ παῖδες κάμινον πατοῦντες καὶ δρόσῳ οὐρανίῳ πιαινόμενοι εὐψύχως περιπολεύουσι· τρισὶ δὲ περικυκλουμένῃ[1] ἐνιαυτῶν περιόδῳ τῷ δεκατοῦσθαι Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς Κύριος, τοῦ τῆς παραβάσεώς με μολυσμοῦ ἀποκαθαίρει· ἴσοις τε ἄλλοις περιοδεύων χρόνοις πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν θεραπεύει· ταυτομέτροις δὲ μαθηταῖς τὴν ἐν τῷ ὄρει τῆς οἰκείας δόξης ἐμφάνειαν μυστικώτατα[2] τελέσων ἄνεισι· τριημερεύων δὲ τὰς ἐν Ἅδῃ αἰωνῆθεν ψυχὰς σκότει καθειργμένας ἀνίστησι· καὶ τί δή; βλέπε μοι τὸν τρὶς καὶ ἐπὶ τὰ μέγιστα· ἡ γὰρ πάντων αἰτία καὶ τελεταρχικὴ θεότης, τρισὶν ἁγιασμοῖς, τρισὶν χαρακτῆρσιν, ἤτοι τρισὶν ὑποστάσεσιν, εἴπερ

[1] Vall. περικυκλεύμενοι, et alia manu supra lineam περικυκλουμένῃ.
[2] Vall. μυστικότατα.

---

magnum cetos direxit, symbolum gerit. Hoc numero erant pueri, qui fornacis ignem calcantes, ac cœlesti rore recreati, alacriter obambulabant [a]. Tertia decem annorum periodo exacta, Dominus meus Jesus a transgressionis sorde me eluit [b]; et similiter per tres annos circumeundo, omnem morbum atque omnem sanat languorem. Tribus item discipulis gloriæ suæ in monte manifestationem [c] arcano mysterio exhibiturus ascendit. Tertia quoque recurrente die animas, in inferorum tenebris a sæculo detentas, liberat. Quid plura? Vide, quæso, ternarium numerum et in summo rerum omnium apice. Nam causa rerum omnium, et mysteriorum omnium fons, Divinitas videlicet tribus sanctificationibus [d], in tribus characte-

[a] Dan. III, 23, 24.
[b] Scilicet baptismum Johannis recipiens, aquas, quibus nos abluueremur, sanctificavit. Luc. III, 21-23.
[c] Matth. XVII, 1.
[d] Ἁγιασμὸν, *sanctificationem*, intellige heic laudem, qua Deus celebratur *Sanctus*, tertio repetitam. Hujusmodi laus, quæ ab antiquissimis temporibus in ipsa sacra liturgia Deo defertur, appellari consuevit etiam *hymnus angeli-*

καὶ τρισὶ προσώποις ταυτολογεῖν δεῖ, ὁμοουσιώτατα [1] ὡς τελείῳ ἀριθμῷ ἐν ἀσυγχύτῳ ἤτοι ἀγύρτῳ ἑνώσει, τοῦ ὑμνεῖσθαι ἠρετίσατο [2]· οὔτε τῇ τοῦ ἐνδεοῦς [3] πενίᾳ ἀτιμαζομένη, οὐδ' αὖ τῇ ὑπὲρ τοῦτον

[1] Caryophyllus putavit legendum esse ὁμοουσιότητα, unde et vertit : *Causa enim omnium rerum, et mysteriorum fons, Divinitas, tribus sanctificationibus, tribus distinguentibus, sive hypostasibus, tribusve personis, siquidem variis nominibus utendum est ad significandum idem, tamquam perfecto numero consubstantialitatem suam inconfuse et impermixte vult concelebrari....*

[2] Uterque cod. ἠρετήσατο.

[3] Uterq. cod. τῇ τοῦ ἐνδείᾳ πενίᾳ : si cuipiam aptior hujus loci certe mendosi lectio se offerat, per me licet : habita ratione testimonii, quod auctor allegat, S. Gregorii Nazianzeni, suspicari quispiam posset, forte pro τοῦ ἐνδείᾳ legendum τοῦ ἰουδαίου.

---

ribus" seu tribus hypostasibus (quandoquidem idem prorsus de tribus personis propter omnimodam substantiæ unitatem profiteri necesse est) tamquam perfecto numero in unitate confusionis et mixtionis experte, celebrari voluit, neque defectu ac subtractione dehonoranda, neque rursus ultra hunc numerum

cus, quia sic Deum laudantes Seraphim audiverat Isaias (Is. VI, 3) : *Et clamabant alter ad alterum et dicebant : Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria ejus.*

Huc revocandus etiam hymnus, quem propter vocem eamdem ter repetitam Græci appellaverunt τρισάγιον, et in latina quoque Ecclesia cantari consuevit feria VI majoris hebdomadis : Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri.* Atque hujus pariter hymni origo refertur ad auditos angelos hac laude Deum celebrantes, Theodosio juniore imperante.

Notissimum porro est, ex Ecclesiæ mente ternam illam repetitionem ad sacrosanctæ Trinitatis mysterium profitendum ac celebrandum usurpatam fuisse.

" Suidas : Ὑπόστασις κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν καὶ ἀποστολικὴν παράδοσιν, τὸ πρόσωπον ἤγουν ὁ χαρακτὴρ, ὡς φησιν Ἀπόστολος. *Secundum ecclesiasticam et apostolicam traditionem, hypostasis est persona, idest character, ut dicit Apostolus.*

ἀριθμήσει πολυαρχαῖς φαντασιοσκοπουμένη [1], ὡς ὁ πολὺς τὰ θεῖα καὶ θεολογία ἀκριβέστατος [2] Γρηγόριος.

Ἐπεὶ γοῦν αὐτῆς γε τῆς παναγίας καὶ ὑπεραρχίου Τριάδος ὁ εἷς, τῇ ταύτης τῆς παρθενομήτορος κόρης γαστρὶ, πατρικῇ εὐδοκίᾳ, ἰδιοθελῶς, τοῦ τε παναγίου πνεύματος ἐπισκιάσει χωρηθῆναι [3] ἠπείγετο· ἔδει δὲ καὶ ταύτην τῷ αὐτῷ τοῦ ἀριθμοῦ δεδοξασμένην κλέει ἱερουργεῖσθαι λαμπρότατα· τοῦ χάριν καὶ ἐνιαυτῶν τριῶν τῷ ναῷ προσάγεται, βεβαίως τὰ πάντα καὶ ἀσφαλῶς ὠκονομηκότος [4] τοῦ ταύτης πλαστουργοῦ τε καὶ τέκους.

[1] Nisi quis malit legendum φαντασιοκοπουμένη.
[2] Cod. uterq. ἀκριφνέστατος.
[3] Cod. uterq. χωρεθῆναι.
[4] Cod. uterq. ὠκονομηκότως. Vall. alia manu supra lineam ὠκονομηκότος.

---

excurrendo in pluribus fingenda principiis, ut inquit divinarum rerum peritissimus et egregius Theologus Gregorius".

Quandoquidem igitur ipsius sanctissimæ ac sempiternæ Trinitatis altera persona (Filius) cum Patris beneplacito, tum propria electione, et sanctissimi Spiritus obumbratione in puellæ hujus Virginis Matris utero includi festinabat: idcirco congruum sane erat, ipsam quoque hoc (mystici) numeri decore glorificatam honorificentissime dedicari; triennis propterea, certa ac definita ratione hæc omnia disponente ejusdem conditore pariter ac Filio, in templum adducitur.

" Locum, quem præ oculis habere heic Germanus potuit, hunc invenio in Orat. II, al. I, § XXXVII: *Intra pietatis metas consistamus, ac neque in Sabellii atheiam ex hac nova resolutione aut compositione devolvamur, non magis omnia hæc unum, quam unumquodque eorum nihil esse constituentes; aut mixtum quemdam et absurdum nobis Deum, quemadmodum fabulosa quædam animalia, confingentes et adumbrantes: nec rursus juxta Arii pulchre nominatum furorem naturas dividentes in Judaicam inopiam* (εἰς ἰουδαϊκὴν πενίαν) *redigamur...; nec denique tria principia* (τρεῖς ἀρχάς) *inter se opponentes vel construentes gentile multorum imperium* (πολυαρχίαν), *quod fugimus, invehamus.* Quæ postrema sententia

V. Ἤδη μὲν οὖν ἀπογαλακτισθείσης αὐτῆς τῆς ἡμετέρας ζωῆς τροφοῦ, οἱ ταύτης τοκεῖς τὴν, ἣν ὑπέσχοντο, προθεσμίαν τελειοῦσι [1]· συγκαλεσάμενοι γάρ, φησὶν [2], τὰς γειτνιαζούσας καὶ πέριξ ἐχούσας [3] παρθένους λαμπαδηφόρους [4] προεμβιβάζουσι κατόπιν [5] αὐτὴν ἀκόλουθον παρασκευάζοντες· ἵν' ἡδομένη ταῖς λαμπαδουχίαις, ἀμεταστρεπτεὶ βαδίσῃ.

Καὶ προέφθασεν ἡ στείρα τε καὶ ἄκαρπος Ἄννα χεῖρα αὐτῆς [6] τῷ Θεῷ διδοῦσα καὶ μεγαλοφωνότατα διαῤῥήδην [7] βοῶσα. Δεῦτέ μοί, φησιν [8], συγχαίρετε, αἵτινές τε καὶ ὅσοι τῇ γεννήσει συνειλεγμένοι, μειζόνως, ἄρτι τὴν ἐξ ἐμῶν [9] σπλάγχνων [10] ἀνατιθεμένῃ

[1] Vat. τελιοῦσι.
[2] Vall. φησι.
[3] Vat. omittit καὶ πέριξ ἐχούσας.
[4] Cod. uterq. λαμπαδιφόρους.
[5] Cod. uterq. κατόπιν. Deinde vitiose ἀμεταστρεπτή.
[6] Cod. uterq. αὐτῆς.
[7] Cod. uterq. διαῤῥίδην.
[8] Vall. φησι.
[9] Vall. ἐξ ἐμῶν, et alia manu supra lineam ἐξ ἡμῶν.
[10] Vall. σπλάχνων.

V. Cum itaque ablactata fuisset hæc vitæ nostræ altrix, parentes ejus id, quod accedente voto præstituerant, perficiunt. Cum enim (inquit) circumcirca e vicinia virgines congregassent, effecerunt, ut hæ quidem, sumptis facibus, præirent, ipsa vero omnium postrema subsequeretur; quo scilicet facularum ardentium fulgoribus oblectata, incederet haud retrospiciens.

Illa vero sterilis olim et infœcunda Anna omnia sua Deo committens, magna voce palam exclamabat: Adeste, inquiens, congaudete mihi majorem in modum, quæcumque et quicumque mihi parienti affuistis; jam enim viscerum meorum fructum ceu

si in S. Germani verbis requirenda sit, tunc voces αὐτῇ ὑπὲρ τοῦτον ἀριθμήσει, non de enumeratione excedente ternarium numerum accipiendæ sunt, sed de unitate naturæ divinæ haudquaquam propter personas multiplicandæ.

Κυρίῳ δῶρον Θεοκαλλώπιστον ἡγιασμένον. Δεῦτέ μοι ἀρχιχοροὶ θυμηρέστατα μετὰ χορῶν καὶ τυμπανιστριῶν, νέον ᾆσμα καινὸν ἐπᾴδουσαι προεξάρχοιτε· οὐ τῆς Μωσέως Μαριὰμ προοδοποιούσης, ἀλλὰ τῆς ἐξ ἐμέθεν γεγεννημένης ἀφηγουμένης.

Δεῦτέ μοι καὶ οἱ πέλας ὅσοι τε ἐπιλύδες εὐτεκνησάσῃ[1] καὶ εὐχαριστησάσῃ εὐγνωμοσύνῃ μεγίστῃ, εὐφραντικώτερον τὴν τῶν ἐμῶν ὠδίνων καρποφορίαν τοῖς ἁγίοις ἀποδιδούσῃ[2] συνεπόμενοι, ἀλαλάξατε θεοκίνητα μέλη· δεῦρο δή[3] μοι καὶ ὁ τῶν προφητῶν θίασος[4] τὸ ἐκλελεγμένον συνάθροισμα ταῖς διὰ πνεύματος Θεοῦ ὑμῖν ἐνηχημέναις ἀγλαοφανέσιν αἰνέσεσι καταρτίζοντες, τὸν ὕμνον κατασκευάζοιτε· ἔνθα γὰρ προφητικῆς ἠχῆς δονακίζεται λόγος, ἐκεῖσε ἅπασα ἐναντιωτάτη δυσφημία ἐκνενευρισμένη γίνεται.

[1] Cod. uterq. ἐπιλύδες εὐτεκνισάσῃ.
[2] Cod. uterq. ἀποδιδεῦσι.
[3] Vat. δεῖ.
[4] Cod. uterq. θειαστός.

---

donum, divino fulgens splendore et sanctificatum, Domino consecro. Adeste, o chori principes, et jucunde exsultantes, simul cum canentium cœtu ac puellis tympana pulsantibus, novum modo canticum, non quidem præeunte Maria sorore Moysis, sed duce filia ex me genita, modulantes præcinite.

Vos etiam, quotquot estis et propinqui et extranei, adeste mihi felicem nactæ prolem; dumque in gratiarum actionem, summo pietatis studio, partus mei fructum sacro templo reddo, attollite vocem, divinitus inspirata carmina cantantes. Huc age et prophetarum divinitus actorum cœtus, et chorum electum splendidis laudibus per Dei spiritum infusus instruentes, hymnum instaurate. Ubi enim sermo propheticæ vocis personans aures pulsat, ibi omnis adversantium maledicentia enervata concidit.

VI. Ἀλλ' ἄγε μοι Δαυὶδ ὁ προπάτωρ καὶ θεοπάτωρ μελουργικώτατα τὴν κινύραν τινάσσων ταῖς τοῦ πνεύματος νευραῖς ἐμμελέστερον ἤχει, τῷ θεοπνεύστῳ σου στόματι, τρανότερον διατυπῶν τῶν νεανίδων ἔφεψιν, ὡς[1] ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς, αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονται· ἰδοὺ γὰρ χοροστατεῖ τῶν νέων ὁ ὅμιλος ταῖς πλατείαις[2], ἄγεται δόμοις ἱεροῖς[3] ἡ τοῦ βασιλέως ἐν ἁγίῳ ναῷ ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει τὸ σὸν λόγιον τελέσουσα, ἣν αὐτὸς θυγατέρα ἐκάλεις, ἐμὴ παῖς βασιλικώτατα[4]· πᾶσα ἡ δόξα γάρ, ἔφης, τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν ἐν κροσσωτοῖς[5] χρυσοῖς περιβεβλημένη τῇ ἀμιάντῳ καὶ ἀσπίλῳ[6] παρθενίᾳ, καὶ πεποικιλμένη τῇ ἀσυγκρίτῳ καλλονῇ, ὁμοιοτρόπως λελέξων

[1] Vat. ὃς.
[2] Vat. πλατίαις.
[3] Vall. ἱερεῖς, et alia manu supra lineam ἱεροῖς.
[4] Vat. βασιλεικώτατα.
[5] Cod. uterq. κροσσοτοῖς.
[6] Vat. ἀσπήλῳ.

VI. Verum tu maxime huc ades, o David, puellæ simul et Dei progenitor, ac lyricam suavissime citharam pulsans, jucundiorem ore tuo divinitus inspirato fidibus spiritus ede sonum, disertissime juvencularum comitantium chorum describens, quomodo[a] *adducentur Regi virgines post eam, proximæ ejus adducentur*. Ecce enim juvencularum agmen choreas in plateis agit, et filia Regis, filia nempe mea, quam ipsemet filiam (tuam) vocabas, prorsus regio honore in sacram ædem, in templum sanctum cum lætitia et exsultatione, vaticinium tuum impletura, ducitur. Dixisti enim[b]: *Omnis gloria filiæ regis ab intus in fimbriis aureis* intemerata et immaculata virginitate circumamicta, et incomparabilis pulchritudinis varietate refulgens. Age, effare tu quo-

[a] *Ps.* XLIV, 15.
[b] *Ibid.* v. 14.

δεῦρ' ἴθι Δαυὶδ ἡωσφῶν[1]· τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα[2] ὡσεὶ ὄρθρος, καλὴ[3] ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ἥλιος; τί ὡραιώθησαν διαβήματά σου ἐν ὑποδήμασι; τί ὡραιώθης καὶ τί ἡδύνθης ἡ τὸν ἥλιον περιδυσομένη, καὶ καινὸν ὑπὸ τὸν ἥλιον προσάξουσα[4] θέαμα;

Πάρεσο μεγαλόφωνος[5] Ἰεζεκιὴλ τὴν κεφαλίδα θεόθεν κατίσχων τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος καὶ κεκράζων τὴν εὐφημίαν τῇ ἀνατολοβλέπτῳ καὶ θεοπαρόδῳ ἐσφραγισμένῃ πύλῃ, καὶ εἴτις ἄλλος κατ' ἄμφω τοῦ ἱερολέκτου τάγματος, ἤτοι ὁ τῶν βλεπόντων ἐπί-

[1] Uterq. cod. voces ὁμαιστρόπως λελέξων conjungit cum præcedentibus. Ceterum, etsi palam sit, heic compellari auctorem Cantici Canticorum, Salomonem scilicet, non apparet tamen quænam habenda sit vera loci istius lectio. Duo modo succurrunt: 1° ut pro ἡωσφῶν legatur υἱὸς φῶν: quo admisso, emendanda foret et vox λελέξων, ut legamus: ὁμαιστρόπως λέλεξον δεῦρ' ἴθι Δαυὶδ υἱὸς φῶν, *Effare, age, tu quoque filius David, inquiens.* 2° Ut pro ἡωσφῶν legamus ἐπισπῶν, quasi dicat: *Adesto, tu similiter, Davidis successor, dicturus.* Sed sapientiorum esto, aptiorem, si qua occurrat, emendationem loco certe mendoso afferre.

[2] Ambo codd. ἐγκύπτουσα: præferendum duxi, quod apud LXX habemus, ἐκκύπτουσα.

[3] Vall. καλλή.

[4] Vat. προάξουσα.

[5] Uterque cod. μεγαλοφώνως.

---

que, Davidis proles, inquiens[a]: *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol*[b]*? Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, et quam suavis,* quæ sole circumamicta eris, novumque sub sole spectaculum adduces!

Ades dum, Ezechiel altiloquus, vivifici Spiritus a Deo datum volumen tenens, atque illius portæ laudes enarra, quæ ad orientem respicit, quæque, obsignata manens, transitum Deo præbet. Tum si quis alius e primariis sacri et electi ordinis, seu etiam

[a] *Cant.* VI, 9.
[b] *Ibid.* VII, 1.

λοιπος ἅπας χορὸς, ἀναφωνεῖτε[1], προφητευθέντων θεοπρεπῶς τὴν ἔκβασιν ἰοῦσαν· τί δέ; οἱ προπάτορες τῆς ἀρᾶς ἀπολυθησόμενοι καὶ τῆς ἧς ἐξεβλήθητε τρυφῆς, τὴν οἴκησιν πάλιν ἀποκληρούμενοι· ἆρ' οὐχὶ τὴν αἰτίαν ὑμνήσετε τῆς σωτηρίας, ἀραρότοις[2] ἐγκωμίοις καὶ μεγίσταις αἰνέσεσιν; ἢ καὶ μάλιστα ὑμῖν ἐστι κεκραγέναι καὶ μὲ σὺν ὑμῖν καὶ πᾶσαν μετ' ἀμφοτέροις τὴν κτίσιν ἀγαλλιᾶσθαι.

VII. Ταύταις, ὡς εἰκὸς, ταῖς διανοίαις ἡ τοῖς διαβήμασιν ῥυθμίζουσα ἑαυτὴν ἡ σώφρων[3] Ἄννα, σὺν τῷ γλυκυτάτῳ ὁμοζύγῳ τὴν ἐξ αὐτῶν ὠδινηθεῖσαν προπέμποντες λαμπαδηφορουσῶν[4] τῶν παρθένων, τὸν ναὸν καταλαμβάνουσι, καὶ διαπετάννυνται πύλαι δεχόμεναι τὴν νοητὴν πύλην τοῦ Ἐμμανουὴλ Θεοῦ, καὶ βαλέϊς ἁγιάζεται τῇ τῆς Μαριὰμ ἰχνηλατήσει[5]· φαιδρύνεται μὲν οὖν ὁ

[1] Vat. ἀναφονοῖτε. — Vall. ἀναφωνεῖτε.
[2] Vall. ἆρα τὸ τοῖς.
[3] Vat. σώφρον.
[4] Uterque cod. λαμπαδιφορουσῶν.
[5] Vat. ἠχνηλατήσει. — Vall. ἰχνιλατήσει. Ἰχνηλάτησις autem, ut ab ἰχνηλατέω deductum potest haberi, ac idem valere ac ἰχνηλασία, quod auctore Henr. Stephano etiam pro vestigii impressione usurpatum fuisse videtur.

---

reliquus omnis Videntium chorus, vocem læti extollite, accedentem vaticiniorum vestrorum exitum intuentes. Quid vero? Num vos, o primi parentes, qui a maledictione jam solvendi estis, et antiquam illam deliciarum sedem, e qua expulsi fuistis, recuperaturi estis, numquid congruis encomiis summisque laudibus salutis auctricem non celebrabitis? an vero ad vos maxime non spectat vocem efferre, et me vobiscum, et una cum nobis omnibus universas creaturas gaudio exsultare?

VII. His animi affectibus, uti par erat, venerabilis Anna, semet rei, quæ gerebatur, accommodans, dum simul cum dulcissimo conjuge filiam a se genitam deducunt, tenellis virginibus cum face comitantibus, jam ad templi limina pertingunt. Tum portæ, ut spiritualem Emmanuelis Dei portam excipiant, panduntur, et pressum Mariæ vestigiis limen sanctificatur. Ac tem-

οἶκος ταῖς λαμπάσι· πλέον δὲ τῇ τῆς μιᾶς λαμπάδος δᾳδουχίᾳ στιλπνοφαῶς[1] καταστράπτεται· ὡραΐζεται δὲ ἡ αὐτοῦ[2] εὐπρέπεια τῇ αὐτῆς εἰσόδῳ· πορφυρίζονται στολαὶ[3] τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τῇ ἁλουργοειδεῖ[4] αὐτῆς καὶ παρθενικῇ ἀμφιάσει. Χαίρει Ζαχαρίας ἠξιωμένος δέξασθαι τὴν θεομήτορα· εὐφραίνεται[5] Ἰωακεὶμ τὴν τῶν χρησμῶν ἔκβασιν βεβαιῶν τῇ τελειώσει τῆς ἀποδόσεως· γέγηθεν ἡ Ἄννα τῆς αὐτῆς γονῆς τῇ ἀφιερώσει· σκιρτῶσι προπάτορες τὴν τῆς κατακρίσεως εἶρξιν ὑπεκφεύγοντες· τέρπονται οἱ προφῆται, καὶ σὺν αὐτοῖς ἅπασα ἡ ἐν χάριτι ἡλικία χαρμονικῶς προσκιρτᾷ.

VIII. Εἰσάγεται μὲν οὖν οὕτως ἡ Θεόπαις, τοῖς κέρασιν ἵσταται, τῶν τε γονέων ἐπευξαμένων, τοῦ τε ἱερέως ἐπευλογήσοντος· πάλιν οἱ γεννήτορες βοῶσιν[6] τῷ ἱερεῖ· δέδεξο τὴν δεδεξομένην τὸ

[1] Cod. uterq. τιλπνοφαῶς.
[2] Vall. ἡ τοῦ.
[3] Vall. pro στολαὶ habet πολλαί.
[4] Uterq. cod. ἁλουργωειδῇ : sed Vall. alia manu supra lineam ἁλουργωειδεῖ.
[5] Vall. εὐφαίνεται.
[6] Vall. βοῶσι.

---

plum lampadarum quidem luce coruscat ; sed multo magis unius hujus lampadis fulgurantibus radiis resplendet, ejusque decor, ipsa ingrediente, ampliori venustate nitescit. Purpurascunt cornuum altaris stolæ e purpureo ac virginali ejus amictu. Gaudet Zacharias excipiendæ Dei genitricis honore dignatus : lætatur Joachim, qui oblationem reddendo jam suum vaticinia exitum nancisci invicte testatur. Gaudio gestit Anna in suæ prolis consecratione : tripudiant protoparentes, latam in se damnationis sententiam effugientes : jucundantur prophetæ, et una cum ipsis omnis ordo gratia exornatus lætissime exsultat.

VIII. In hunc itaque modum inducitur Dei filia, et ad cornua altaris inter parentes bene ei adprecaturos, et sacerdotem, benedictione ipsam confirmaturum, consistit. Rursus autem ad sa-

ἄϋλον καὶ ἀκατάληπτον πῦρ· δέδεξο τὴν δοχεῖον χρηματίσουσαν [1] τοῦ υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ πατρὸς καὶ μόνου Θεοῦ· λάβε τὴν τὸ ὄνειδος ἡμῶν τῆς ἀτοκίας καὶ τὴν στείρωσιν ἐκμειώσασαν [2]· εἰσάγαγε τῷ θυσιαστηρίῳ τὴν εἰς τὴν ἀρχαίαν νομὴν ἡμᾶς τοῦ παραδείσου εἰσοικίσουσαν· κράτησον τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ τόκῳ τὴν καθ' ἡμῶν δειλίαν φερομένην θανάτου ἰσχὺν καὶ ᾅδου τυραννίδα κρατήσουσαν· περίπτυξαι τὴν περισκέπουσαν [3] ἡμῶν τὴν ἐν Ἐδὲμ γυμνωθεῖσαν φύσιν· ἐπιλαβοῦ τῆς χειρὸς τῆς σπαργανούσης [4] τὸν τὴν ἡμῶν ἀκρατῆ καὶ ὁρμητικὴν αὐθαδεστάτως [5] ὑφαπλωθεῖσαν [6]

[1] Vall. χρηματίσασαν.
[2] Vat. ἐκμιώσασαν.
[3] Vall. περισκέπτουσαν.
[4] Vall. σπαργανωσάσης.
[5] Vall. ἀφθαδεστάτως : sed supra lineam alia manu αὐθαδεστάτως.
[6] Vat. ὑφαπλωθῆσαν.

---

cerdotem parentes : Suspice (inquiunt) eam, quæ ignem cœlestem atque incomprehensibilem susceptura est : suspice eam, quæ Filii ac Verbi Patris atque unius Dei futura est receptaculum : accipe eam, quæ infœcunditatis nostræ opprobrium ac sterilitatem abstulit ; induc ad altare eam, quæ in antiquam paradisi sedem nos est introductura : tene eam, quæ partu suo vim mortis, unde nobis terror incumbens, et inferni tyrannidem debellabit : complectere eam, quæ naturam nostram in Edem exspoliatam conteget : prehende illius manus, quæ fasciis adstringet eum, qui manum nostram intemperantem et audacem insolentissime[a]

[a] Perspicuum est, auctorem spectasse ad illud (Gen. III, 6) : *Tulit de fructu illius et comedit : deditque viro suo, qui comedit. Nostra* autem dicitur, uti patet, manus illa ad decerpendum fructum interdictum porrecta, ut innuatur, de eo crimine sermonem hoic esse, quod nobis omnibus est commune. Neque vero hæc dumtaxat, sed et quæ præcedunt de sede paradisi restituenda, de vi mortis atque inferni tyrannide debellanda, ac de natura spoliata contegenda, prorsus ad eamdem causam, *universi* scilicet humani generis lapsi pertinent. Quod porro sedulo considerandum hoc loco occurrit, illud

χεῖρα συστελοῦντα [1]· ἀνάθου Θεῷ τὴν ἀναθεῖσαν [2] ἡμᾶς, θεοτελὲς τῶν ἐλπίδων προσδοκίας.

Ἴδε, Κύριε, ἴδε· ἣν δέδωκας, λάβε· ἣν παρέσχες, εἴσδεξαι [3]· ἣν ἡμῖν διαλύουσαν στείρωσιν ἔνειμας, δέχου· δι' αὐτῆς καὶ νόμου ἀπαιδίαν κατακρίνων, ἐλυτρώσω [4] ἡμᾶς ἐνδελεχισμοῦ δεινοτάτου δι' αὐτῆς· ταύτην καλῶς ἡμᾶς διοικήσασαν [5] ἀπολάμβανε, ἣν ἡρετίσω [6] καὶ προώρισας καὶ ἡγίασας, ἐπίσπασαί σοι προσε-

[1] Uterque cod. συστείλοντος.
[2] Vat. ἀναθῆσαν.
[3] Vat. εἴσδεξε.
[4] Vat. ἐλυτρόσω.
[5] Vat. διοικείσασαν.
[6] Uterque cod. ἡρετήσω.

---

porrectam cohibebit: Deo illam consecra, cui nos toti innitimur, et in qua spes nostræ divinitus sunt repositæ.

Intuere, Domine, intuere: accipe, quam dedisti: quam ipse largitus es, excipe: suscipe, quam nobis ad sterilitatem nostram solvendam tribuisti, legis quoque sterilitatem per eamdem ablaturus, per quam et nos e diuturna et gravissima ærumna liberasti: suscipe istam, quæ feliciter res nostras disponit: suscipe quam ipse elegisti, quam prædestinasti, quam sanctificasti: habe tibi firma-

est, in hac *totius humani generis* pertractanda causa suum semper servari locum beatæ Dei Genitrici, atque eum quidem locum, ut quisquis demum, post rem paulisper inspectam, interrogetur, an Deipara inter expulsos illos a paradiso, aut inter oppressos inferni tyrannide, aut demum inter miserrima nuditate squalentes recenseri queat, sponte sua, ipsa scilicet rerum evidentia impellente, ad id negandum feratur. Hoc autem haud levis momenti in rem nostram videri debet. Nam cum hæc humani generis causæ, et partium, quæ in ea Mariæ et quidem *solius* Mariæ sunt propriæ, imago universim in opere Redemptionis nostræ vividissima resplendeat, ac jugiter ob fidelium oculos per magisterium Ecclesiæ proponatur, jam et hinc facilis reddi ratio potest, cur fideles universim quodam veluti instinctu, cujus quidem rationem assignare ipsi nequeant, qui tamen reipsa ex tradita in Ecclesia fide exsurgit, ad privilegium illud Deiparæ firmiter tenendum ac profitendum invincibiliter propellantur.

ρειδομένην καὶ τῇ ὀσμῇ σου τεθελγμένην [1], ἣν ὡς κρίνον ἐξ ἀκανθῶν τῆς ἡμετέρας ἀναξιότητος ἐξελέξω· εὐχροώτατά σοι προσφερομένην ἐναγκάλισαι [2]· ἰδοὺ σοι ταύτην παρατιθέμεθα καὶ ἑαυτοὺς ἀνατιθέμεθα.

IX. Ταῦτα τὰ τῶν δικαίων σύμφωνα· οὗτοι οἱ κρότοι τοῦ θεοφιλοῦς ζεύγους· αὕτη ἡ καλλισύλλεκτος [3] ἐπιγραφὴ τῶν θεοπατό-

[1] Uterque cod. τεθεαγμένην.
[2] Cod. uterq. ἐναγκάλισαι.
[3] Vat. καλισύλλεκτος.

---

tam in te, et odore tuo attractam; quam, tamquam lilium e spinis, e nobis indignis elegisti[a]. hanc, hilari animo tibi oblatam, ulnis tuis complectere. En tibi eam dono offerimus, ac nosmet ipsos tibi committimus.

IX. Hæc concors justorum vox: hi concentus conjugum Deo amabilium: hæc Dei progenitorum concinne parata oblatio. Za-

[a] Ecce tibi et apud S. Germanum vulgatissima illa apud Patres similitudo, qua, cum reliqui omnes Adæ filii tamquam indigni et instar spinarum habeantur, Maria tamen ita comparatur lilio, ut propterea electa a Deo dicatur, quia ipsa non veluti *spina* ut reliqui omnes, sed ceu candidissimum lilium Dei oculis apparuerit. Ut evidenter eluceat, quo ista spectent, fac quæso advertas, ex S. Germani mente hæc de trienni puellula affirmari. Quid enim, rogo, tam singulare in puella trienni cerni potuit, ut ipsa quidem *lilium*, reliquæ vero ejusdem ætatis puellulæ velut totidem *spinæ* habendæ præ ipsa fuerint? Nam si, quod omnes et sentimus et fatemur, ipsa ætatis tenellæ ratio vetat, ne putemus, aliis quidem inter ejusmodi puellas integrum innocentiæ decus permanere, alias vero libera se pravaque voluntate polluere; jam palam est, plane absurde fingi, ideo Patres hac comparatione usos fuisse, quod censerent, primam justificationis gratiam, qua infantes a peccato originali mundantur ac Deo grati efficiuntur, in Maria quidem intactam servatam, in reliquis vero omnibus, nondum exacta infantia, jam propriis uniuscujusque criminibus extinctam aut temeratam fuisse. Ipsa igitur res clamat, in comparatione ista usurpanda, hanc et non aliam SS. Patrum sententiam esse potuisse, ideo præ omnibus aliis Mariam a Deo electam ceu candidum lilium fuisse, quia sola illius expers fuit originalis probri, propter quod *reliqui ad unum omnes* merito spinis comparantur.

ρων. Τοιγαροῦν ὁ Ζαχαρίας τὴν παῖδα δεδεγμένος, πρῶτα τοῖς γονεῦσιν εἰκότως προσφθέγγεται· Ὦ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας αἴτιοι, τί ὑμᾶς προσείπω; τί καλέσω; ἐξίσταμαι βλέπων, ὁποῖον καρπὸν προσήξατε· τοιοῦτος γὰρ ὅστις τῇ καθαρότητι θέλγει Θεὸν ἐν αὐτῇ οἰκῆσαι· οὐδὲ γὰρ πώποτέ[1] τις γέγονεν ἢ γενήσεται τοιαύτη καλλονῇ διαλάμπουσα· ὑμεῖς ὤφθητε[2] οἱ ἐκ παραδείσου ἀφιγμένοι δύο διπλούμενοι ποταμοί, ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον φέροντες λαμπάδα, τὴν τῷ κάλλει τῆς ἑαυτῆς ἀμώμου παρθενίας καὶ ταῖς

[1] Vat. πόποτε. Mox uterq. cod. ἀφηγμένοι.
[2] Vat. ὤφθηται.

---

charias itaque, excepta puella, primum quidem parentes, ut par est credere, sic affatur: O salutis nostræ auctores, quo vos nomine appellem? Quales vos dixerim? Obstupesco, cernens qualem fructum obtuleritis. Ejusmodi enim est, qui utique Deum ad inhabitandum in se puritate sua[a] alliciat. Nulla sane, quæ ejusmodi pulchritudine fulgeat, inventa unquam est, aut invenietur[b]. Vos instar duplicis e paradiso egredientis fluminis[c] apparuistis, lampadem ferentes auro ac lapide pretioso pretiosiorem; quæ pulchritudine immaculatæ virginitatis suæ, et exhilarantibus

[a] Atqui si sermo dumtaxat esset de infanti, quæ semel a peccato originali abluta stolam innocentiæ candidissimam retineret; nihil sane singularis puritatis, cui congruerit singulare alliciendi Deum privilegium, in Maria inveniremus.

[b] Hæc pariter falsa prorsus essent, nisi ea de immunitate ab originis quoque labe intelligas. Si enim fingas Mariam eo tantum nitore fulsisse, qui detersæ per Dei gratiam originali maculæ succedit, tot pares Mariæ habebis, quot ab origine mundi ad nostros usque dies infantes justificantur.

[c] Comparantur nempe cum flumine, de quo in Genesi (II, 11, 12): *Nomen uni Phison ipse est, qui circuit omnem terram Hevilath, ubi nascitur aurum. Et aurum terræ illius optimum est: ibi invenitur bdellium et lapis onychinus.* Porro cum pro eo, quod Vulgatus legit *bdellium*, LXX habeant ἄνθραξ, quod et gemmam *carbunculum*, et *accensum carbonem* significat, hinc, ut videtur, auctoris menti species oborta faculæ, quam flumen ferat.

δροσιστικαῖς μαρμαρυγαῖς τὴν ἅπασαν γῆν καταυγάζουσαν· ὑμεῖς ἀστέρες φαεινότατοι ἐγνωρίσθητε[1], τῷ στερεώματι ὥσπερ ἐμπεπαρμένοι, ἑκάτερος ὑμῶν τήν τε τοῦ σκιώδους γράμματος καὶ λαιλαποειδοῦς[2] νόμου δνοφερὰν σκιὰν φαιδρῶς δᾳδουχοῦντες· τήν τε τὴν πρὸς τὴν νέαν χάριν τοῦ καινοῦ φωτὸς τοὺς χριστοπειθεῖς ἀπρόσκοπα[3] ἐχεφρόνως ποδηγοῦντες· ὑμεῖς τὰ[4] τῆς νέας διαθήκης νοητοῦ ναοῦ ἐκλαμπρότατα κέρατα ἐγνωρίσθητε, ἐν τοῖς σφῶν στέρνοις κατίσχοντες τὸ τοῦ ἱεροῦ σφαγίου ἡγιασμένον καὶ θεεγκαίνιστον λογικώτατον θυσιαστήριον· ὑμεῖς, εἰ μὴ μικρόν τι προφθάντα εἰπεῖν, καὶ Χερουβὶμ ἐγνωρίσθητε τὸ ἱλαστήριον περιθέοντες τῇ τιθηνήσει[5] τοῦ κοσμαγωγοῦ ἱερέως μυστικώτατα· ὑμεῖς

[1] Vat. ἐγνωρίσθηται.
[2] Cod. uterq. λελαποειδοῦς.
[3] Vall. ἀπρόσκοπτα. Deinde uterque ἐποδηγοῦντες.
[4] Cod. uterq. τοὺς.
[5] Vat. τιθεινήσει. — Vall. τιθηνείσει.

---

fulgoribus suis universam terram illuminat. Vos ceu duo fulgentissima sidera, firmamento quodammodo inserta, contemplamur; utrique enim caliginosæ litteræ et latæ inter procellas legis obscuram umbram hilari luce dispellitis, et sapienter ad hanc novam novi luminis gratiam credentes in Christum inoffenso pede deducitis. Vos intuemur tamquam splendidissima cornua spiritualis templi[a] novi Testamenti, utpote qui in gremio vestro sanctificatum illud, ac Deo dicatum sacræ victimæ rationabilissimum altare continetis. Vos (siquidem fieri possit, ut non meritis inferiora dicam) in educanda puella assidui, Cherubim apparuistis, mystica prorsus obumbratione propitiatorium Pontificis, omnium Salvatoris, circumtegentes. Vos præ auro illo, quod ad

[a] S. Germanus itaque reliquis adjungendus Patribus, qui in *templo*, et (quæ dein memorantur) in *altari*, in *propitiatorio*, in *arca* totidem Deiparæ typos viderunt.

ὡράθητε ὑπὲρ τὸν πάλαι χαλκευθέντα χρυσὸν πρὸς τὸ τῆς κιβωτοῦ κάλυμμα τὴν τῆς νέας διαθήκης, τοῦ ἐν σταυρῷ ἡμῖν [1] ἄφεσιν ὑπογράψαντος νοητήν τε καὶ θείαν κιβωτὸν περικαλύπτοντες [2]· ὑμετέρων ἡ χαρμονὴ κοσμικὴ γεγένηται· ὑμῶν τὸ κλέος ἅπασιν εὐφροσύνη ἐξήκουσται· μακάριοι ὑμεῖς τοιαύτης παιδὸς γεννήτορες χρηματίσαντες· εὐλογημένοι ὑμεῖς, τοιοῦτον εὐλογημένον δῶρον Κυρίῳ προσάξαντες· μακάριοι μασθοὶ, οἷς ἐτιθηνήθη [3], καὶ γαστὴρ, ᾗ βεβάστακται.

X. Δεῦρο γοῦν μοι καὶ σὺ, παιδίον τῶν οὐρανῶν ἀνώτερον· δεῦρο, βρέφος ὁρώμενον καὶ θεϊκὸν ἐργαστήριον νοούμενον· δεῦρο, προπύλαια τοῦ ἁγιαστηρίου ἁγίασον μᾶλλον· οὐ γὰρ σὺ [4], ὡς ἔπος ἔτι [5] φάναι, ταὐτῷ καθαιρομένη ἁγιάζῃ [6], ἀλλ' ἢ καὶ λίαν ἁγιάζεις.

[1] Vall. ἡμῶν.
[2] Vall. περικαλύπτοντος.
[3] Cod. uterq. ἐτηθηνήθη.
[4] Cod. uterq. σοί.
[5] Vall. ἐστί.
[6] Cod. uterq. ἁγιαζει, forte more attico.

---

circumvestiendam arcam olim fabrefactum est, vos, inquam, visi estis circumoperientes spiritualem divinamque novi Testamenti arcam, eum continentem, qui nobis in cruce veniam subscripsit. Gaudium vestrum, gaudium est universæ terræ: gloria vestra fit omnium communis lætitia. Vos beati, quibus datum fuit, ut talis filiæ parentes essetis! Vos benedicti, qui hujusmodi benedictum donum Domino attulistis! Beata ubera, quibus nutrita ipsa fuit, et venter, quo portata est.

X. Huc jam adsis tu quoque, puellula cœlis sublimior. Accede, quæ infans cerneris, sed Dei officina dignosceris. Accede, et sanctuarii limina tu potius sanctifica: non enim, ut uno verbo jam dicam, te perpurgans altare sanctificat[a], imo vero a te uberrime sanctificatur.

[a] En Maria uti nullius purificationis indiga exhibetur.

Δεῦρο πρόκυψον εἰς ἄδυτον καὶ φρικῶδες ταμιεῖον, ἡ κειμήλιον ἄπλετον καὶ ἀνεξερεύνητον[1] γεννησομένη· εἴσελθε τοῖς τοῦ βήματος προθύροις, ἡ τὰ τοῦ θανάτου πρόθυρα συνθλῶσα· εἴσβλεψον ἐπὶ τὸ καταπέτασμα, ἡ τοὺς τῇ ἀμβλυοποιῷ γεύσει τετυφλωμένους[2] τῇ σῇ ἀστραπῇ φωτίζουσα[3]· δίδου μοι χεῖράς σε ποδηγοῦντι[4] ὡς βρέφος, καὶ κράτει μου χεῖρα τῷ γήρᾳ κεκμηκότι καὶ τῇ τῆς ἐντολῆς παρεκδύσει γεήφρονι[5] ζήλῳ νενευκότι, καὶ ἄγοις με πρὸς ζωήν· ἰδοὺ γάρ σε κατέχω βακτηρίαν τοῦ γήρους καὶ τῆς ἀσθενησάσης

[1] Vat. ἀνεξερεύνιτον.
[2] Vat. τετυφλομένους.
[3] Vall. φωτίσουσα, et alia manu supra lineam φωτίσασα.
[4] Cod. uterq. χέῖρας ἐποδηγοῦντι.
[5] Vat. γεήφρωνι.

Age jam penetralia sacra et tremendum conclave introspice, quæ cimelium futura es immensum et imperscrutabile. Ingredere ad altaris atrium, quæ portas mortis confringis. Aspice intra velum, quæ fulgore tuo eos illuminas, qui obnubilante oculos gustu excæcati sunt[a]. Præbe manus mihi, te ut infantem ducenti, sed simul sustine manum meam, qui senio confectus sum, atque in mandati transgressionem rerumque terrenarum studium pronus fui, ac me ad vitam adducito. Ecce enim te ceu baculum senectutis, et naturæ, propter lapsum elanguentis, fulcimentum[b]

[a] Ecce hinc habes universos mortales excæcatos, et quidem excæcatos *propter gustum*; quod manifestissime ad peccatum originale spectat in omnes propagatum : inde vero Mariam habes fulgentissimam, quæ excæcatos illos fulgore suo illuminat. Quis porro ita cæcutiat, ut non videat, ipsam quoque Mariam inter eos, qui *gustu* sunt obcæcati, collocandam a Germano fuisse, siquidem eam communi obnoxiam peccato existimasset?

[b] Nisi desipere adeo velis, ut dicas, naturæ propter lapsum languenti fulcimentum a Germano heic proponi ipsam naturam propter lapsum languentem, necessario fateberis, Dei genitricem Mariam propter lapsum languentibus, Adamiticæ scilicet ruinæ participibus, nullo modo accenseri posse. Atque idem omnino dicito de mox sequentibus, ubi S. Germanus Mariam appellat præsidium eorum, qui prolapsi sunt in mortem. Perinde enim foret Mariam quoque morti

τῷ ὀλισθήματι φύσεως ἀνόρθωσιν [1]· ἰδού σε στήριγμα βλέπω γενησομένην τῶν καταβεβηκότων πρὸς θάνατον· πλησίασον τῇ τραπέζῃ προσκυνήσουσα, περὶ ἧς ἐν συμβόλοις πλείοσι [2] λέλεκται τράπεζαν κεχρηματικέναι σε λογικωτάτην καὶ ἀμόλυντον· ὄδευσον διὰ τῆς ἐπαύλεως τοῦ ὅλου θυσιαστηρίου, ὡς ὀσμὴν θυμιάματος ἐκπνέουσα, καὶ ὑπὲρ μύρον τοῖς ὀσφραινομένοις [3] γεγενημένη [4] ἡ καλῶς τῆς θεολέκτου γλώσσης καὶ πνευματεμφόρου τοῦ προφήτου πύριον ἐξηχημένη· ἀνάβηθι, ἀνάβηθι ἐπὶ βαθμίδα ἱεροῦ δόμου· ἧς τῇ καλλονῇ [5] τῆς ὡραιότητος [6] ἡδόμεναι θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ αἶνον γεγηθυῖαι πλέκουσιν καὶ βασιλεῖς τῆς γῆς μακαρίζουσιν· ἡ βάσις [7] θεία γεγνώρισμένη καὶ θεοστήρικτος κλίμαξ δεδειγμένη τῷ πα-

[1] Vat. ἀνώρθωσεν. — Vall. ἀνόρθωσεν.
[2] Vat. πλειωσι.
[3] Cod. uterq. ὀσφρενομένοις.
[4] Vall. γεγενημένην, et alia manu super lineam γεγενημένη.
[5] Vall. καλλωνῇ.
[6] Vall. ὡραιώτητος.
[7] Cod. uterq. βάσης.

---

habeo. Ecce te fore præsidium eorum video, qui in mortem prolapsi sunt. Adoratura veni prope altaris mensam, quandoquidem rationabilissimam et impollutam mensam te evasuram per plura symbola jam præsignificatum est. Totum perambula altaris circuitum, utpote quæ thymiamatis odorem effias, et quolibet suaveolentior unguento odorantibus facta, per os diviniloqui et superno spiritu acti prophetæ apte thuribulum nuncupata fuisti. Ascende super ædis sacræ gradum, ascende, cui filiæ Hierusalem, venustate pulchritudinis tuæ oblectatæ, laudes cum gaudio texunt, quamque reges terræ beatam prædicant: quæ sacra basis agnita es, et præcelso patriarchæ Jacob fuisti jucundissime

illi (peccato nempe) obnoxiam putare, ac morte detentis præsidium a mortuo polliceri.

τριαρχικωτάτῳ Ἰακὼβ θυμηρέστατα· καθέσθητι, ὦ δέσποινα· καὶ πρέπει γάρ σοι τῇ βασιλίσσῃ [1] καὶ ὑπὲρ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου δεδοξασμένῃ, ἐν τοιαύτῃ βαθμίδι [2] ἐφέζεσθαι· εὐπρεπές σοι τῷ χερουβικωτάτῳ θρόνῳ ὁ ἡγιασμένος τόπος εἰς κατοικητήριον· ἰδοὺ σοί, ὡς παντανάσσῃ, τὴν προκαθεδρίαν [3] καταξίως ἔνειμα, ἀνάστησον δὴ καὶ αὐτὴ τοὺς καταραχθέντας· καὶ νῦν οὖν μετὰ Δαυὶδ σοι προσφωνῶ· ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου.

XI. Καὶ ὁ μὲν πρέσβυς οὕτως εἴχετο, εἰ καὶ πλείω τούτων τοῖς κατὰ διάνοιαν ἐγκωμίοις· καὶ οἱ γονεῖς ὑπεχώρουν, καὶ ἡ

[1] Vat. βασιλήσσι.
[2] Vall. βαθμείδι, et supra lineam alia manu, prout et Vat., βαθμίδει.
[3] Vall. προκαθεδρείαν.

---

ostensa ceu scala a Deo firmata[a]. Sede, Domina; decet enim, regina cum sis et præ omnibus regibus terræ gloriosa, sublimi adeo loco sedere. Tibi, quæ cherubico longe nobilior es[b] thronus, sacrosancta ad inhabitandum sedes debetur. En tibi pro merito, tamquam universorum reginæ, primam offero sedem. Et tu itaque erige in præceps provolutos. Nunc autem propterea tibi cum David acclamo[c]: *Audi filia et vide, et inclina aurem tuum, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, et concupiscet rex pulchritudinem tuam.*

XI. Et hæc quidem senex; quamquam longe his plura encomia mente volvebat. Parentes interim recesserunt; puella vero, Deo

[a] Scala nempe, ut alias videbimus, quatenus per eam et Dei filius in terras descendit e cœlis, atque homines e terra ad cœlos ascendunt.

[b] Quia scilicet throno cherubico in prophetis descripto digniorem thronum ex Patrum sententia sinum suum Deo Virgo exhibuit. Quod plane falsum foret, si alias propria diaboli sedes idem thronus exstitisset.

[c] Ps. XLIV, 11, 12.

παῖς ἀφιερωθεῖσα Θεῷ κατελιμπάνετο[1]· καὶ τῇ τῆς ἐπισιτήσεως[2] ὑπηρεσίᾳ Ἄγγελοι μετὰ δέους ἐλειτούργουν, καὶ ἐξ ἀΰλων ὑλικὴν τροφὴν ἢ ἄϋλον ἐσιτίζετο ἡ κόρη· οὕτω τὰ τῆς θείας μυσταρχίας τελεσιουργήματα δι' ἐκβάσεως θεόθεν εἶχοντο· οὕτω τε τὸ βρέφος ηὔξει καὶ ἐκκραταιοῦτο· καὶ ἡ τῆς ἐν Ἐδὲμ ἡμῖν δεδομένης κατάρας ἅπασα ἐναντιότης ἠσθένει.

XII. Ἀλλ' ἄγε δὴτα[3] φίλη Θεῷ πανήγυρις, ὁμοφώνως ὅσον τῇ ἡμετέρᾳ νηπιώδει ἐννοίᾳ ἡ ἰσχὺς ἔνεστι, τὸ χαῖρε τῇ παρθένῳ προσείπωμεν, οὐ τὴν αὐτῆς εὐφημῆσαι[4] δυνάμενοι τέλειον ἑορτήν· ἀλλά γε τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν παρηγοροῦντες ὅσον ἐφικτὸν, ἐπεὶ καὶ φίλον Θεῷ τὸ κατὰ δύναμιν. Ὑπερβέβηκε[5] μὲν γὰρ οὖν[6] ἅπασαν ἔννοιαν ἡ μόνη παρθένος καὶ μήτηρ γνωρισθεῖσα, καὶ δῆλον τὸ

[1] Vat. κατελειμπάνετο.
[2] Cod. uterq. ὑπκσιτήσεως.
[3] Vat. δὴ τά.
[4] Vat. εὐφυμῆσαι.
[5] Vall. ὑπερβέβηκεν.
[6] In Vall. prius legebatur οὐρανὸν, qua voce deleta ad oram deinde additum est, ἀνῶν (videlicet ἀνθρώπων) οὖν.

---

consecrata, (ibidem)remansit. Et quoad victum ipsi suppeditandum, Angeli ei cum timore deserviebant, et (sic) ab incorporeis spiritibus esca delata, sive corporea hæc fuerit sive incorporea, (puella) alebatur. Ita initiatio sacra divinitus perfecta est: sic infans crescebat et confirmabatur; maledictionis autem, qua in Edem perculsi fueramus, vis omnis elidebatur.

XII. Agite ergo, quotquot adestis Deo dilecti, voce unanimi, pro virili, quantum videlicet per rudem nostram ac prope dixerim infantilem intelligentiam licet, ad Virginem illud inclamemus *Ave;* non quasi hac ratione pro dignitate festivitatem ejus celebrare possimus, sed ut saltem aliquod infirmitati nostræ solatium, quantum possumus, afferamus; quandoquidem Deo quoque, quidquid pro viribus fiat, gratum accidit. Ceterum superat

αἴτιον· τίς γὰρ παρθένος ἔτεκεν, ἡ τεκοῦσα ἄσυλον τὴν παρθενίαν τετήρηκεν [1], εἰ μὴ σὺ μόνη, ἡ ἀπεριτρέπτως ἡμῖν σαρκὶ Θεὸν κυήσασα, πανολβία κόρη;

XIII. Χαίροις τοιγαροῦν τῇ [2] τῆς Ἐδὲμ ἡμῖν θανατηφόρῳ καὶ ψυχοπύρῳ [3] βρώσει γυμνωθεῖσιν, εὐκλεεῖ καὶ ἀχειροτεύκτῳ ἐνδύματι ἐν τῇ σῇ πρὸς τὰ τῶν ἁγίων ἅγια εἰσδύσει σήμερον ἀλουργοειδῆ στολὴν [4] ἤτοι θεοπερίβλητον ἄφεσιν ἐπαμφιάσασα [5], ἡ ἄφεσις τῶν παραπτωμάτων τοῖς βορβορώδεσιν ἡμῖν ἐκ Θεοῦ δοθεῖσα [6], Θεόνυμφε.

[1] Vat. τετήρικεν. — Vall. τετήρηκε.
[2] Cod. uterq. τούς.
[3] Vall. ψυχοπήρῳ.
[4] Vall. στολῇ.
[5] Vat. ἐπαμφιάσασαν.
[6] Vat. δωθεῖσα.

---

ipsa sane omnem mentis captum, quæ sola virgo simul et mater agnita est. Et causa in promptu est. Quæ enim alia virgo enixa est, aut enixa integram servavit virginitatem, nisi tu sola, quæ prorsus integra Deum incarnatum nobis genuisti, puella beatissima?

XIII. Ave igitur, quæ dum glorioso et non manufacto indumento ornata, hodie in Sancta Sanctorum ingrederis, nos, qui ob mortiferum animisque exitialem cibum denudati fueramus, purpurea veste, videlicet circumjecto divinitus remissionis pallio, superinduisti [a], remissionis, inquam, peccatorum, quæ nobis in cœno jacentibus a Deo donata est, o Dei sponsa.

[a] Adverte, sermonem esse de hominibus spoliatis in Edem propter exitialem cibum, atque adeo cœnum, in quo jacere dicuntur, ipsum esse peccatum originale, cujus deinde remissio exhibetur velut nobile quoddam pallium, quo Virgo illa beata nudatos induit. Atqui hæc quoque imago Virginem beatam a peccato originali exemptam necessario supponit. Secus enim et ipsa necessario versaretur inter jacentes in cœno ac nudatos, qui *remissione* peccati, ceu pallio quodam, indigent; neque, dum ceteri ad unum universi pallium, id est remissionem peccati quærunt, ipsa splendidissime vestita cerneretur.

Χαίροις ἡ [1] τῇ ἐξάρξει [2] σήμερον τῆς φαεινοτάτης καὶ σεβασμιοφόρου προόδου θίασον [3] ἅπαντα προφητικὸν ἐπαγείρουσα, μουσικοῖς ὥσπερ ὀργάνοις εὐηχεστάτοις κυμβάλοις θεοφωνότατον [4] ἀλαλαγμὸν ὑπανακρούοντας καὶ ἐν εὐφροσύνῃ ψυχαγωγῶς χορεύοντας.

XIV. Χαίροις ἡ τῇ τῶν βημάτων σου ῥυθμίσει [5] καταπατήσασα τὸν δεινόν μοι ποδηγόν, κεχρηματικότα πρὸς τὴν παράβασιν σκολιογνώμονα καὶ μισόκαλον ὄφιν διάβολον· καὶ συνοδεύουσαν ἐπιλαβομένη τὴν ὀλισθηρὰν φανεῖσαν φθαρτὴν οὐσίαν πρὸς τὴν ἄϋλον καὶ ἁγίαν ἀγήρω πάλιν σκηνήν.

[1] Cod. uterq. ἧς.
[2] Ita codex uterque.
[3] Ambo codd. θείασεν.
[4] Vat. θεσφωνώτατον. — Vall. θεσφωτότατα.
[5] Cod. uterq. ῥυθμήσει.

Ave, quæ hodierna die in ipso exordio splendidissimæ et summe venerandæ Præsentationis tuæ universum ad te congregas prophetarum cœtum, qui propterea musicis quodammodo organis et cymbalis bene sonantibus hymnum propheticum concinunt, et alacriter exsultantes choreas ducunt.

XIV. Ave, quæ gressuum tuorum concinnitate, serpentem, truculentum mihi ad transgressionem ducem, vaferrimum et scelestissimum diabolum, conculcasti; corruptam vero naturam quæ ad labendum prona cernebatur, tecum per viam velut manu prehendens, ad cœleste et sanctum non senescens tabernaculum rursus adduxisti[a].

[a] Transgressio, de qua heic sermo, adamitica est; quod manifeste confirmant quæ subduntur de *natura corrupta* indiga manus, quæ rursus eam ducat ad cœleste tabernaculum. Splendidissimam ergo habes heic quoque confessionem Deiparæ immunitatis a communi omnium lapsu : perversæ enim viæ, quam duce vaferrimo diabolo humanum genus calcavit, opponuntur concinni Mariæ gressus; quod sane perperam affirmaretur, si et ipsa Maria peccato Adæ infecta fuisset : nam de ipsa quoque diceretur, duce truculento serpente a recto

Χαίροις ἡ ταῖς τῆς σῆς προόδου λαμπαδουχίαις τοῖς ἐν σκιᾷ θανάτου καὶ ἀσθενείας βυθῷ περιπαγεῖσι[1] τηλαυγῶς ἡμέραν εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως καταυγάσασα, καὶ ζόφου διάλυσιν ἐπιμαρτυρουμένη θεοβράβευτον διὰ σοῦ γενήσεσθαι, πανυπερθαύμαστε Μαρία.

Χαίροις ἡ νοητικὴν[2] θείαν δρόσον ἡμῖν ἐπιστάζουσα φωτεινὴ[3] νεφέλη, ἡ τῇ τῶν ἁγίων ἁγίᾳ σήμερον ὑπεισδύσει[4] τοῖς ἐν σκιᾷ θανάτου κατεχομένοις παμφαίνοντα ἥλιον ἐξανατείλασα· πηγὴ ἡ θεόβρυτος, ἀφ' ἧς οἱ τῆς θεογνωσίας ποταμοὶ τὸ διειδέστατον καὶ ἀγλαοφανὲς τῆς ὀρθοδοξίας ὕδωρ διαῤῥέοντες, ἴλην[5] τὴν τῶν αἱρέσεων ἐκμειοῦσιν.

[1] Uterque cod. περιπαρεῖσι.
[2] Vall. νοητήν.
[3] Vat. φωτινή.
[4] Vall. ἐπεισδύσει.
[5] Ambo codices ἰλήν. Caryophyllus, cujus versionem Hippolytus Marraccius edidit, maluit legendum esse ἰλύν, quasi sensus sit : *hæreseon limum detergunt.*

Ave, quæ fulgentibus Præsentationis tuæ facibus splendorem late diffundens, diem lætitiæ et exsultationis iis attulisti, qui in umbra mortis et extremo languore detinebantur, pollicita insuper, caliginem penitus disjiciendam fore, Deo per te efficiente, o quolibet miraculo major Maria.

Ave, lucida nubes, quæ spiritualem divinum rorem nobis superinstillas, quæque per hodiernum tuum in Sancta Sanctorum ingressum, sedentibus in umbra mortis splendidissimum solem oriri fecisti : fons divinitus scaturiens, e quo divinæ sapientiæ fluvii, purissimis ac limpidissimis orthodoxiæ undis defluentes, hæreseon agmen dispellunt.

tramite aberrasse. Atque id luculenter ex sequentibus confirmatur, ubi Maria exhibetur ceu manum *naturæ corruptæ* porrigens; absurde enim ad sustentandam ac manu ducendam *corruptam naturam* ea proponeretur adjutrix, quæ, eodem hærens in luto, manu sustentante ac ducente, non secus atque omnes alii, indigeret.

XV. Χαίροις ὁ τερπνότατος καὶ λογικὸς Θεοῦ παράδεισος, σήμερον πρὸς ἀνατολὰς τῆς αὐτοῦ[1] θελήσεως φυτευόμενος δεξιᾷ παντοκράτορι, καὶ αὐτῷ τὸ εὐανθὲς[2] κρίνον καὶ ἀμάραντον ῥόδον κυπρίζουσα, τοῖς πρὸς δυσμὰς θανάτου λοιμικὴν ψυχοφθόρον τε πικρίαν ἐκπιοῦσιν[3], ἐν ᾧ τὸ ζωοπάροχον[4] ξύλον τῆς[5] πρὸς

[1] Vall. αὐτῶν, sed alia manu ad marginem αὐτοῦ.
[2] Cod. uterq. εὐανθῆ.
[3] Vall. ἐκποιοῦσιν.
[4] Uterque cod. ζωπάροχον.
[5] Pro πρὸς τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν.

XV. Ave, amœnissimus et rationalis Dei paradisus, benevolentissima et omnipotenti ejusdem dextera hodie ad orientem[a] plantatus, et ipsi suaveolens lilium, et rosam immarcescibilem germinans in eorum medelam, qui pestiferam animæque exitialem amaritudinem mortis ad occidentem ebiberant[b]; paradisus,

[a] Quod in textu hebraico (Gen. II, 8) legimus מִקֶּדֶם ac vulgatus vertit *a principio*, versio LXX, qua usus est S. Germanus, reddit κατ' ἀνατολὰς (*ad Orientem*). Licet vero vox hebraica utrumque ferat sensum, adeo ut vulgatus ipse interpres eamdem vocem de prioritate *loci* potius quam *temporis* alias accipiat, uti Gen. XI, 2, XII, 8, XIII, 11, etc.; hoc tamen loco eidem vulgato suffragantur interpretes, Aquila reddens ἀπὸ ἀρχῆς, Symmachus ἐκ πρώτης, Theodotion ἐν πρώτοις.

[b] Inspice diligenter antithesim, quæ hoc instituitur inter *Orientem* et *Occidentem*. Quum enim apud Orientales hæc usurpari soleat pro eo quod est *potius* et *deterius*, hoc loco ad sensum determinatum flectitur adeo, ut ad *Occidentem* ii collocentur, qui gustaverunt fructum mortis, nempe qui in Adam peccaverunt; ac propterea vel antithesis tantum ratione habita, Deipara Virgo, quæ ad *Orientem* collocatur, eo ipso a misera conditione aliorum semota intelligatur. Sed ipsa insuper Paradiso comparatur a Deo ad *Orientem* plantato; id autem jam per se satis indicat, Deiparam ad primævam felicem conditionem, non vero ad peccato vitiatam pertinere. Neque moveat, quod *hodie* dicatur paradisus plantatus, scilicet in Præsentatione. Ut enim nunc plura prætermittamus, satis sit illud nosse, hoc idem de Conceptione ipsius pronuntiari consuevisse. Sic Petrus Argivus (Orat. in Concept. n. I) : *Nunc in arido utero divinus plantatur Paradisus, qui nos a priore expulsos.... ad vitam revocabit.*

ἀληθείας ἐπίγνωσιν ἐξανθεῖ, ἐξ οὗ οἱ γευσάμενοι ἀθανατίζονται.

Χαίροις τὸ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ἱερότευκτον ἄχραντόν τε καὶ καθαρώτατον [1] παλάτιον, τὴν αὐτοῦ μεγαλειότητα περιβεβλημένη καὶ ξεναγοῦσά σου τῇ μυσταρχικῇ ἀπολαύσει ἅπαντας· ἡ ἐν τῇ τοῦ Κυρίου αὐλῇ ἤτοι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ναῷ νυνὶ [2] θεμελιουμένη, ἐν ᾗ ἡ ἀχειρότευκτος καὶ πεποικιλμένη παστὰς τοῦ νοητοῦ νυμφίου· ἐφ' ᾗ τὸ πλανηθὲν ἐπιστρέψαι βουληθεὶς, ὁ λόγος τὴν σάρκα νενύμφευται, τοὺς ἤδη οἰκείᾳ βουλήσει διενηνεγμένους καταλλάσσων [3].

[1] Vat. καθαρότατον.
[2] Vall. νῦν.
[3] Vat. καταλάσσων.

---

in quo ad veritatis agnitionem lignum vivificum efflorescit, e quo qui gustaverint, immortalitatem consequuntur.

Ave, sacrosancte ædificatum [a], et immaculatum, purissimumque Dei, summi Regis, palatium, ejusdem (Dei Regis) magnificentia circumornatum, omnesque hospitio recipiens ac mysticis reficiens deliciis; quod nunc in aula Domini, in sancto nempe illius templo, fundaris; in quo non manufactus, et vario decore nitens, situs est spiritualis sponsi thalamus; in quo Verbum, errantem (humanam stirpem) revocare volens, carnem sibi desponsavit, ut eos, qui voluntate propria extorres facti fuerant, (Patri) reconciliaret.

[a] Ecce tibi ultroneam ac disertam sanctæ Conceptionis Deiparæ professionem, qua sub palatii Deo ipsi parati symbolo, Virgo beata dicitur *sacrosancte ædificata*. Quo eodem symbolo utens Ecclesia Græca in sacris Conceptæ Virginis officiis, Mariam celebrat velut palatium Deo in sua conceptione exstructum. Ita enim illa habent (Men. die 9 Dec. ode α'): *Concipitur hodie jucundum Christi palatium, cælumque cælis spatiosius ac sublimius....* (Τὸ τερπνὸν παλάτιον Χριστοῦ, ὁ εὐρυχωρότατος τῶν οὐρανῶν οὐρανὸς ὁ ὑπέρτερος σήμερον εἰσδέχεται). Quod idem, ut alia missa faciam, repetit Petrus Argorum episcopus, sic de angelis ob Mariæ Conceptionem exsultantibus loquens (Orat. in Concept. Deiparæ, n. XII): *Quomodo non exsultabunt, purissimum Domini ac Regis omnium Christi palatium parari videntes?*

XVI. Χαίροις ἡ νέα Σιὼν, καὶ θεία Ἱερουσαλὴμ, ἁγία πόλις τοῦ μεγάλου ἄνακτος Θεοῦ, ἧς αὐτὸς Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσι γινώσκεται, καὶ βασιλεῖς ὑποκλίνων, ἐν τῇ τῆς σῆς δόξης προσκυνήσει καὶ κόσμον ἅπαντα ἐν ἀγαλλιάσει τὴν τῆς προόδου σου πανήγυριν ἄγειν παρασκευάζων· ἡ ὄντως χρυσοειδὴς καὶ φωτεινὴ [1]....ἑπτάφωτος λυχνία τῷ ἀϋτῷ φωτὶ ὑφαπτομένη [2] καὶ τῷ τῆς ἁγνείας [3] ἐλαίῳ πιαινομένη [4], καὶ τοῖς ἐν ζόφῳ [5] πταισμάτων ἀχλύϊ τυφλώττουσι αἴγλης ἀνατολὴν πιστουμένη.

[1] Codex Vaticanus heic abrasus : vestigiis insistendo videtur legi posse ἑπτάκαλος καί : in Vallicelliano autem codice neque hæc verba leguntur, neque indicium omissionis additum ullum est.

[2] Vat. ὑφαπτωμένη.

[3] Vat. ἁγνίας.

[4] Vat. πιενομένη, imo prius πενομένη, addita deinde supra lineam littera ι. Vallicellianus codex omittit verba καὶ τῷ τῆς ἁγνίας ἐλαίῳ πιαινομένη.

[5] Vat. ζώφῳ.

XVI. Ave, nova Sion, et divina Hierusalem, sancta *magni regis Dei civitas*[a], *in cujus domibus Deus ipse cognoscitur*, et per quam medius pertransit, intactam te servans, commovens gentes, et inclinans reges ad adorandam gloriam tuam, et universum mundum compellans ad celebrandam cum exsultatione Præsentationis tuæ festivitatem; quæ vere auriforme et refulgens, et *septies decorum et* septem luminibus ardens es candelabrum, ab inoccidua luce lucem recipiens, innocentiæ autem oleo enutritum, atque illis, qui in tenebris ex peccatorum caligine cæcutiunt, lucis ortum certo spondens [b].

[a] Vide quomodo de Maria S. Germanus explicet tum illud Psalmi XLVII, 4, sec. LXX : Ὁ Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γινώσκεται, quod apud Vulgatum est, *Deus in domibus ejus cognoscetur;* tum paulo post et illa Psalmi XLV, 7 : Ἐταράχθησαν ἔθνη, ἔκλιναν βασιλεῖαι, *conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna.*

[b] Heic manifeste agitur de universali totius humani generis redemptione. Ergo qui dicuntur *cæcutire ad occidentem in caligine peccatorum*, sunt

Χαίροις τὸ τοῦ Θεοῦ πιότατον καὶ κατάσκιον ὄρος· ἐν ᾧ ὁ λογικὸς ἀμνὸς ἐκτραφεὶς [1] τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας [2] καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν· ἐξ οὗ ὁ ἀχειρότμητος λίθος κυλισθεὶς, βωμοὺς εἰδωλικοὺς συνέθλασεν [3], καὶ εἰς κεφαλὴν γωνίας ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θαυμαστούμενος γέγονεν [4].

XVII. Χαίροις ὁ τοῦ Θεοῦ ἅγιος θρόνος, ἡ θεῖον ἀνάθημα [5], ἡ δόξης οἶκος [6], ἡ περικαλλὲς [7] ἀγλάϊσμα [8], καὶ ἐκλεκτὸν κειμήλιον, καὶ παγκόσμιον ἱλαστήριον, καὶ Θεοῦ δόξαν διηγούμενος [9] οὐρα-

1 Vall. ἐντραφείς.
2 Vat. εἰς τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας.
3 Vall. συνέθλασε.
4 Vall. γέγονε.
5 Vall. ἀνάθυμα.
6 Cod. uterq. εἶκοις.
7 Vat. περικαλές.
8 Vall. ἁγίασμα.
9 Vall. omittit artic. ὁ.

Ave, Dei mons præpinguis[a] et umbrosus: in quo enutritus rationalis agnus peccata atque infirmitates nostras portavit; mons, e quo devolutus ille, nulla manu præcisus lapis[b], contrivit aras idolorum, et *factus est in caput anguli, mirabilis in oculis nostris*[c].

XVII. Ave, sanctus Dei thronus, divinum donarium, domus gloriæ, perpulchrum ornamentum, et cimelium electum, et totius orbis propitiatorum[d], *cœlumque Dei gloriam enar-*

universi homines lapsi. Hoc autem præstituto, jam rursus se prodit S. Germani mens de Virginis sancta origine; quum enim omnes homines tenebris involutos describat, ex adverso Virginem ceu *candelabrum septies decorum, auriforme refulgens* exhibet.

[a] *Psalm.* LXVII, 17.

[b] Dan. II, 34. *Abscissus est lapis de monte sine manibus.*

[c] *Psalm.* CXVII, 22, 23.

[d] Si *propitiatorium* est *totius mundi*, ergo a totius mundi crimine aliena est. Repugnat enim, ut propitiatorii partes agat, qui in eodem cum aliis reatu versatur.

νός· ἀνατολὴ ἄδυτον λαμπτῆρα ἀνατέλλουσα· οὗ ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος καὶ τῆς θέρμης, ἤτοι τῆς διοικητικῆς προνοίας, ἔκτοθεν οὐδεὶς τῶν πώποτε γινομένων.

Χαίροις ἡ τῇ σῇ γεννήσει στειρώσεως δεσμὰ λύσασα, καὶ [1] ὀνειδισμὸν ἀτεκνίας [2] λιμπήσασα καὶ νομικὴν κατάραν βυθίσασα [3], καὶ χάριτος εὐλογίαν ἀνθήσασα καὶ τῇ πρὸς τὰ τῶν ἁγίων ἅγια εἰσόδῳ εὐχῆς τελείωσιν [4] γονικῆς καὶ θεμέλιον τῆς ἡμῶν ἀφέσεως καὶ χαρμονῆς συμπλήρωσιν τελειώσασα, ὡς χάριτος ἀρχὴν προαγαγοῦσα [5].

XVIII. Χαῖρε, κεχαριτωμένη Μαρία, ἡ τῶν ἁγίων ἁγιωτέρα

[1] Vall. κέ.
[2] Vat. ἀτεκνείας.
[3] Uterq. cod. βυθήσασα, sed in Vall. alia manu supra lineam βυθίσασα.
[4] Vat. τελείσσιν.
[5] Vall. προαγαγοῦσας.

---

rans [a]. Oriens [b] jubar præbens non occiduum; cujus *egressio a summo cœlo* et *a* cujus *calore*, idest providentia gubernante, ***nemo unquam absconditur*** [c].

Ave, quæ nativitate tua solvisti sterilitatis vincula, et infœcunditatis opprobrium dispulisti, maledictionem legalem demersisti in profundum, et gratiæ benedictionem progerminasti, tuoque in Sancta Sanctorum ingressu cum parentum votum implevisti, tum remissionis [d] a nobis obtinendæ jecisti fundamenta, et lætitiæ cumulum addidisti, utpote gratiæ primordia adducens.

XVIII. Ave, Maria, gratia plena, sanctis sanctior, et cœlis ex-

[a] *Psalm.* XVIII, 1.

[b] En *Orientis* appellationem, quæ paulo ante Christo Domino tribuebatur, jam et Deiparæ tributam.

[c] *Psalm.* XVIII, 6, 7.

[d] Qui remissionis obtinendæ jacit fundamenta, repugnat, ut particeps censeatur illius criminis, cui remissio paratur. At palam est, hoc agi de reatu, quo universum genus humanum obstrictum tenebatur. Ab universi igitur humani generis reatu per hæc quoque Deipara remota declaratur.

καὶ οὐρανῶν ὑψηλοτέρα[1] καὶ Χερουβὶμ ἐνδοξοτέρα καὶ Σεραφὶμ τιμιωτέρα, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν σεβασμιωτέρα· ἡ τῇ ἐνδόξῳ καὶ αἰγληφανεῖ[2] σου προόδῳ ἔλαιον ἡμῖν κομίζουσα, τὸν τοῦ νοητοῦ κατακλυσμοῦ λυτῆρα, τὸν σωτηριώδη ἡμῖν ὅρμον εὐαγγελιζομένη περιστερά· ἧς αἱ πτέρυγες περιηργυρωμέναι[3] καὶ τὰ μετάφρενα[4] ἐν χλωρότητι[5] χρυσίου, τοῦ παναγίου καὶ φωτιστικοῦ καταστραπτόμενα πνεύματος· ἡ πάνχρυσος στάμνος, τὸν ἡδύτατον τῶν ψυχῶν ἡμῶν γλυκασμὸν[6] ἤτοι Χριστὸν τὸ μάννα φέρουσα.

XIX. Ἀλλ', ὦ πανάμωμε, καὶ πανύμνητε, καὶ πανσέβαστε,

[1] Vat. ὑψηλωτέρα.
[2] Vall. αἰγληφανῇ.
[3] Vat. περιηργυρώμεναι.
[4] Cod. uterq. μετάφραινα.
[5] Cod. uterq. χλορότητι.
[6] Vall. vocem γλυκασμὸν habet immediate post ἡδύτατον.

---

celsior, et Cherubim gloriosior, et Seraphim honorabilior, et super omnem creaturam venerabilior. Ave, columba, quæ glorioso ac splendido tuo (in templum) ingressu, nobis et fructum fers olivæ, et servatorem a spirituali diluvio[a], ac portum salutis annuntias, cujus *pennæ deargentatæ, et posteriora dorsi in pallore auri*[b], sanctissimi et illuminantis Spiritus fulgore irradiantur. Ave, urna ex puro auro conflata[c], et suavissimam animarum nostrarum dulcedinem, Christum scilicet, qui manna est, continens.

XIX. Sed, o purissima et omni laude et obsequio dignissima, ac

[a] Ex SS. Patrum sententia diluvium spirituale dicitur, quod universum humanum genus, Adamo peccante, submersit. Perinde igitur foret Virginem beatam hoc diluvio mersam existimare, ac si quis affirmaret, columbam, quæ Noe apparuit ramum olivæ virentem ore tenens, submersam diluvio fuisse.

[b] Ps. LXVII, 15.

[c] Hæc pariter ad Mariæ formationem quum referantur, patet, ex S. Germani sententia, nihil, quod purissimum non fuerit, de ejus origine esse cogitandum.

καὶ πάντων δημιουργημάτων ὑπερφερὲς Θεοῦ ἀνάθημα· ἀγεώργητε γῆ, ἀνήροτε[1] ἄρουρα, εὐκληματοῦσα ἄμπελος, κρατὴρ εὐφραντικώτατε, κρήνη πηγάζουσα, παρθένε γεννῶσα καὶ μήτηρ ἀπείρανδρε, ἀγνείας κειμήλιον καὶ σεμνότητος ἐγκαλλώπισμα[2], ταῖς πρὸς τὸν σὸν, τὸν[3] ἐκ σοῦ ἀπάτορα[4], υἱόν τε καὶ Θεὸν πάντων δημιουργὸν εὐπροσδέκτοις καὶ μητροπειθέσι λιταῖς, τοὺς τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας οἴακας διέπουσα, εἰς ἀκύμαντον λιμένα ἤτοι ἀπόντιστον ἐξ ἐπιῤῥοίας αἱρέσεών τε καὶ σκανδάλων πηδαλιούχησον[5]· τοὺς ἱερεῖς τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῇ τῆς εὐκλεοῦς ἀμωμήτου εἰλικρινοῦς πίστεως ἀγαλλιάσει φωτεινοτάτως[6] ἔνδυσον· τοῖς ὑπὲρ πᾶσαν βαφὴν ἁλουργοειδῆ καὶ πάνχρυσον, ἢ μαργαρίτην, ἢ πολύτιμον λίθον διάδημα σὲ καὶ περιβόλαιον καὶ τῆς ἰδίας

[1] Vall. ἀνήρωτε.
[2] Vat. ἐγκαλλόπισμα.
[3] Uterque cod. τῷ.
[4] Cod. uterq. ἀπάτωρα.
[5] Cod. uterq. πηδαλιούχισον.
[6] Vat. φωτινωτάτως.

Deo dicatum donarium, omni creaturarum conditioni præcellens, terra non secta, inaratus ager, vitis floridissima, poculum maxime exhilarans, fons aquas effundens, virgo generans et mater viri nescia, innocentiæ thesaurus absconditus, et sanctimoniæ decus; acceptissimis tuis ac materna auctoritate validis precibus ad Dominum ac Deum omnium conditorem, Filium tuum, ex te sine patre genitum, ecclesiastici ordinis gubernacula fac dirigas, et ad portum tranquillum, a fluctibus scilicet hæreseon scandalorumque securum, perducas. Sacerdotes justitia, et probatæ, immaculatæ ac sinceræ fidei exsultatione splendidissime induito[a]. Orthodoxis imperatoribus, qui præ omni purpuræ aut auri splendore, et præ margaritis ac lapidibus pretiosis, te nacti sunt diadema et indumentum ac firmissimum

[a] *Ps.* CXXXI, 9.

βασιλείας ἄσυλον κόσμον ὀρθοδόξοις ἄναξιν[1] εἰληχόσιν[2], ἐν εἰρήνῃ καὶ εὐσταθείᾳ τὰ σκῆπτρα διέπουσα· τὰ εἰς σὲ καὶ τὸν[3] ἐκ σοῦ Θεὸν βλασφημοῦντα κακότεχνα βάρβαρα ἔθνη τοῖς τούτων ποσὶ στρωννύουσα ὑπόταξον· τῷ ταῖς σαῖς ἐπικουρίαις ἀεὶ ἐπερειδομένῳ[4] στρατῷ ἐν τῇ τοῦ πολέμου ὥρᾳ συνεπάμυνον· τό τε ὑπήκοον εὐηνίῳ εὐταξίας δουλείᾳ θεοπαραγγέλτως[5] ἰέναι βεβαίωσον· τὴν ὡς πύργον σὲ καὶ θεμέλιον κατέχουσαν τὴν[6] σὴν πόλιν νικητικοῖς ἐπάθλοις καταστέφουσα, ἰσχὺν περιζώσασα φρούρησον[7]· τὴν τοῦ Θεοῦ κατοίκησιν ναοῦ εὐπρέπειαν ἀεὶ διατήρησον[8]· τοὺς σοὺς ὑμνητὰς ἐκ πάσης περιστάσεως καὶ ψυχικῶν ἀλγηδόνων[9] διαφύλαξον· τοῖς αἰχμαλώτοις τε ἀνάρρυσιν[10] βραβεύουσα[11]· ξενι-

[1] Vall. ἄναξι.
[2] Vat. εἰληχός. — Vall. εἰληχῶς.
[3] Vall. heic repetit voces εἰς σὲ καὶ τόν.
[4] Vat. ἐπηριδομένῳ.
[5] Vall. alia manu supra lineam θεοπαράγγελτος.
[6] Vall. pro τὴν legit ταύτην.
[7] Vat. φρούρισον.
[8] Vat. διατήρισον.
[9] Vat. ἀλγιδόνων.
[10] Vat. ἀνάρυσιν.
[11] Vall. βραβέβουσα.

---

regni sui ornamentum, in tranquillo ac prospero statu sceptra dirige. Male fidas nationes barbaras, in te ac Deum ex te genitum blasphemantes, eorum pedibus sternens subjicito. Exercitui, qui tuis semper innititur auxiliis, tempore belli adjutrix esto; subjectumque populum, ut secundum Dei præceptum in suavi obedientiæ obsequio perseveret, confirmato. Tuam hanc civitatem, quæ te tamquam turrim ac fundamentum habet, victoriæ triumphis coronato, et fortitudine circumcingens custodito, Dei habitationem, templi decorem semper conservato; laudatores tuos ab omni discrimine et animi angore exime: captivis redemptionem tribuito: peregrinis, tecto et quovis

ζομένοις ἀστέγοις τε καὶ ἀπεριστάτοις, παραμυθία φάνηθι· τῷ [1] σύμπαντι κόσμῳ τὴν ἀντιληπτικήν σου χεῖρα ὄρεξον [2], ἵν' [3] ἐν εὐφροσύνῃ τε καὶ ἀγαλλιάσει τὰς σὰς πανηγύρεις σὺν τῇ νῦν ἡμῖν ἑορταζομένῃ [4] λαμπροτάτῃ τελετῇ διεξάγωμεν. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῶν ἁπάντων βασιλεῖ καὶ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωαρχικῷ Πατρὶ [5] καὶ τῷ συναϊδίῳ καὶ ὁμοουσίῳ συνθρόνῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] Cod. uterq. τῷ τωσίμπαντι.
[2] Vall. ὄρυξον.
[3] Uterque cod. ἥν.
[4] Cod. uterq. ἑορταζομένην.
[5] Vall. repetit πνεύματι.

---

præsidio destitutis, solamen te exhibe. Universo mundo auxiliatricem manum tuam porrige, ut in lætitia et exsultatione solemnitates tuas simul cum ista, quam modo celebramus, festivitate splendidissimo exitu transigamus, in Christo Jesu universorum Rege ac vero Deo nostro, cui gloria et fortitudo una cum sancto vitæque principio Patre, et coæterno et consubstantiali et conregnante Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

IN SANCTI TARASII ORATIONEM

PRÆFATIO.

Duplex ex cl. Morcellio ratio hanc homiliam Tarasio, ac binas alias S. Germano abjudicandi, § I. — An id evincat epithetum τῆς ὑπεραγίας in titulo Orationis Deiparæ tributum, § II, III. — An usus illius epitheti a decimo tantum sæculo invaluerit, § IV. — Negandam homiliam S. Tarasio non efficit absentia festi *Præsentationis* a Kalendario Constantinopolitano per sæc. VIII conscripto, § VI, VII. — Alia controversiæ conditio quoad S. Germani homilias, § VIII–X. — Triplex conjectura ad solvendam difficultatem idonea, § XI–XIII. — Intrinsecæ orationis notæ, quæ S. Tarasio conveniunt, § XIV. — De Codicibus Tarasii orationem continentibus.

I. Inscribitur hæc Oratio in *Præsentationem* Deiparæ Virginis Mariæ, et ne minimo quidem injecto dubio ab historiæ litterariæ scriptoribus tribui solet magno S. Tarasio, Constantinopolitano episcopo, qui debellandæ iconoclastarum hæresi, egregiam operam navavit[1].

Attamen si ratio eorum habenda sit, quæ vir præclarissimus, Stephanus Antonius Morcellius in suis ad Kalendarium Ecclesiæ Constantinopolitanæ commentariis[2] admonuit; duo sunt, quæ

[1] Ita Leo Allatius (Dissert. *de Simeonum scriptis*, pag. 113), Guillelmus Cave (*Hist. litter.* ad an. 785), Johan. Albertus Fabricius (*Biblioth. Græc.* lib. V, cap. XXIX, tom. X, pag. 279, edit. Hamburg. Harles. 1807), Montfauconius (*Biblioth. Coislin.* pag. 212, Cod. CXLVI).

[2] Primus ipse vetus hoc Kalendarium eximiis commentariis mire illustratum Romæ edidit duobus voluminibus anno 1788.

obstare videntur, quominus communi illi eruditorum sententiæ facile subscribere liceat.

Alterum est, quod in ipsa homiliæ inscriptione Deipara titulo τῆς ὑπεραγίας exornetur. Nam, ut inquit Morcellius[1], ad ætatem usque Tarasii nuspiam eam vocem usurpatam videas, imo nec apud Hesychium nec apud Suidam, sed sæculo decimo demum usitatam reperias.

Alterum, quod licet Kalendarium istud ad Constantinopolitanam Ecclesiam et ad sæculum octavum certissime spectet, altum tamen de festo *Præsentationis Deiparæ in templo* silentium servet : quo fit, ut statuendum videatur, hoc festum per eam ætatem Constantinopoli nondum celebrari cœpisse, neque proinde homiliam in eo festo dictam auctorem habere posse Tarasium, qui eodem illo sæculo VIII Constantinopolitanam Ecclesiam regebat. Qua de re ipsum præstat audire Morcellium : *Eadem*, inquit[2], *de causa Tarasii sæculo VIII florentis habenda non videtur oratio in S. Mariam* ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ τριετίζουσα : *neque enim festum id, quod in Menologio Basiliano appellatur* τὰ εἰσόδια τῆς Θεοτόκου, *in Kalendario nostro locum habet : esto id apud Græcos non multo post institutum fateri debeamus.*

Utraque vero difficultas pari modi, immo potiori jure adversus ea urgeri potest, quæ de binis S. Germani in idem festum homiliis in antecessum disputavimus. Nam τῆς ὑπεραγίας titulum in istarum quoque inscriptionibus Sanctæ Virgini tributum legimus ; et siquidem festum *Deiparæ in templo præsentatæ* posterius S. Tarasio dicendum sit, a fortiori id ipsum de S. Germano, qui prope sæculi intervallo ante Tarasium vixit, affirmandum est.

Nostrum itaque est perpendere an ista, quæ ex præclarissimo Morcellio advertimus, efficere debeant, ut tum communi sententiæ de præsenti Tarasii homilia, tum iis quæ antecedenter de S. Germani orationibus statuenda censuimus, nuntium remittamus.

[1] Op. cit. vol. I, pag. 117.
[2] Op. cit. vol. II, pag. 250.

II. Et levissimi quidem momenti videri debet difficultas, quæ ex voce τῆς ὑπεραγίας in titulis utriusque, Germani et Tarasii, homiliæ usurpata desumitur. Quis enim tam hospes est in iis quæ ad veterum Scriptorum homilias pertinent, ut nesciat, aliud de sermonibus ipsis, aliud de sermonum inscriptionibus judicium ferri oportere? Diversæ scilicet inscriptiones eidem homiliæ in diversis codicibus præfixæ manifesto suadent, incertum prorsus esse, quandonam inscriptio ipsi orationis auctori, quando alteri manui sit tribuenda. Ergo, etiamsi homiliæ cujuspiam titulus aliquid præferat, quod ad sequiorem ætatem referendum videatur, perperam hoc idem ad homiliam transfertur, nisi præterea ostendatur, titulum non posteriori alicui manui, sed omnino auctori orationis adscribendum esse.

III. Deinde vero fac, titulum quoque non alii quam homiliæ auctori tribui oportere; at neque eam ob rem concludi certo posset, aut hanc Tarasii aut illam orationem non esse Germani. Et sane si cum Tarasii et Germani sermonibus id valere debet, cur non idem cum aliorum veterum sermonibus valebit? Eamdem igitur ob causam abjudicanda erit Theodoro Studitæ Oratio *in Deiparæ natalem diem*[1], quam sub Damasceni quidem nomine vulgaverat[2] Michael Le Quien, sed Theodoro restituendam juxta Mss. codicum fidem monet Eminent. Angelus Mai[3] : Tarasio enim, qui anno 806 obiit, coævus haberi potest Theodorus, qui anno 826 decessit. Abjudicandæ pari jure erunt Johanni Damasceno

[1] Hæc titulum præfert : Λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

[2] S. Joh. Damasceni *Opp.* tom. II, pag. 849.

[3] *Nova PP. Biblioth.* tom. V, part. II, pag. 54 in nota : *In codice* (inquit) *prisco Vaticano* 455, f. 226 *b, legitur alia oratio cum hoc titulo :* τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ νέου ὁμολογητοῦ εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐν ᾧ τὸ ἑξήκοντα χαῖρε : Sancti Patris nostri Theodori, novi Confessoris (id est Studitæ), in nativitatem Sanctissimæ Deiparæ, ubi sexaginta ave..... *Equidem vix dubito, quin prædicta oratio Studitæ nostri sit; sed quia sub S. Johannis Damasceni nomine edidit eam Lequinius, a me prætermitti debuit.* Antequam eamdem orationem ederet Lequinius sub Damasceni nomine, nonnulla testimonia inde excerpta sub nomine *Theodori Novi* Hippolytus Marraccius vulgaverat in notis ad S. Germani Orationes.

tum oratio *in Deiparæ Annuntiationem*[1], tum altera in *ejusdem Virginis diem natalitium*[2]: Tarasio enim antiquior est, et S. Germano fere coævus censendus est. A fortiori autem negabis, Modesti fœtum esse homiliam in *Deiparæ Dormitionem*, quum hic sub sæculi VII initia Hierosolymitanam Ecclesiam primum quidem tamquam Zachariæ in servitutem a Persis abducti vices gerens, tum vero eo demortuo Episcopus rexerit[3]: ducentorum enim annorum spatio hic Tarasium antecedit. Idem plane dicito de pluribus orationibus, quæ sub Andreæ Cretensis nomine circumferuntur; quippe qui et Germano et Tarasio ætate præcedat[4]. Multo vero magis statuendum id erit, si eamdem τῆς ὑπεραγίας appellationem Deiparæ tributam apud scriptores superius recensitis adhuc vetustiores forte cernamus. Atqui Basilii Seleuciensis, qui sæculo V floruit, homiliam habemus, in cujus inscriptione eumdem illum τῆς ὑπεραγίας titulum videre est[5]: et si Mazari-

[1] Titulus est: Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου: *Johannis monachi et presbyteri sermo in Annuntiationem Sanctissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis. Opp.* tom. II, pag. 835.

[2] Huic titulus est: Λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας: *Sermo in Natalem diem Sanctissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ. Opp.* tom. II, pag. 841.

[3] Titulum hæc præfert: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μοδέστου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας: *Sancti Patris nostri Modesti Archiepiscopi Hierosolymitani encomium in Dormitionem Sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ.* Romæ an. 1760 hanc græce ac latine edidit Michael Angelus Giacomellus.

[4] Andreæ Cretensis homiliæ his titulis prænotantur: Ἐγκώμιον εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου (Galland. Biblioth. PP. tom. XIII, pag. 93): εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου (ibid. pag. 98): εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου (ibid. pag. 147): εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου (ibid. pag. 175): videlicet, *Encomium in Nativitatem Sanctissimæ Deiparæ: in Sanctissimæ Deiparæ Dominæ nostræ Annuntiationem: in dormitionem Sanctissimæ Deiparæ Dominæ nostræ: in Natalem diem Sanctissimæ Dominæ Deiparæ.* Alias, quæ addi possent, recensere supersedeo.

[5] Apud Combefisium (Auct. tom. I, pag. 570): Βασιλείου ἐπισκόπου Σελευκείας λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν (Combefisius vertit *sanctam!*) Θεοτόκον Μαρίαν,

nianum codicem, quem Combefisius inspexit, adhibeamus, id ipsum et in titulo homiliæ S. Procli Constantinopolitani habebimus[1]. Itaque, ut alia prætermittamus quæ addi in eamdem rem possent, jam ita ratiocinari fas est: huc usque memorata opuscula recensitis scriptoribus abjudicare nullo modo licet; alterutrum ergo eligendum est, aut usum vocis τῆς ὑπεραγίας sæculo decimo vetustiorem esse, aut ex orationum titulis, quippe qui alterius manus esse queant, certum de homiliæ cujuspiam sive ætate sive auctore judicium ferri non posse: semel ac vero id necessario de Procli, Basilii Seleuciensis, Modesti, Andreæ Cretensis ac Johannis Damasceni scriptis affirmare opus sit, quæ tandem ratio afferri potest, cur hoc idem de Germani et Tarasii homiliis non sit decernendum?

IV. Verum necesse nobis non est, ut huic quasi ad hominem argumento pressius insistamus; certis enim aliunde testimoniis confici potest, plane falso affirmari, vocem ὑπεραγίας a decimo tantum sæculo usurpari cœpisse. Et sane ante sæculum X floruit Josephus hymnographus, quem tamen hanc vocem usurpasse patet ex ejus Canone[2], in quo legimus: *Eum, qui ex te natus est, o Sanctissima labis omnis expers* (ὑπεραγία πανάμωμε), *ut lancea transfixum vidisti, ipsa corde transfixa es, et præ dolore stupens exclamasti: Ecquid tibi, fili, prævaricator populus rependit?*

Longe antiquior fuit S. Sophronius Hierosolymorum episcopus, qui in Triodio per Eminent. virum Angelum Mai edito eadem voce utitur, ubi inquit[3]: *Perfusa es lætitia, o Sanctissima*

καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: *Basilii Seleuciensis Episcopi oratio in Sanctissimam Dei Genitricem Mariam, et de incarnatione Domini nostri Jesu Christi.*

[1] In Auct. vol. I, col. 301, et apud Galland. Biblioth. PP. tom. IX, pag. 614: Ἐγκώμιον εἰς τὴν παναγίαν (Ms. codex Mazar. ὑπεραγίαν) Θεοτόκον Μαρίαν: *laudatio in Sanctissimam Dei genitricem Mariam.*

[2] *Paraclet.* Ton. obliq. II ad matutin. Fer. VI, Ode III. Σὺ τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα ὡς ἔβλεψας τιτρωσκόμενον λόγχῃ, ἐτρώθης τὴν καρδίαν, ὑπεραγία πανάμωμε, καὶ θαμβουμένη ἔλεγες· Τί σοι ἀπέδωκε, Τέκνον, δῆμος ὁ παράνομος;

[3] *Spicil. Rom.* tom. IV, pag. 186. Ἅγιον ἁγίων ὑπεραγία τεκοῦσα Θεὸν,

ὑπεραγία, Sanctum Sanctorum Deum enixa, simul ac ipsum, qui sponte in mortem se tradiderat, e mortuis redivivum vidisti.

Et si quis cupiat adhuc antiquiora, S. Ephræmi Syri versiones græcas ad manum habemus, quas Ephræmo ipso adhuc vivente elaboratas eruditi viri affirmare non dubitant[1]. In quarta enim e Precationibus piissimis, quæ ad tertii Tomi calcem editæ sunt[2], hæc legimus: *Domina mea supersancta* (ὑπεραγία) *Deipara et gratia plena, Mater Dei benedictissima, etc.*

Ergo sive S. Tarasii sit titulus homiliæ, ubi vox τῆς ὑπεραγίας legitur, sive alterius, nullo modo exinde argui potest, Orationem ad S. Tarasium non pertinere.

V. Veniendum nunc est ad alterum cl. Morcellii argumentum, ex Kalendarii Constantinopolitani ætate petitum. Et hoc quidem gravius aliquod facessere negotium videtur. Si enim vere constet, per S. Tarasii tempora nondum in Constantinopolitana Ecclesia celebrari consuevisse *Deiparæ in templum ingredientis solemnitatem*; quomodo Constantinopolitanis Episcopis S. Tarasio et antiquiori S. Germano tribui homiliæ *in Deiparæ Præsentationem* possunt? Quamquam, meo quidem judicio, Tarasii causa a causa Germani sejungenda videtur. Si qua enim gravis difficultas ex illo Kalendario exoritur, plane hujus potius quam illius homiliam impetit. Et sane quod ad S. Tarasium attinet, censeo non præteriisse lectorem, dum Morcellii verba inspiceret[3], ne hunc quidem judicium plane decretorium ea de re tulisse, sed tantisper subdubitando affirmasse, *Orationem Tarasii habendam non videri.*

VI. Quid porro erat, cur temperata hac dicendi forma præstantissimus vir uteretur? Duo, inquam, quibus vim argumenti illius imminui, ac prope dixerim infringi, mentem illam perspicacissimam, ut opinor, non fugit.

τοῦτον θνήξαντα ἐθελουσίως καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα ἰδοῦσα, εὐφροσύνης πεπλήρωσαι.

[1] Vid. Guill. Cave, *Histor. Litter.* ad an. 370.

[2] Edit. Rom. græc. latin. an. 1746, pag. 528. Δέσποινα ὑπεραγία μου Θεοτόκε καὶ κεχαριτωμένη, θεογενήτρια ὑπερευλογημένη. . . .

[3] Sup. § I.

Primo enim nonne difficultatem evaderet, si quis conjectaret, hanc homiliam non in ipsa regia urbe, sed in alia Ecclesia, ubi fortuito versaretur, Tarasium habuisse? Episcopos enim a sua civitate ad aliam digressos non raro ad concionem habendam compulsos fuisse, complura demonstrant exempla. Neque rursus a verisimili abludit, festum *Præsentationis Deiparæ* prius alibi, quam Constantinopoli, receptum fuisse, quum notissimum sit, ejusmodi solemnitates paulatim per Ecclesias propagari consuevisse. Denique oratio ipsa si inspiciatur, nihil præfert, quod omnino vetet, ne extra Constantinopolim atque in alia civitate recitata existimetur.

VII. Verum longe gravius est, quod secundo loco animadvertendum occurrit. Nam, prætermissis etiam quibusvis conjecturis, ac sua Kalendario Constantinopolitano auctoritate prorsus servata, ostendi facile potest, hoc monimentum nihil reipsa obstare, quominus Tarasii ætate Præsentationis festum celebratum Constantinopoli fuisse affirmemus.

Et profecto Morcellius, ubi de Kalendarii illius ætate statuenda disputat[1], duo sedulo adnotat: primum, ex omnibus, quæ in Kalendario memorantur, recentissimum esse habendum terræ motum, quo urbs Constantinopolitana anno 740 concussa est: alterum, ab ipso Kalendario ea omnia abesse, quæ ad tempus instauratæ in synodo Nicæna II fidei catholicæ post Iconomachorum bellum pertinent. Quocirca res eo deducitur, ut Kalendarium existimari debeat eo temporis intervallo exaratum, quod ab anno 740 ad annum 787 decurrit.

Sed monet insuper idem Morcellius[2], initia celebrandi calamitatis ante dictæ memoriam ab anno proxime sequenti 741 desumenda esse. Idque confirmatur luculenter ex pictura, quam Menologium Basilianum præfert ad diem 26 Octobris, qua nempe die teterrimo illo infortunio urbs regia fuit afflicta. Cernere enim est in pictura *Anastasium*[3] tunc Constantinopolitanum

[1] In Prolegom. § II, vol. I, pag. 10.

[2] Ibid.

[3] Conf. Morcellii Op. cit. ad diem 26 Octobr. vol. I, pag. 206-207.

Episcopum, qui altera manu thuribulum, altera librum tenet, et simul cum populo supplicationes agit.

Proinde præstantissimus idem vir denique concludit[1], hoc Kalendarium conscriptum dici oportere per eam ætatem, qua furentibus Iconomachis Constantinopolitanam sedem obtinebat vel Anastasius I, vel Constantinus II, vel Nicetas, impii omnes ex æquo et hæretici.

Hæc quum ita sint, jam palam se prodit ratio, cur ipse Morcellius judicium illud suum[2] de Tarasii Oratione subdubitans pronuntiaverit. Nam si ipso auctore hoc unum denique pro certo retineri potest, Kalendarium neque ante annum 741, neque post annum 787 conscriptum esse; quo, quæso, jure inde infertur, *Præsentationis festum* Constantinopoli celebratum non fuisse vivente Tarasio, qui anno 806 decessit? Et sic ceterum vir eruditus liberam nobis facit potestatem, ut putemus, concinnatum illud opus fuisse sub Anastasio I, qui anno 753 supremum diem obiit; nonne ad mortem usque Tarasii intercurrunt anni plus quam quinquaginta, intra quos admittere Constantinopolitana Ecclesia potuerit illud festum, quod ante conscriptum Kalendarium nondum fortasse celebrari cœperat? Ergo re undequaque inspecta nulla ex illo monumento decretoria ratio elicitur, propter quam magno S. Tarasio hæc homilia abjudicanda sit.

VIII. Superest modo, ut nonnulla de S. Germano dicamus, cujus binæ, ut alias diximus, homiliæ feruntur in Deiparæ Præsentationem. Aliam enim, ac Tarasii sit, causam esse Germani, neque pro hujus homiliis æque valere rationes, quæ pro oratione Tarasii valent, lectorem puto per se jam perspexisse. Primo enim altera ex illis homiliis certissime Constantinopoli recitata fuit[3]. Locus ergo adimitur conjectationi, in alia quadam civitate, ubi festum Præsentationis jam celebraretur, puta Cyzici, ubi primum S. Germanus Episcopus fuerat, habitam eam fuisse. Deinde exploratissimum est, S. Germanum Constantinopoli sedisse, imo vero

[1] Op. cit. in Prolegom. vol. I, pag. 10.

[2] Sup. § I.

[3] Vid. sup. Diatriben *De Orationibus S. Germani*, § XVII, pag. 274.

et mortuum esse, antequam Kalendarium Morcellianum conscriberetur; quocirca si Kalendario fides habenda sit, palam est, Præsentationis festum in urbe Constantinopolitana sub S. Germano nondum receptum fuisse.

Quæstio itaque de S. Germani homiliis integra adhuc manet; ac propterea alia via ad difficultatem istam eluendam necessario ineunda est.

IX. Utcumque vero iste nodus valde implicatus videri possit; eo tamen facilius et expeditius solvi poterit, quod nihil jam nobis reliquum sit, aliis præsidiis deficientibus, quam ut in rem præsentem generalioribus artis criticæ canonibus utamur.

De re quippe agitur, quæ nedum nova accidat, frequenter in disciplina critica atque historica occurrit, ut testimonia hinc inde prostent, quæ primo saltem intuitu invicem repugnent. Duplex autem in his adjunctis arti criticæ via panditur, qua lis dirimatur. Prima, quæ dimitti numquam debet antequam secunda ineatur, hæc est, ut omni studio inquiratur, an aliqua ratio sit rem ita componendi, ut sua servetur utrique testimonio fides; quod quidem tunc consequimur, quum tertium aliquid succurrat, quod cum utroque testimonio concilietur. Ubi vero nihil tale succurrat, altera terenda restat via, ut nempe sedulo circumspiciamus, quodnam ex testimoniis, quæ secum invicem confligunt, infirmius sit, ac proinde utrius auctoritas auctoritati alterius posthaberi debeat.

X. In rem præsentem hæc transferamus. Hinc habes Kalendarium Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod suadet, ad eam usque ætatem, qua exaratum ipsum fuit, homilias *in Præsentationem sanctissimæ Virginis* Constantinopoli haberi non potuisse, Nam quum festa recenseat in eadem Ecclesia per annum agenda, nullam *Præsentationis Deiparæ* mentionem injicit. Porro S. Germanus epocham conscripti Kalendarii antecedit. Nulla ergo esse potest homilia S. Germani Constantinopoli habita, quæ ad *Præsentationis Sanctæ Virginis* solemnitatem referatur.

Inde vero ecce tibi duplex ob oculos ponitur homilia, quæ ex fide Mss. Codicum S. Germano tribuenda est: utraque autem *Præsentationis festum* laudibus prosequitur; et quidem earum

altera adeo evidenter Constantinopoli se dictam promit, ut id vel cæcus videat. Habes ergo duo testimonia, aperte sibi invicem repugnantia; nam, uti patet, alterum aperte negat, quod alterum aperte affirmat.

XI. Artis itaque criticæ præceptis inhærentes, inquiramus prius, an, salva utriusque testimonii auctoritate, quæpiam appareat inter ea conciliationis ratio. Qua de re illud insuper ars critica monet, impræsentiarum hoc satis esse, quod conjectationes, si quæ ad solvendam difficultatem occurrant, a veri similitudine penitus non abhorreant.

Atqui si verisimilis tantum quæritur hypothesis, quæ utrique monumento satisfaciat, ego enimvero censeo, haud ægre proferri eam posse. Finge enim rem forte ita se habuisse, ut festum *Præsentationis Deiparæ* celebraretur quidem sub Germano; nondum tamen solemni decreto id firmatum foret, propter quod Kalendario inserendum putaretur. Hæc sane praxis adeo aliena non est ab ecclesiastica consuetudine et disciplina, ut multiplici exemplo, imo ex festo quoque Conceptionis ejusdem Deiparæ, luculenter confirmari queat. Fieri nempe consuevit, atque etiamnum solet, ut nova quædam festivitas Episcopis consentientibus et probantibus, quin etiam interdum curantibus ipsis atque impellentibus, agi incipiat, non quidem primo per diœcesim universam, sed in peculiari quopiam templo vel monasterio; quo fit, ut agatur quidem festum, in commune tamen Kalendarium neque referatur, neque legitime reapse referri possit. Quod quidem si factum putes sub S. Germano de festo Præsentationis, jam causam in promptu habes, cur et eo sedente Constantinopoli reipsa celebratum illud fuerit, et ejus tamen mentio in Kalendario Morcelliano nulla habeatur.

XII. Quod si præterea temporum adjuncta perpendamus, quibus Kalendarium conscriptum est, alia sese offeret non improbabilis quæstionis explicatio. Quid enim, quæso, a veri specie abluderet, si quis suspicaretur, Deiparæ in templum adductæ solemnia consuetudine in antecessum jam recepta, ab impiis deinde iconomachis expuncta fuisse? Equidem censeo, neminem adeo rudem esse historiæ iconoclastarum, ut putet, sacris dum-

taxat imaginibus bellum tunc indictum fuisse. Quis ignorat Constantinum Copronymum in sanctos cum Deo regnantes et in ipsam Dei Genitricem debacchatum fuisse? *Universali edicto*, inquit Cedrenus[1], *vetuit* (Constantinus), *ne quis in universum Domini servorum* SANCTI *titulo cohonestaretur : quin imo conspui eorum inventas reliquias jussit, prohibuitque eorum intercessionem postulari, quod eos nihil posse diceret. Atque addidit scelestus, Mariæ quoque Virginis intercessionem non esse implorandam : nihil enim eam præstare posse : quin et Deiparam hanc noluit appellari.* Et paulo post[2] : *Anastasius, qui falso titulum patriarchæ gerebat, manu tenens veneranda atque vivifica Crucis ligna..., juravit, Copronymum imperatorem hæc sibi verba dixisse : Quem Maria peperit Christum, hunc tu filium Dei esse ne censueris, neque quicquam præter hominem : ita enim eum Maria peperit, ut et me mater mea Maria.* Impugnabant go impii iconomachi non modo imagines, sed universim cultum tum sanctorum tum Deiparæ.

Hæc autem non de Constantino Copronymo tantummodo, verum etiam de iconomachis generatim accipienda esse, discimus ex Stephano Constantinopolitanæ Ecclesiæ diacono, qui *S. Stephani junioris*, pro fide catholica tunc martyrio coronati, vitam descripsit. Hæc enim de conciliabulo tunc celebrato narrat[3] : *In hoc igitur augustissimo templo*[4] *sceleratus ille* (scil. Constantinus Copronymus) *una cum ejusdem nominis proditore Christi gregis* (videl. Constantino II, qui post Anastasium sedem byzantinam

[1] *Historiar. Compend.* ad an. mundi 6236, ab Incarnat. 739, part. II, pag. 3. Edit. Bonnæ an. 1839.

[2] Ibid. pag. 4.

[3] *Vita S. Stephani Junioris* inter Analecta Græca a Montfauconio edita Paris. 1688, vol. I, pag. 454, 455.

[4] Scilicet *Blacherniano*, de quo hæc præmiserat (pag. 453, 454) : *Interim tyrannus intemeratissimæ Deiparæ templum Blachernense evertit, quod quidem prius muris ornatum erat, ubi picturis exprimebatur Dei ad nos descensus, variaque illius miracula et gesta usque ad ejusdem Assumptionem et Sancti Spiritus adventum... Siquidem arboribus, diversis volucribus et belluis aliisque quibusdam, inter hederæ folia, gruum, cornicum et pavonum orbibus eam exornando, vere inornatam fecit.*

occupaverat), *ceterisque sibi subjectis, ventris mancipiis, episcopis, abominandam Deoque infestam synodum celebravit, in qua venerandæ imagines simulacra idolica appellata sunt... Porro postquam complures blasphemias evomuissent, atque in Sanctos et intemeratam Deiparam hostiliter prodiissent*, quasi post mortem ipsa opem ferre non valeret : *postremo... e loco, ubi sedebant, simul cum populo surgentes, manibus in cœlum erectis miserabilem illam vocem ediderunt: Hodie salus mundo, quia tu, Imperator, nos ex idolis redemisti.* Unde patet, hæreticos præterquam quod sanctorum imagines abolebant, atque sacras reliquias profanabant ac dispergebant, ipsis sanctis ac Deiparæ cultum omnem, qui in veneratione atque invocatione consistit, detraxisse, adeo ut[1] festa quoque Sanctæ Deiparæ abrogaverint. Cum itaque omnia quæ ad sacras religiones spectant, in Constantinopolitana Ecclesia per illud temporis tam misere sus deque versa comperiamus, numquid Kalendarium in iis adjunctis exaratum, haberi potest ut certus eorum index, quæ in eadem Ecclesia ante illas turbas obtinebant? Nam licet opus elaboratum non fuerit ad eorum ingenium, qui pessimi inter ipsos iconomachos exstiterunt, et exinde plures tum Deiparæ tum sanctorum solemnitates præferat; numquid tamen indicium aliquod præsto est, quo illud idem in tanta rerum perturbatione a pristino statu nihil immutatum certo suadeatur? Ac propterea patiturne recta ratio, ut ejusmodi monimento ad id infitiandum moveamur, quod gravia aliunde suadent argumenta?

Atque heic enimvero, ut plane dicam, mirari paululum subit, præclarissimum sane virum, et quem suspiciamus dignissimum, Morcellium suo huic Kalendario, esto Constantinopoli at certe ex ipsius quoque sententia furentibus iconomachis conscripto, cujus præterea quisnam auctor exstiterit, scriptumne in privati alicujus an in ecclesiæ aut monasterii cujuspiam usum, non constat, deferendum tamen tantum censuisse, ut jamjam habendum sit tamquam lydius lapis atque mensura probatissima, ad quam cetera omnia exigi debeant. Quamquam istud non tam

[1] Conf. Natal. Alex. *Hist. Eccl. sæc. VIII*, cap. II, § II.

Morcellii singulare, quam commune aliis pluribus fatum quoddam haberi potest. Haud raro nempe accidit, eos, qui in lucem monumenta quædam veterum primi promunt, tanta eorum admiratione rapi, tantoque erga ipsa affectu allici, ut tantum non ceu primo loco dignissima ac quibus reliqua omnia debeant subservire, venerabundi suspiciant.

XIII. Denique si forte sint, quibus hæ conjecturæ minus arrideant, iidemque contendant, *festi Præsentationis* absentiam a Kalendario, licet sub iconomachis conscripto, nulla ratione conciliari posse cum homiliis quæ hoc festo recurrente a S. Germano habitæ dicuntur; superest ut, argumento, quod *ad hominem* appellant, utentes, alio eos modo conveniamus, ac nodum sive solvamus sive præcidamus.

Quæro itaque quid tandem statuendum isti putarent, si alterum ejusdem ætatis, ejusdemque ecclesiæ byzantinæ Kalendarium forte reperirent, in quo Præsentationis festum adnotatum cernerent? Quo se, inquam, isti verterent, qui nullum dant locum conjecturis, v. gr. duorum Kalendariorum, inter se pugnantium, alterutrum forte in privatum cujusdam hominis vel templi usum concinnatum esse; sed prorsus ea tamquam absolutissimum argumentum festorum, quæ Constantinopoli celebrarentur, vel non celebrarentur, haberi volunt? Profecto cum duo illa simul vera esse non possint, nec alius exitus pateat; eo, ut puto, demum devenirent, ut dicerent, nihil ambigendum, ab altero eorum codicum hoc festum librarii negligentia excidisse. Et si forte hoc responsum, tamquam merum effugium ad declinandam difficultatem excogitatum, parum sibi probari quispiam innueret; næ illos audires serio disceptantes, nihil hisce omissionibus frequentius esse, atque adeo nihil verisimilius ad solvendum hunc nodum afferri posse. Quid enim? Nonne id millies factum deprehendimus, ac quotidie experimur, ut quædam inter transcribendum oculum effugiant, ac propterea excidant? Potuit Hieronymo Scripturas sacras non exscribenti quidem, sed latine ex hebraica veritate vertenti pericope excidere[1]; potuit illud idem semel et

[1] Conf. Jo. Clericus, *Artis Crit.* part. III, sect. I, cap. V. Vallarsius tamen

iterum contingere in celeberrima vel adornanda vel exscribenda[1] græca versione, quæ a LXX nomen habuit: qui quidem hiatus in notissimis illis operibus ad dies usque nostros visuntur; et mirum videri nobis poterit, quod oscitanti amanuensi, forte conducto, altera dies exciderit inter Kalendarium transcribendum, ubi præsertim non sententiarum nexus, neque ipse saltem dierum constans ordo (nam cum plures dies vacent, horum numerica series passim abrumpitur), errandi poterat obvium arcere periculum? Ita forte illi, ac pro ea quidem, quæ statuitur, hypothesi, egregie hæc dicta fuerint. Quod enim unicum simul ac verisimile ad pugnam monumentorum tollendam se offert, par est, ne abjiciatur.

At simul contendo, idem plane responsum in præsenti ab iis rejici non posse, qui alias quaslibet conjecturas, ad conciliandum festum Præsentationis sub S. Germano cum Morcelliano Kalendario idoneas admittere abnuant. Recole enim, quæ in Diatribe de S. Germani homiliis prolixius disputavimus. Inde disces, auctoritatem manuscriptorum codicum, qui prope innumeri allegari possent, prorsus interdicere, ne aliqua in mysterium Præsentationis homilia alii auctori, quam cuipiam Germano Constantinopolitano episcopo, tribuatur. Rursus aliis argumentis plane decretoriis ostendimus, hunc Germanum alium censeri non posse, quam qui pro fide catholica adversus Leonem Isaurum certavit, ac propterea S. Confessor nuncupatur. Nunc quæro: parine certitudine vindicari potest Morcelliani Kalenda-

(not. in hunc locum Hieronym. tom. IX, col. 369-370) mavult, verba illa sacri textus excidisse vitio scribarum. Quod utrum Vallarsio facile daturi omnes sint, valde ambigo. Cum enim plura exemplaria ipsa Hieronymi ætate conscripta fuerint, ægre suaderi cuipiam poterit, omnes scribas quodam fato in idem mendum lapsos esse.

[1] Hieronymus (Comm. in Is. cap. XL, v. 7, tom. IV, col. 482. Ed. Vallars.) id notat hisce verbis: *Hoc quod asteriscis notatur*, Quia spiritus Dei flavit in eo: vere fœnum est populus: aruit fœnum, cecidit flos, *ex hebraico et Theodotionis editione additum est. Ex quo manifestum est, vel a LXX prætermissum, vel paulatim scriptorum vitio abolitum: dum et prior et sequens versus finitur in flore.* Vide et ea, quæ idem S. Doctor notat ad cap. XXX, v. 15, Jeremiæ (ibid. col. 1055).

rii integritas? Esto enim, gratis, videlicet nisi quæpiam ratio id suadeat, mutilationes fingendas non esse : palam est tamen monumentorum integritatem, nisi aliunde certa suppetant indicia, præsumi quidem, propterea quod dubitandi rationes non apparent, non autem pro certa ita retineri, ut non liceat, causa aliqua accedente, de ipsa dubitare. Itaque si impræsentiarum res eo forte deducatur, ut nulla alia supersit via ad duo illa testimonia invicem concilianda, hinc scilicet monumenta, quæ homilias in Præsentationem S. Confessori Germano vindicant, inde vero Morcellianum hoc Kalendarium; quis non videt præpostere omnino eos acturos, qui certis pro S. Confessore Germano argumentis incertam Kalendarii integritatem anteponere malint?

Concludendum est igitur, argumenta a Kalendario illo petita, qualecumque tandem pretium ipsi tribuatur, efficere nequaquam posse, ut binæ illæ in Præsentationem Deiparæ homiliæ, Germani nomine inscriptæ, alterius potius, quam ipsius Germani, fœtus existimentur.

XIV. Ceterum ut ad S. Tarasii homiliam revertamur, cum ostenderimus clarissimi Morcellii rationes non pares esse ad ipsam S. Tarasio eripiendam, duo præstat subjicere, quæ communi huic sententiæ de homiliæ auctore confirmandæ idonea sunt.

Primum indicium ratio styli suppeditat. Præfert enim homilia auctorem non solum sacris doctrinis mire excultum, verum etiam facultate ornate, copiose, eleganterque dicendi insignem. Porro has dotes in Tarasium quadrare discimus ex ejusdem discipulo Ignatio, qui et eum artis poeticæ magistrum sibi fuisse narrat, et dum doctrinæ copiam ac sermonis concinnitatem in ipso laudat, addit, celeri se calamo excipere consuevisse Orationes, quas plures et egregias ille ad populum habere solebat. Ita enim Ignatius[1]: *Non enim obliviscar utilitatis tuæ in me doctrinæ, nec ferventis mei in te ministerii mediocritatis: quum illius quidem deliciis me expleverim in flore juventutis, et a te fuerim*

[1] *Vita S. Tarasii*, cap. XII, n. 56, apud Bolland. ad diem XXV Febr. Tom. hujus mensis III, pag. 590.

initiatus in iis quæ sunt optima et præstantissima ex trimetris, tetrametris, trochaicis, et anapæsticis ac heroicis: hoc autem obierim in sacris, quæ a te concinne quotidie habitæ sunt, orationibus ad animarum ædificationem et augmentum universæ venerandæ Ecclesiæ: quas celeri calamo et atramento notis excipiens et optimis tradens scriptoribus studium adhibui, ut artificiose referrentur in codicem.

Alterum vero indicium ea præbent, quæ in ipsa oratione adversus Iconomachos dicta cernimus[1]. Inprimis enim hæc universim suadent, homiliam ad ea pertinere tempora, quibus adversus Iconoclastarum hæresim decertandum fuit. Id autem S. Tarasii ætati maxime convenit. Deinde vero si sedulo locus ille homiliæ perpendatur, haud contemnenda se offert ratio, cur Tarasio potius, quam alteri e multis, qui eamdem hæresim impugnarunt, tribuenda videatur. Contextus enim si inspiciatur, illico apparet, sacrum oratorem non quidem ultro sibi oblatam arripuisse occasionem de sanctarum imaginum cultu disserendi, sed eam studiose ac prope dixerim præter opportunitatem accersivisse. Hinc vero sua sponte elucet, homiliam in iis rerum adjunctis habitam fuisse, quæ ab episcopo postulabant, ut et opportune et importune veram de sacrarum imaginum cultu doctrinam fidelibus ingereret et inculcaret, eamque ab impiorum calumniis vindicaret. Atqui ejusmodi adjuncta et ad urbem Constantinopolitanam maxime spectant, quæ teterrimæ hujus hæreseos arx veluti fuerat, et inter Constantinopolitanos episcopos Tarasio potissimum conveniunt, cui plebis recentibus adhuc gravibusque vulneribus sauciæ cura gerenda fuit.

XV. Græcum hujus homiliæ exemplar unicum ad manum habui, quod ex codice Coisliniano exscribendam summa Eminentissimi viri Raphaelis Fornari curavit humanitas. Nam græcum quidem exemplar cujusdam Orationis S. Tarasii in Ambrosiana mediolanensi Bibliotheca olim exstitisse, fidem facit ejusdem Bibliothecæ index a Montfaucono descriptus[2], in quo legimus:

[1] § XIII.

[2] *Biblioth. Bibliothecar.* pag. 504, col. 2 *e*.

Tarasii Patriarchæ Oratio. Utut tamen conquisita diligentissime hæc modo fuerit, incassum eorum, qui hoc onus in se susceperunt, et quibus pro benevola ipsorum opera gratissimum me profiteor, curæ ceciderunt. Hinc et illud nobis incertum, an quæ a Montfauconio indicatur, eadem sit ac illa, quam subjicimus, an vero diversa, et alterius argumenti.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΤΑΡΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΑ ΕΙΣΟΔΙΑ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

Εὐλόγησον.

I. Φαιδρὰ καὶ παράδοξος ἡ παροῦσα πανήγυρις, καὶ τῶν φιλεορτῶν τὸν πόθον πρὸς ὑμνῳδίαν ἐγείρουσα, ἡ τῆς ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου ἐν τῷ ναῷ πρόοδος· σήμερον γὰρ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ κοινὴν ἑορτὴν ἐκτελοῦντες, ἀμφότεροι τὸν δημιουργὸν δοξολογοῦσι τὸν ἐκ βροτείας φύσεως τὴν θεόπαιδα κόρην ἐκλεξάμενον εἰς ἑαυτοῦ κατασκήνωσιν.

SANCTI PATRIS NOSTRI

TARASII ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

ORATIO

IN SS. DEI MATREM IN TEMPLUM DEDUCTAM.

Benedic.

I. Læta atque admirabilis hodierna celebritas, quæ studiosos cultores festorum dierum excitat ad hymnos concinendos, perpetuam Virginem Deique Matrem in templum progredientem prosequitur. Etenim hodie cœlum et terra communem agitant solemnitatem, et conjunctim laudant rerum opificem, qui e stirpe mortalium puellam, quæ Dei est filia, ad sui habitaculum delegit.

Σήμερον τοῦ πρὸ πάντων αἰώνων προορισθέντος μυστηρίου καὶ ἐπ' ἐσχάτων φανεροῦσθαι μέλλοντος, εὐτρεπίζεται οἰκητήριον. Σήμερον ἡ ἐξ ἐπαγγελίας τεχθεῖσα ἐξ Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης προσφέρεται ὑπ' αὐτῶν, τίμιον δῶρον, τῷ μετέπειτα ἐξ αὐτῆς τεχθῆναι εὐδοκήσαντι. Σήμερον τὸ τῆς χαρᾶς προοίμιον ἐν τῷ ναῷ εἰσάγεται τριετίζουσα, καὶ παρθένοι ταύτης μετὰ λαμπάδων προπορεύονται. Σήμερον ἡ λύσις τῆς στειρωτικῆς κατάρας, δῶρον εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων προσάγεται. Σήμερον τῶν προφητῶν τὸ κήρυγμα, ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προφήτου Ζαχαρίου εἰς τὰ ἄδυτα ἀνέρχεται· ἔνθα αὐτὸς ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μετ' εὐλαβείας εἰσήρχετο, αὕτη φαιδρῶς μετὰ ἀδείας ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐκαθέζετο.

II. Τίς οὐκ ἐκπλαγῇ πρὸς τὸ παράδοξον πρᾶγμα; τίς οὐκ ἐκπλήττεται ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θαύματι; τίς οὐκ ἐκπλαγῇ, βλέπων

Hodie sacramenti ante omnia sæcula præparati, cujus ad extrema tempora reservabatur manifestatio, apparatur domicilium. Hodie ex promissione genita, Joachimi et Annæ filia, ab iisdem pretiosum munus illi offertur, qui postea dignabitur ab ea generari. Hodie primordium lætitiæ adducitur in templum trimula, quam virgines cum lampadibus deducunt. Hodie in Sancta Sanctorum ceu donum ea infertur, quæ sterilitatis maledictionem abstulit [a]. Hodie a prophetis prædicata, sacerdote ac propheta Zacharia comitante, in sanctiores templi recessus ascendit; et quem locum semel ille quotannis cum metu adibat, in eo puella ista hilari cum securitate diu noctuque considebat.

II. Quis rei novitate non obstupescat? quis non suspiciat inusitatum prodigium? Quis non percellatur admiratione, cum

[a] In commentario planum fiet, sublimiorem his inesse sensum, quam ut mere significent, solutam Joachimi et Annæ sterilitatem. Etenim ad humanæ quoque naturæ sterilitatem spectant, quæ ad Mariam usque nullum fructum nisi maledictum protulerat. Vide quæ superius ea de re diximus in not. ad cap. X Orationis Petri Argivi in conceptione Deiparæ (pag. 137).

ἐν τῷ ἱερῷ παρεδρεύουσαν τὴν τοῖς ἱερεῦσι γεγονυῖαν ἀπρόσιτον Μαρίαν τὴν ἀμίαντον; τοῦτο τῆς πρὸς ἡμᾶς συναφείας προοίμιον· τοῦτο τῆς τῶν ἀγγέλων μετὰ ἀνθρώπων συμμίξεως προχάραγμα· τοῦτο τῆς ἡμῶν ἀνακαινίσεως ἐκσφράγισμα· τοῦτο τοῦ ἀκανθοφόρου [1] βίου ἡμῶν καὶ τῆς ἀποφάσεως τῆς προτέρας, τοῦ ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι, καὶ τοῦ ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ τὸν ἄρτον σου, ἡ μετάλλαξις· τοῦτο τοῦ, πληθύνω [2] τὰς λύπας σου καὶ τοὺς στεναγμούς σου [3], καὶ τοῦ, ἐν λύπαις τέξῃ [4] τέκνα, βεβαία ἀπολύτρωσις. Ταύτην οἱ πιστοὶ ἑορτάσωμεν τὴν πάντιμον ἑορτὴν, τὴν λαμ-

[1] Cod. ἀκανθηφόρου.

[2] Cod. τεχθῆναι.

[3] Potius quam cum communiori editione LXX, quæ habet τὸν στεναγμόν σου, Tarasius concordat cum editione Complutensi, quæ habet στεναγμούς σου.

[4] Cod. τέξῃς.

---

videat immaculatam Mariam in sacris adytis adsidentem vel ipsis sacerdotibus factam inaccessam? Hoc initium est divinæ nobiscum conjunctionis. Hæc prima sunt lineamenta futuræ inter angelos hominesque societatis. Hæc expressa effigies nostræ instaurationis. Hæc nostræ vitæ spinas ferentis[a] atque illius permutatio est sententiæ olim latæ[b]: *Maledicta terra in operibus tuis, spinas et tribulos submittet tibi*; et illius[c]: *In sudore vultus tui vesceris pane*. Hæc est certa redemptio ab inflicta illa pœna[d]: *Multiplicabo dolores tuos et gemitus tuos*; et ab illa[e]: *In dolore paries filios*. Agamus itaque fideles festum diem omni honore

[a] Ἀκανθοφόρος est *spinas ferens* seu *gerens;* passim autem apud Patres spinæ nomine heic *peccatum* intelligitur; adeo ut *spinas ferens* idem valeat, ac peccato *inquinatus;* id porro verissime dicitur de hominibus in statu naturæ lapsæ, a quorum tamen censu ut Deipara eximatur, postulat contextus.

[b] *Gen.* III, 17.

[c] *Ibid.* v. 19.

[d] *Ibid.* v. 16.

[e] *Ibid.*

πρὰν πανήγυριν, τὴν θείαις ἀποστίλβουσαν μαρμαρυγαῖς, τὴν νοηταῖς λαμπαδουχουμένην φωταγωγίαις, τὴν μυστικαῖς ἀγλαίζομένην φωτοδοσίαις, τὴν μυστικαῖς περιαστράπτουσαν τῷ κόσμῳ θεογνωσίαις, τὴν ἐν τρισὶ προσώποις μίαν θεότητα, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, διδάξασαν παντοκρατορίαν.

Διὸ ταύτας τὰς ὑποθέσεις ἀνακεφαλαιώσαντες, καὶ ἀρχὴν λαβόντες τῷ λόγῳ προσήκουσαν τῆς παρθένου τὴν ἐν τῷ ναῷ προσαγωγήν, ὅσον οἷόν τε διαγράψωμεν, καὶ τὴν τοῦ νόμου ἐκπλήρωσίν τε καὶ καρποδοσίαν ὑπαγορεύσωμεν· αὕτη γὰρ ἡ τῶν ἁγίων ἁγία, ἡ ἀκηλίδωτος τοῦ λόγου παστάς, τὸ παρθενικὸν ἀπάνθισμα, ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματος, τὸ ὄρος τὸ ἅγιον, ἡ θεοχώρητος σκηνή, ἡ ἀκατάφλεκτος βάτος, τὸ πυρίμορφον ἅρμα τοῦ Θεοῦ, ἡ περιστερὰ ἡ ἀμόλυντος, τὸ εὐρύχωρον τοῦ λόγου χωρίον, ἡ θεόφωτος νεφέλη, ἡ πεποικιλμένη βασίλισσα ἐκ σπέρματος Δαυὶδ καταγομένη, τῷ τοῦ Δαυὶδ κτίστῃ καὶ Θεῷ ἐτετήρητο εἰς ἑαυτοῦ κατοίκησιν.

III. Ἰωακεὶμ γὰρ ἐν τῇ δωδεκαφύλῳ τοῦ Ἰσραὴλ πλούσιος ὢν

---

dignissimum, clarissimamque solemnitatem, quæ divinis radiis splendescens, intelligibilibusque accensa luminibus, ac mysticis fulgoribus emicans, arcanas Dei cognitiones mortalibus coruscat; atque unam in tribus personis divinitatem, omnipotentiam Patris, et Filii, et Spiritus Sancti declarat.

Quare omnibus hisce argumentis in summam collectis, accommodate dicenti principium a Virginis deductione in templum pro viribus describenda faciamus, ac deinde legis implementum et editos gratiæ fructus oratione prosequamur. Ipsa enim Sancta Sanctorum, immaculatu Vserbit halamus, virginea virga florens, arca sanctificationis, mons sanctus, tabernaculum Dei capax, incombustus rubus, flammivolus Dei currus, columba impolluta, amplissima Verbi sedes, nubes a Deo illuminata, variegata regina e semine David prognata, in sui habitationem a Davidis Creatore ac Deo servata fuerat.

III. Joachimus itaque e duodecim Israelis tribubus homo dives

καὶ δίκαιος, προσέφερε τὰ δῶρα αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεόν. Μὴ ἔχοντος δὲ σπέρμα αὐτοῦ, ἀλλ' ὄντος ἄπαιδος, ἀπεσκοράκισαν ταῦτα οἱ ἱερεῖς ἐκ ναοῦ Κυρίου, λέγοντες· Οὐκ ἔξεστί σοι προσενεγκεῖν αὐτὰ τῷ Θεῷ, καθότι σπέρμα οὐκ ἐποίησας ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ σκυθρωπάσας αὐτὸς, κατῆλθεν ἐκ ναοῦ Κυρίου, λύπῃ συνεχόμενος· καὶ ἐν τῷ ὄρει καταμόνας τὸν Θεὸν λιτανεύσας, μετὰ συντετριμμένης καρδίας, καὶ κατωδύνου ψυχῆς, ἐβόα λέγων· Σὺ, Κύριε καρδιογνῶστα, ὁ τῶν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων κτίστης, ὁ τὸν οὐρανὸν τανύσας ὡσεὶ δέρριν, ὁ τὸν ἥλιον εἰς φαῦσιν τῆς ἡμέρας προστάξας γενέσθαι καὶ τὴν σελήνην εἰς διαδοχὴν τῆς νυκτὸς μετὰ τῶν ἀστέρων ποιήσας· ὁ τοῖς νέφεσι τὸν ἀέρα βρέχειν κελεύσας, καὶ τῶν ἀνέμων τὰς πνοὰς θησαυρίσας· ὁ τὴν θάλασσαν χαλινώσας τῇ ψάμμῳ καὶ ταύτην γένους ἰχθύων πληρώσας, καὶ τὴν ἄπειρον ἀλόγων καὶ τῶν θηρίων καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ ταῦτα τρέ-

---

idemque justus, sua in Dei honorem munera deferebat. Sed quum semine infœcundus ac liberorum expers esset, sacerdotes e templo Domini ejus dona contumeliose rejecerunt hisce verbis: *Haudquaquam ista Deo offerre tibi fas est, quippe qui nulla sobole auctus fueris in Israele.* At ille oculis vultuque præ tristitia demissis excessit e templo Domini mœrore oppressus; tum solus in monte ad supplicandum Deum conversus, contrito corde ægroque animo sic clamabat: Tu, Domine, cordium inspector, et rerum omnium tum visibilium tum invisibilium conditor, qui *cœlum extendisti sicut pellem*[a], qui solem verbo tuo creasti ad illuminandum diem, et lunam cum stellis, ut facem præberet nocti[b], qui nebulis madefieri aerem jussisti, qui flamina ventorum quasi claustris conclusisti, qui mare frænasti arenis, ipsumque omni piscium genere, quemadmodum terram quoque brutis animantibus et feris et alitibus, ditasti, et escam omnibus pro tua voluntate ac nutu suppeditas, qui in terræ superficie herbas

[a] *Ps.* CIII, 2.
[b] *Gen.* I, 16.

φων βουλήσει καὶ προστάξει· ὁ τῷ προσώπῳ τῆς γῆς χόρτον ἐξανατέλλων, καὶ πᾶσι δένδροις τὰ ἴδια καλλωπίσας, ἐπάκουσόν μου, εὔσπλαγχνε, καὶ δώρησαί μοι τέκνον, χάρισταί μοι καρπογονίας ἐνέχυρον, ὅπως ἐμφραγῇ χείλη τὰ δόλια, τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ δικαίου ἀνομίαν ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ ἐξουδενώσει.

Ταῦτα τοῦ δικαίου τὰ ῥήματα· αὗται τοῦ προπάτορος αἱ παρακλήσεις· τοιοῦτοι τοῦ Ἰωακεὶμ ἐκ κατωδύνου ψυχῆς οἱ στεναγμοί.

IV. Τί δὲ καὶ ἡ Ἄννα; καλὸν γὰρ καὶ αὐτῆς τῶν ῥημάτων ἀπομνημονεῦσαι. Αὕτη γὰρ τῷ ἀνδρὶ σύμφωνος συμβιοτεύσασα, καὶ τὸ τῆς νεότητος ἄνθος εἰς γῆρας ἐλάσασα [1], στείρα διέμεινε πάντα τὸν χρόνον αὐτῆς· λοιπὸν καὶ τὰ τῶν γυναικῶν ἀναπληρώσασα, φυσικῇ διαθέσει ἄτεκνος ἐγνωρίζετο. Ὅθεν τὴν ἀναχώρησιν τοῦ συζύγου θεωρήσασα, ὡς τρυγὼν φιλέρημος, ἐν τῷ αὐτῆς παραδείσῳ εὐχαῖς ἱκετηρίοις τὸν ποιητὴν καὶ πλάστην ἀνακαλου-

[1] Cod. ἐλελάσασα.

---

producis, et omnes arbores sua quasque pulchritudine exornas, exaudi me, o misericors, et mihi sobolem largire. Pignus propagandæ stirpis da mihi, ut obstruantur *labia dolosa, quæ iniquitatem loquuntur adversus justum superbe atque insolenter*[a].

Hæc hominis justi verba, hæ progenitoris obtestationes, tales Joachimi ex penito animi dolore gemitus.

IV. Quid vero etiam Anna? quippe juvat ejus quoque dictorum mentionem facere. Illa enim, quæ concors vixerat una cum viro, et flore ætatis amisso jam vergebat in senium, in perpetua jacuerat sterilitate. Ceterum quum ei jam muliebria desiissent, dignoscebatur exsors concipiendi fœtus conditione ipsa naturæ. Itaque mariti animadverso in devium locum secessu, tamquam turtur appetens solitudinis in horto suo supplicibus precationibus artificem rerum atque effectorem ita obsecrabat: O Domine

[a] *Psalm.* XXX, 18, 19.

μένη, ἔλεγεν· Ὦ Κύριε Σαβαὼθ, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ, καὶ δοξαζόμενος ὑπὸ τῶν Σεραφίμ· ὁ μυριάσι μυριάδων ἀγγέλων θορυβορούμενος, καὶ χιλιάσι χιλιάδων στρατιῶν δοξολογούμενος καὶ προσκυνούμενος· ὁ τὸν Ἀδὰμ πλάσας τῇ χειρί σου, καὶ αὐτῷ ζωὴν ἐνθεὶς τῇ ζωηρόρῳ σου προστάξει καὶ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ἀνοικοδομήσας γυναῖκα· ὁ τῇ σοφῇ σου εὐδοκίᾳ ποιήσας αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτὸν, καὶ εἰς ἓν τοὺς δύο συνάψας, ἔσονται οἱ δύο, εἰπών, εἰς σάρκα μίαν· ὁ τῷ Ἀβραὰμ, τῷ σῷ θεράποντι καὶ πατριάρχῃ, δωρησάμενος υἱὸν τὸν Ἰσαὰκ, μετὰ γῆρας καὶ μετὰ τὴν στείρωσιν τῆς Σάρρας, καὶ ποιήσας αὐτὸν πολλῶν ἐθνῶν πατέρα· ὁ τῇ ὁμωνύμῳ καὶ ὁμοφύλῳ μοι Ἄννῃ χαρισάμενος τὸν κάλλιστον παῖδα καὶ ἱερὸν Σαμουὴλ, ὡς θεόσδοτον εὐχῆς υἱὸν, καὶ τοῦ ψεύδους καὶ μίσους θρίαμβον· ἔπιδε ἐξ ἁγίου σου κατοικητηρίου, ὕψιστε, καὶ ἄνοιξόν μοι τὴν μήτραν πρὸς παιδογονίαν, δίωξόν

---

exercituum, *qui sedes super Cherubim*[a], quem glorificant Seraphim, cui parent ad ministerium angelorum *decies millies centena millia*, quem *millia millium*[b] agminum collaudant et venerantur, qui Adamum tua manu finxisti, ipsique vitam jussu tuo vivifico indidisti, et ex ejus latere mulierem ædificasti, qui pro tua sapienti ordinatione *adjutorium sibi simile*[c] ipsi fecisti, et duos in unum copulasti, *erunt*, inquiens, *duo in carnem unam*[d], qui Abrahamo servo tuo et patriarchæ dedisti filium illum Isaacum post senectutem ac sterilitatem Sarræ, eumdemque effecisti patrem multarum gentium, qui Annæ cognomini et tribuli meæ pulcherrimum et sacrum puerum donasti Samuelem, veluti filium in supplicationum gratiam divinitus concessum ac veluti triumphum de mendacio odioque reportatum; *intuere*, o altissime, de *tabernaculo sancto tuo*[e], aperi ad conceptum sobolis uterum

[a] Dan. III, 55.
[b] Dan. VII, 10.
[c] *Gen.* II, 18.
[d] *Gen.* III, 24.
[e] Bar. II, 16.

μου τὴν λύπην τῆς στειρώσεως, καὶ διάρρηξόν μου τὰ δεσμὰ τῆς ἀτεκνίας, ὅπως τὸ γεννησόμενον ἐκ τῆς δούλης σου βλάστημα, εἴτε ἄρσεν εἴτε θῆλυ, δῶρον προσάξω σοι, ὡς θυμίαμα εὐῶδες, ὡς καθαρὰν προσφοράν, ὡς τίμιον δῶρον, ὡς ἱερὸν ἀνάθημα, ὡς θεῖον κατοικητήριον, ὡς ἀμίαντον ἀμνάδα, ὡς πρωτότοκον ἀμνόν, ὡς νέον Ἰσαάκ.

V. Οὕτω τοίνυν ἀμφοτέροις ἐπικαλουμένοις ὤφθη αὐτοῖς ἄγγελος Κυρίου, τῆς παναγίας τὴν σύλληψιν εὐαγγελιζόμενος, λέγων· εἰσήκουσεν ὑμῶν ὁ Ὕψιστος τῆς δεήσεως, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τέξεσθε θυγατέρα, τὴν ἐκ πασῶν γενεῶν μακαρίαν, ἐκλελεγμένην εἰς Θεοῦ κατοικητήριον. Ταῦτα τοῦ ἀγγέλου περιχαρῶς εὐαγγελιζομένου, κατῆλθε μὲν Ἰωακεὶμ ἐκ τοῦ ὄρους μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης καρδίας· γόνιμος δὲ παρ' ἐλπίδα ἡ ἄκαρπος ἀνεδείχθη τῆς Ἄννης γαστὴρ, ἐκ θελήματος σαρκὸς καὶ ἐκ θελήματος ἀν-

---

meum, excute a me infœcunditatis mœrorem, et abrumpe vincula meæ sterilitatis, ut natum ex me famula tua fructum, sive filiolus ille fuerit sive filiola, munus tibi offeram, velut sacrificium in odorem suavitatis, velut oblationem mundam, velut donum pretiosum, velut sancte dedicatum donarium, velut divinam ad inhabitandum ædem, velut agnam immaculatam, velut agnum primogenitum, velut novum Isaacum.

V. Utrisque igitur sic precantibus adstitit Angelus Domini, qui sanctissimæ Mariæ conceptum nuntiavit, inquiens: Altissimus exaudivit preces vestras, ac brevi filiam gignetis, beatam illam, quæ ex omnibus generationibus in Dei habitationem electa est. Ubi hunc Angelus edidit lætissime nuntium, Joachimus mirificis gaudiis gestiens descendit de monte, Anna vero uterum, qui sterilis fuerat, fœcundum experta est[a] ex voluntate carnis et

[a] Plane suspicor, e textu græco particulam negativam excidisse, 1° quia eam particulam exigunt allegata Johannis (I, 13) verba, 2° quia secus nulla causa subest memorandi *carnis ac viri voluntatem;* 3° quia id postulat vulgata veterum sententia, in Virginis conceptu omnem carnis concupiscentiam a genitoribus abfuisse.

ὁρὸς, καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἐννεαμηνιαίας αὐξήσεως γνωρίσασα, ἔτεκε τὴν πανάχραντον παρθένον καὶ θεοτόκον Μαρίαν, τὴν τοῦ κόσμου πρόξενον σωτηρίας.

VI. Καὶ μηδεὶς τῶν τῆς Ἐκκλησίας τροφίμων τοῦτον εἰσδέξηται τὸν λόγον, ὑποβάλλοντα, ὡς ἑπταμηνιαία ἡ παρθένος ἐτέχθη. Καὶ γὰρ πολλοὺς τῶν ἀφρόνων ταῦτα φιλονεικοῦντας ἀκήκοα, οὓς ἐγὼ τῶν ἀπίστων χείρους εἶναι δοκῶ. Ταῦτα γὰρ αἱρετικῶν εἰσιν ἐφευρήματα· ταῦτα τῆς Ἐκκλησίας ἀντίθετα, τῶν ὀρθοδόξων ἀλλότρια· ἡ γὰρ παρθένος καὶ θεόπαις Μαρία τέλειον τὸν χρόνον τῶν ἐννέα μηνῶν ἐν τῇ τῆς Ἄννης κοιλίᾳ ἐξετέλεσεν, ὡς ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη θηλοῖ· ἀλλὰ τῶν ἀφρόνων τὰ στόματα μηδενὰ μῶμον πρὸς τὴν ἄμωμον εὑρεῖν δυνάμενα, τοῦτον τὸν λόγον τῇ γραφῇ πε-

---

ex voluntate viri; tum cognita post novem menses maturitate partus, genuit intemeratam Virginem et Dei Matrem Mariam, salutis mortalium conciliatricem.

VI. Jam sententiam illam spuriam, quæ perhibet septimo mense post conceptum fuisse Virginem genitam, nemo in Ecclesia innutritus probaverit. Multos enim fatuos audivi de hac re contendentes, quos ego judico infidelibus deteriores, quum hæreticorum propria sint ejusmodi inventa. Hæc Ecclesiæ adversa sunt, a recte sentientibus plane aliena. Virgo enim *ac Dei filia* Maria maturum novem mensium spatium in alvo matris absolvit, ut postulat humana natura. Verum stultorum ora, quæ nullam labem in illibata[n] potuerint invenire, sententiam hanc Scriptura

[n] Palam heic est, quantopere Patres a suspicione cujuspiam in S. Virgine labis abhorruerint. Nedum enim peccati macula, quæ animam inficit, sed et naturalem defectum, eumque levissimum non absoluti novem mensium in matris utero spatii Deiparæ tribuisse, id enimvero ceu maxime injurium tum ipsi Virgini tum etiam Ecclesiæ autumant. Sed rursus hæreticos heic cernimus, qui exprobrare Virgini aliquid cum maxime velint, eo demum confugiunt, ut non expletum commune gestationis tempus comminiscantur. At vero numquid non deterius aliquid ad manum ipsis erat, quod objicerent, siquidem Mariam non secus ac reliquos Adæ filios natura fuisse filiam iræ saltem suspicari per com-

ριέθηκαν, πόρρω τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ ὀρθοῦ πίπτοντα. Καὶ μηδεὶς καταδέξηται τῶν ἀφελεστέρων· τοὺς γὰρ εὐφρονοῦντας πέπεισμαι μηδὲ μέχρις ἀκοῶν ποτε τὸ ῥῆμα τοῦτο ὑπεισελθεῖν, ὅτι τὰ τῆς γραφῆς ἐπιμελῶς ἀναγινώσκοντες, νοήσεσι θείαις ταύτην ἐφερμηνεύουσι. Καὶ ὅταν ἐν αὐτῇ ζιζάνιον εὕρωσιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν σπειρόμενον, ὡς τέκνα τῆς Ἐκκλησίας τελείως ἐκκόπτουσιν.

VII. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν, τὸν εἱρμὸν τῆς διηγήσεως καὶ τῆς γεννήσεως διοδεύοντες καὶ ἐξηγούμενοι· τῶν γὰρ ῥημάτων διὰ πραγμάτων εἰς τοὐμφανὲς ἐλθόντων, καὶ τῆς ἀμώμου καὶ θεόπαιδος κόρης, ἐκ τῶν δικαίων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης γεγεννημένης, καὶ τὰς ὑποσχέσεις αὐτῶν ἐκπληρῶσαι ἐσπουδακότων, ἦν

affinxerunt a vero rectoque sensu longissime abhorrentem. Sed nec quispiam e simplicioribus illam animo imbibat; quod enim ad prudentiores spectat, existimo eos ne passuros quidem, ut vel ipsis auribus tale quiddam hauriant; quia Scripturæ verba studiose legentes eam divinis sensibus interpretantur, et si quando in ipsa zizaniam ab inimicis disseminatam reperiunt, ut filii Ecclesiæ penitus exstirpant.

VII. Sed nunc ad propositum revertamur, narrationis seriem, atque ea quæ ad nativitatem spectant, percurrentes atque explicantes. Quum enim prænuntiata exitum perspicue habuissent, et immaculata puella ac Dei filia[a] a justis Joachimo et Anna fuisset progenita, hi serio operam posuere, ut liberarent promissi fidem.

mumem fidelium sententiam licuisset? Talem ergo se prodit Patrum juxta atque hæreticorum sententia, quæ ab originali vitio Deiparæ adscribendo prorsus abhorreat.

[a] Mirum videri posset, quod Tarasius ad Mariam indigitandam passim utatur absolute atque antonomastice voce θεόπαις, quæ idem valet ac *filia Dei*, seu *nata a Deo*. Verum si quis ecclesiastica Græcorum Officia pervolvat, reperiet, hunc non peculiarem Tarasii, sed communem omnium Orientis Ecclesiarum morem exstitisse. Atque exinde colligitur, illis universim Ecclesiis insitam fuisse sententiam de speciali quadam Mariæ prærogativa, quæ et ad originem ejusdem pertineret, et apte per appellationem θεόπαιδος (Dei filiæ) celebraretur.

ἰδεῖν τὴν θεόφρονα Ἄνναν ἀγαλλιωμένην καὶ σκιρτῶσαν καὶ χαριέντως πρὸς τὴν παρθένον λέγουσαν· τίς ἔλεγεν ἐξ ἐμοῦ σὲ, θύγατερ, προελθεῖν τὴν ἐκ γενεαῖς γενεῶν μακαρίαν ἀποδειχθεῖσαν; τίς ἐν τοῖς κόλποις μου θεωρῶν σε γαλουχουμένην, μὴ δοξάσει τὸν σέ μοι χαρισάμενον τῇ στείρᾳ καὶ ἀτέκνῳ; τίς τοὺς μαστοὺς τοὺς μήπω γάλα βλύσαντας ὁρῶν ἤδη πηγάζοντας, μὴ μεγαλυνεῖ τὸν ἐξ ἀκροτόμου πέτρας βλύσαντα τὰ ὕδατα τῷ διψῶντι λαῷ; ἀλλὰ δεῦρο, θύγατερ, πρὸς τὸν σέ μοι παρασχόντα· δεῦρο, κιβωτὲ τοῦ ἁγιάσματος, πρὸς τὸν εὔσπλαγχον δεσπότην· δεῦρο, πύλη τῆς θείας ζωῆς· δεῦρο, παστὰς τοῦ λόγου, πρὸς τὸν ναὸν Κυρίου. Εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου, ἡ τοῦ κόσμου χαρὰ, καὶ ἀγαλλίασις· ἀπόλαυσον τούτου τῆς ὡραιότητος, ὅνπερ μετὰ μικρὸν τέξεις ὡς ἄνθρωπον· μακαρία εἰμὶ, ὅτι τοιαύτης θυγατρὸς μήτηρ ἀνηγόρευμαι· συγχάρητέ μοι, φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι μετὰ στείρωσιν μήτηρ ἀναδέδειγμαι [1], ἥτις ἀναδειχθήσεται μήτηρ τοῦ Ὑψίστου· ἐξ-

[1] Supplendum videtur ταύτης aut aliud ejusmodi, v. g. μήτηρ ἀναδέδεγμαι (τῆς ἀμώμου καὶ θεόπαιδος κόρης), ἥτις.

Igitur licebat videre piam Annam exsultantem, ac gestientem, et Virginem hisce verbis festivissime compellantem: Quis dixisset, filia, ex me te prodituram, quæ beata commonstrata es in generationes generationum? Quis te inter meas ulnas adspiciens lac sugentem, non illum laudaverit, qui te dedit mihi fœcunditatis et prolis experti? Quis intuens hæc ubera lacte, quod numquam emiserant, jam redundantia, non eum magnifice efferat, qui e duro silice aquæ scatebras sitienti populo elicuit? Sed veni, filia, ad eum qui te mihi elargitus est. Veni, arca sanctificationis, ad misericordiæ Dominum. Veni, porta divinæ vitæ; veni, thalame Verbi, ad templum Domini. Intra in gaudium Domini, tu mundi gaudium et exsultatio. Fruere ejus pulchritudine, quem non ita multo post humana forma indutum paries. Ego vero beata sum, quæ talis filiæ mater prædicor. Congratulamini mihi, tribus Israelis, quoniam post sterilitatem mater sum ejus effecta, quæ

ἀρξατε, παρθένοι λαμπαδηφόροι, καὶ προπορεύεσθε ἔμπροσθεν τῆς ἀμιάντου παρθένου καὶ θεόπαιδος· ᾄσατε αὐτῇ ἐν αἰνέσει· ψαλατε αὐτῇ ἐν κιθάρᾳ· ἀλάλαξατε αὐτῇ μετ' ᾠδῆς πνευματικῆς· μεγαλύνατε ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ. Δαυὶδ αἴνεσον Θεοπάτορ, τὴν ἐκ φυλῆς σου ἀναδειχθεῖσαν κόρην, ὑμνολογῶν μεγαλοφώνως, καὶ λέγων· ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου.

VIII. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια ἡ χαριτώνυμος Ἄννα λέξασα, τὸ τῆς Τριάδος κειμήλιον, χαίρουσα τῇ σαρκὶ τριετίζουσαν τὴν παρθένον καὶ θεοτόκον εἰς τὸν ναὸν Κυρίου προέπεμψε, καὶ σὺν τῷ Ἰωακεὶμ ᾠδὰς εὐχαριστηρίους ἀναπέμπουσα, καὶ ὅλον τῶν παρθένων λαμπαδηφοροῦντα συγκαλεσαμένη, κατέλαβε τὰ τῶν ἁγίων ἅγια· καὶ τὸν Ζαχαρίαν χαρμονικοῖς χείλεσι, καὶ ἀγαλλιάσει στόματος, ὅτε προφήτην καὶ ἱερέα καὶ συγγενῆ καὶ λειτουρ-

---

mater Altissimi constituetur. Exsurgite, virgines ferentes lampades, et præite immaculatam Virginem, et Dei filiam. Cantate ei in laude, psallite ipsi in cithara, acclamate illi cum cantico spirituali, psalterio decachordo eam magnificate. Tu quoque, David Dei progenitor, puellam lauda profectam de stirpe tua, et magniloquum hymnum effer sic inquiens[a]: *Audi filia et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum.*

VIII. Cum hæc, aliaque horum similia Anna gratiæ cognominis dixisset, pretiosum illum Trinitatis thesaurum, tres annos natam, Virginem Deique matrem in templum Domini lætabunda deduxit, et cum Joachimo hymnos in gratiarum actionem effundens, convocatoque virginum cœtu gestantium faces, aditum qui ducit ad Sancta Sanctorum, occupavit. Atque ibi Zachariam, quippe qui et propheta erat et sacerdos et consanguineus et ad-

[a] *Ps.* XLIV, 11, 12.

γὸν τῆς νομικῆς διαθήκης, προσεκαλεῖτο ἡ τιμία ξυνωρὶς τῶν γεννητόρων, βοῶσα· δέχου, Ζαχαρία, τὴν σεμνὴν, τὴν ἀμίαντον· δέχου, ἱερεῦ, τὴν ἀκηλίδωτον παστάδα τοῦ λόγου· δέχου, προφῆτα, τὸ θυμιατήριον τοῦ ἀΰλου φωτός· δέχου, δίκαιε, τὸ πυρίμορφον ἅρμα τοῦ Ὑψίστου· δέχου, ἄμεμπτε, τὴν ὡραίαν ἄμπελον, ἥτις βλαστήσει τὸν ἀείζωον βότρυν· εἰσάγαγε αὐτὴν εἰς τὰ ἐνδότατα τοῦ ναοῦ Κυρίου· πρόσφερε αὐτὴν εἰς τόπον ἁγιάσματος, ὃ κατειργάσατο ὁ Ὕψιστος εἰς ἑαυτοῦ κατασκήνωσιν· ἀνάγαγε ταύτην εἰς τὰ ἄδυτα, τὸν ἀόρατον ἐν κοιλίᾳ βαστάζειν ἐπειγομένην· μακάρισον αὐτὴν τὴν μακαρίους πάντας βροτοὺς ἀναδείξασαν· μεγάλυνον ταύτην, τὴν τῶν μεγαλουργιῶν Θεοῦ ἀναδειχθεῖσαν

---

minister legitimi testamenti, venerandum illud conjugum par lætantibus labiis atque oris exsultatione appellabat clamans : Accipe, o Zacharia, sanctam immaculatam; accipe, sacerdos, intemeratum Verbi thalamum; accipe, o propheta, thuribulum lucis ab omni materia secretæ; accipe, o juste, ignitum currum Altissimi. Accipe, o inculpate, floridam vitem, quæ racemum æternæ vitæ efferet; intromitte illam in intimos recessus templi Domini; infer illam in locum sanctuarii, quod Altissimus in sui domicilium secrevit; inducito hanc in sanctissima penetralia, quæ mox in utero eum portabit, qui oculis cerni non potest; beatam ipsam prædica, quæ beatos efficit omnes mortales; magnifice hanc lauda, quæ prolata est velut divinitus conscriptus liber magnalium Dei". Excipe hanc, quæ a maledicto in primam

" Colligere hinc est, haud rem acu eos tangere, qui putent ad illibatam dumtaxat Virginis integritatem, et ad divinam Verbi Conceptionem referendum esse, quod ipsa sub libri seu tomi symbolo exhibeatur solo Dei digito conscripti. Namque ad characteres Dei manu in ipso volumine exaratos refertur quidquid magnifice in ipsa operatus est Dominus. Ergo Virginem celebrasse ceu mundissimum tomum, quem Deus solus exaraverit, perinde est atque profiteri, nulla prorsus nota, præterquam divina, beatam illam animam signatam fuisse.

βίβλον θεόγραφον· ἀνάλαβε ταύτην, τὴν ἐκ τῆς προμήτορος Εὔας κατάρας ἡμᾶς ἀπαλλάξασαν· ἄσπασαι ταύτην, τὴν πρὸς τὸν Θεὸν φιλανθρωπίᾳ ἡμᾶς συνδήσασαν, καὶ τὴν ἔχθραν τοῦ ὄφεως τῷ αὐτῆς τόκῳ καθελοῦσαν· ἀγκάλισαι αὐτὴν, τὴν ἐξ ἀγκαλῶν τοῦ ὄφεως ἡμᾶς ἁφαρπάσασαν· προφήτευσον περὶ ταύτην, τὴν τῶν προφητῶν ἀναδειχθεῖσαν πλήρωσιν, καὶ τῆς ἐπαγγελίας Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἀνακεφαλαίωσιν· τὴν τράπεζαν τοῦ θείου ἄρτου, τὸν οἶνον τὸν εὐφρόσυνον, τὴν τροφὴν τὴν ἀθάνατον, τὴν περιστερὰν τὴν ἀκεραίαν, τὸν οὐρανὸν τὸν ἔμψυχον, τὴν πολύφωτον λυχνίαν, τὴν πολυύμνητον νύμφην, τὴν πολύαινον μητέρα, τὴν θεοπότιστον ἐλαίαν, τὸ θεῖον ὄχημα τῆς τοῦ Ὑψίστου οἰκονομίας, τὴν

---

parentem Evam immisso nos liberat[a]: complectere hanc, quæ nos cum Deo charitate colligavit, et inimicitiam serpentis fraude inductam suo partu abstulit; implica istam brachiis, quæ nos ab implexu serpentis abtrahit[b]. De hac vaticinare, quæ propheticorum vaticiniorum implementum, divinarumque promissionum compendium in se exhibet. Ipsa mensa divini panis, vinum exhilarans, cibus gratuitus, columba illibata, cœlum animatum, lampas valde rutila, sponsa multis hymnis celebrata, mater multis laudibus ornata, oliva divinitus irrigata, divinum vehiculum dispensationis Altissimi, tabernaculum sanctum, candelabrum a Deo fabrefactum[c], agna rationalis, propitiatorium Dei,

[a] Siquidem sermo fit de maledicto propter peccatum in omnes Evæ filios inflicto, jam concludere hinc licet, Mariam igitur hoc maledicto exemptam exstitisse; idque non modo quia a jacentibus sub maledicto vi contextus disjungitur, sed multo magis quia maledicto obnoxius potius quam alios eripiat, ipse indiget a quo eripiatur.

[b] Sponte sua ac manifestissime hinc consequitur, Mariam igitur serpentis brachiis implicatam non fuisse. Evidenter enim hæc est conditio et quidem necessaria illius, qui alios a serpentis brachiis abstrahat. Implicari autem brachiis serpentis quid est aliud, quam peccati originis reatu obstringi? Iterum ergo per hæc Tarasius Virginem ab originali reatu immunem prædicat.

[c] En vulgatissimum illud apud Patres Mariæ encomium, quo ipsa multi-

σκηνὴν τὴν ἁγίαν, τὴν λυχνίαν τὴν θεοχάλκευτον, τὴν ἀμνάδα τὴν λογικήν, τὸ ἱλαστήριον τοῦ Θεοῦ, τὸ σκεῦος τὸ ἀτίμητον, τὸ κειμήλιον τὸ ἔνδοξον, τὴν σάλπιγγα τὴν εὔηχον, τὸ πῖον ὄρος καὶ τετυρωμένον, τὸν θεῖον πόκον, τὴν θεόβρυτον νεφέλην, τὴν πόλιν τὴν ἔντιμον, τὸ νοητὸν καταπέτασμα, τὸν θεολάξευτον λύχνον, τὴν κλίμακα δι' ἧς ὁ κτίστης τοῖς βροτοῖς ὀφθήσεται, τὴν κλίνην τὴν ἁγίαν, τὸ δοχεῖον τῆς χρηστότητος, τὴν τῶν θαυμάτων ἄβυσσον, τὴν πηγὴν τῶν ἀγαθῶν, τὸν ἄσυλον πλοῦτον, τὴν πολυώνυμον καὶ πολυποίκιλον καὶ ἀειπαρθένον θεοτόκον. Ταύτην εἰσάγαγε εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ταύτην προσάγαγε τῷ βασιλεῖ, ὡς δῶρον πολύτιμον, ταύτην αἴνεσον, ὡς βασιλίδα τῆς κτίσεως, ταύτην εὐτρέπισον, ὡς παλάτιον τοῦ παντάνακτος, ταύτην ὑμνολόγησον, τὴν πασῶν τῶν παρθένων φύλακα ἄσυλον· ταύτην κατασκήνωσον εἰς

---

vas inæstimabile, thesaurus honorificus, tuba suaviter sonans, mons *pinguis et coagulatus*[a], divinum vellus, nubes Deo referta, urbs admiranda, aulæum spiritale, lucerna divinitus excusa, scala per quam descendens creator inter homines videbitur, cubile sanctum, gratiæ receptaculum, miraculorum abyssus, fons bonorum, divitiarum copia inviolabilis, multis nominibus atque dotibus insignata et semper Virgo Dei mater. Hanc introducito in Sancta Sanctorum, hanc regi afferto tamquam pretiosissimum donum, hanc lauda velut reginam universitatis rerum, hanc appara ut palatium regis universorum, hanc hymnis extolle ut tutum præsidium omnium virginum, huic sedem in templo ma-

plici sub symbolo ædificata seu formata a Deo dicitur. Quoniam vero jam alias diximus hanc Mariæ formationem seu ædificationem solemni cultu per *Conceptionis festum* celebratam in Ecclesia fuisse, atque ideo celebratam fuisse quod sancte et Sancto Spiritu cooperante ædificata fuerit; proinde quoties Mariam a Patribus laudatam reperimus tamquam opus a Deo ipso arte divina fabrefactum, toties doctrinæ in Ecclesia vigentis de sancta Virginis origine iteratam habemus confessionem.

[a] *Ps.* LXVII, 7.

ναὸν χειροποίητον τὴν γενομένην ναὸν ἔμψυχον τοῦ λόγου πάντα τεκτηναμένου.

IX. Αὗται τοῦ Ἰωακεὶμ καὶ τῆς Ἄννης αἱ χαρμονικαὶ δοξολογίαι· αὗται τῆς εὐχαριστίας αἱ ὑμνολογικαὶ θεηγορίαι· αὗται πρὸς τὸν προφήτην Ζαχαρίαν αἱ παῤῥησιαστικαὶ μαρτυρίαι· ὅθεν ὁ ἱερεύς, ὡς προφήτης Θεοῦ, καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἅγια ἐν μεθέξει Θεοῦ καθελών, ὁρῶν τῆς παρθένου τοῦ ὄμματος τὴν καλλονήν, τοῦ προσώπου τὸ ὡραῖον, τῆς γλώττης τὴν αἴνεσιν, τῆς ψυχῆς τὴν εὐγένειαν, τοῦ βίου τὸ ἄμεμπτον, τῶν ποδῶν τὸ βάδισμα, τὴν καταστολὴν τοῦ ἤθους, τοῦ σχήματος τὴν εὐπρέπειαν, πνεύματος ἁγίου πλησθείς, ἐξεβόησεν· ὦ κόρη ἀμίαντε· ὦ παρθένε ἀμόλυντε· ὦ νεᾶνις πάγκαλε· ὦ γυναικῶν ἀγλάϊσμα· ὦ θυγατέρων καλλώπισμα· ὦ μῆτερ παρθένε ἁγία· σὺ, εὐλογημένη ἐν γυναιξί· σὺ δεδοξασμένη τῇ ἁγνείᾳ· σὺ ἐσφραγισμένη τῇ παρθενίᾳ· σὺ τοῦ Ἀδὰμ τῆς κατάρας ἡ λύσις· σὺ τῆς Εὔας τοῦ ὀδύνματος ἡ πλήρωσις· σὺ τοῦ Ἄβελ ἡ καθαρωτάτη προσφορά, καὶ πρωτοτόκων πρόθεσις.

---

nufacto præbe, quæ templum animatum est Verbi omnium conditoris.

IX. Hæ fuerunt ab Joachimo et Anna editæ lætæ prædicationes, hæ Deo redditæ cum gratiarum actione laudationes, hæ apud prophetam Zachariam datæ summa cum fiducia testificationes. Quare sacerdos, ut Dei propheta, quique tenens Sancta Sanctorum particeps Dei erat, intuens in Virgine aspectus pulchritudinem, vultus decorem, linguæ modestiam, animi nobilitatem, vitæ inculpatum decus, pedum incessum, morum compositionem, decentiam habitus, afflatu sancti Spiritus concepto exclamavit: O puella immaculata, o virgo impolluta, o adolescentula venustissima, o mulierum ornamentum, filiarum nitor, o mater Virgo sancta, tu benedicta inter mulieres, tu celebrata propter innocentiam, tu obsignata virginitate; tu Adami maledicti expiatio, tu debiti Evæ solutio: tu Abelis purissima oblatio,

ἄκακος θυσία· σὺ τοῦ Σὴθ ἡ κατακόσμησις· [σὺ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐν γαστρὶ βαστάσασα, ὠδινήσεις ἀπόνως·] σὺ τοῦ Ἐνὼς ἐν Θεῷ ἐλπὶς ἀκαταίσχυντος· σὺ τοῦ Ἐνὼχ ἡ εὐαρέστησις, καὶ πρὸς τὸν ἄσυλον βίον μετάστασις· σὺ τοῦ Νῶε ἡ κιβωτὸς, καὶ τῆς δευτέρας παλιγγενεσίας ἡ πρὸς Θεὸν οἰκείωσις· σὺ τοῦ Μελχισεδὲκ τῆς βασιλείας καὶ ἱερατείας ἀγλάϊσμα πάμφωτον· σὺ τοῦ Ἀβραὰμ ἡ πίστωσις, καὶ τῆς ἐπαγγελίας καὶ τεκνογονίας ὑπήκοος πειθάρχησις· σὺ τοῦ Ἰσαὰκ καινὴ θυσία, καὶ τὸ λογικὸν ὁλοκαύτωμα· σὺ τοῦ Ἰακὼβ τῆς ἐν κλίμακι ἀνόδου αἰτία, τῆς δωδεκαφύλου τεκνογονίας ἐκσφράγισμα μέγιστον· σὺ τοῦ Ἰούδα πέφηνας ἡ κατὰ γένος θυγάτηρ· σὺ τοῦ Ἰωσὴφ ἡ σωφροσύνη, καὶ τῆς παλαιᾶς Αἰγυπτίας, ἄγουν τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς, καθαίρεσις, ἄχραντε·

---

primogenitorum delectus[a], immaculatum sacrificium; tu Sethi recta disciplina[b] (tu conceptum in utero Dei filium paries sine dolore[c]); tu Enos in Deum spes non pudore suffusa; tu Enoch inita gratia et in securam vitam migratio; tu Noachi arca[d], et secundæ regenerationis apud Deum conciliatio; tu regni et sacerdotii Melchisedechi perillustris splendor; tu Abrahami firma fiducia et promissionis futuræ posteritatis obsequens fides; tu Isaaci novum sacrificium et rationale holocaustum; tu Jacobi in scalam adscensus causa, et fœcunditatis in duodecim tribus permanantis expressio nobilissima; tu Judæ apparuisti secundum stirpem filia; tu Josephi pudicitia, et veteris Ægypti, nimirum synagogæ Judæorum, eversio, o immaculata; tu Jobi in tenta-

[a] Conf. *Gen.* IV, 4.

[b] *Gen.* IV, 25, et *Eccli.* XLIX, 19.

[c] Uncis inclusa sunt verba, quæ seriem orationis videntur interrumpere.

[d] Alias cum Maria nobis occurreret sub symbolo columbæ ferentis ramum olivæ, jam advertimus, haud minus absurde fingi, Mariam diluvio spirituali ex Adæ prævaricatione inducto submersam fuisse, ac fingi queat, Noeticam columbam aquis diluvii periisse. Id vero non minus luculenter similitudo suadet, qua Maria ipsi arcæ Noeticæ, unde regenerationis principium, comparatur.

σὺ τοῦ Ἰὼβ ἡ ἐν πειρασμοῖς ὑπομονητικὴ ἀνακεφαλαίωσις, καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ διπλῆ διάδοσις καὶ πλουτοποιὸς ὕπαρξις· σὺ τοῦ Μωσέως καὶ νομοθέτου θεότευκτος βίβλος, ἐν ᾗ τὸ τῆς παλιγγενεσίας μυστήριον ἐγράφη, καὶ δακτύλοις θείοις ἐν πλαξὶν ἐνομοθετέθη, ὡς ἐν Σιναίῳ τῷ ὄρει, ἐν ᾧπερ Ἰσραὴλ ὁ ἀρτιφανὴς ἐκ δουλείας Αἰγυπτίων τῶν νοητῶν ἐλευθερωθήσεται, ὡς ὁ πρὶν ἐν τῇ ἐρήμῳ λαὸς, τοῦ μάννα ἐπλήσθη, καὶ τοῦ ὕδατος ἐκ πέτρας ἀκροτόμου· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστὸς, ὁ μέλλων ἐκ τῆς κοιλίας σου προέρχεσθαι, ὡς ἐκ παστοῦ νυμφίος· σὺ τοῦ Ἀαρὼν ἡ ῥάβδος ἡ βλαστήσασα· σὺ τὸν τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦν ἐν μέσῳ τῶν ὑπεναντίων ἐδόξασας· σὺ εἶ τοῦ Δαυὶδ ἡ θυγάτηρ, ἡ κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη· σὺ τοῦ Σολομῶντος ἡ κλίνη ἡ χρυσό-

---

tionibus patientiæ perfectio, et bonorum ejus in duplum restitutio ac ditissima copia; tu Moysis ejusdemque Legislatoris liber divinitus concinnatus[a], in quo scriptum est sacramentum regenerationis, et divinis digitis insculpta in tabulis lex est tamquam in monte Sina, ubi novus Israel ab intelligibilium Ægyptiorum servitute vindicabitur, quemadmodum antiquus populus in solitudine manna et aqua de aspera petra satiatus est, *petra autem erat Christus*[b] e tuo gremio proditurus *tamquam sponsus a thalamo*[c]; tu Aaronis virgo florescens; tu Jesum Nave filium in mediis adversariis gloriosum reddidisti; tu es Davidis filia, *fimbriis aureis circumvestita, vario ornatu nitescens*[d]; tu *lectus Salomonis* ex auro factus, *quem sexaginta viri fortissimi circum-*

[a] Maria dicitur *liber* non modo a solo Deo scriptus, sed etiam a Deo *factus* (θεότευκτος); nempe SS. Patrum mentibus obversabantur prærogativæ, quæ Virginis ipsam quoque originem exornabant; atqui prærogativæ ad originem spectantes nulla sane aptiori ratione efferri poterant, quam si Maria tamquam opus Dei ipsius manibus elaboratum laudaretur.

[b] I *Corinth.* X, 4.

[c] *Ps.* XVIII, 6.

[d] *Ps.* XLIV, 14.

τευκτος, ὕνπερ δυνατοὶ ἑξήκοντα κυκλοῦσι τῶν θεοτεύκτων γραφῶν τὰς ἐν Θεῷ μουσικὰς φωνὰς σαλπίζοντες· σὺ τῆς Ἡλιοὺ ἀναλήψεως ἄνοδος, καὶ τῆς νοητῆς Ἰεζαβὲλ καθαίρεσις πέφηνας· σὺ τοῦ Ἐλισσαίου τῆς διπλῆς μηλωτῆς ἡ εὐλογία, ἧ τὰ Ἰορδάνεια ῥεῖθρα τερμὼν διέβη ἀκατακλύστως, καὶ τὸ ὕδωρ ἅλατι θεραπεύσας, πότιμον ἀνέδειξε· σὺ τοῦ Ἰωνᾶ ἡ ἐν τῷ κήτει διάσωσις, καὶ τῶν Νινευιτῶν μετανόησις, καὶ συγχώρησις ἄφθονος.

Σὺ εἰ τῶν προφητῶν ἡ διόπτρα, καὶ τῶν ῥημάτων αὐτῶν ἡ ἐμπλήρωσις· σὲ γὰρ Ἰεζεκιὴλ προηγόρευσε πύλην κεκλεισμένην, ἐν ᾗ οὐδεὶς ἀνθρώπων διοδεύσει ποτὲ, εἰ μὴ Κύριος, ὁ Θεὸς μόνος, καὶ τὴν πύλην κεκλεισμένην διαφυλάξει· σὲ Ἡσαΐας, ὁ μεγαλοφωνότατος, ῥάβδον τοῦ Ἰεσσαὶ προγράφει, ἐξ ἧς τὸ ἄνθος Χριστὸς ἐλεύσεται, καὶ τὰ φυτὰ τῆς κακίας πρόῤῥιζον[1] ἐκτεμὼν, τῆς θεογνωσίας φυτεύσει τὴν ἄρουραν· σὲ Ἱερεμίας προεκήρυξε λέγων· Ἰδοὺ

[1] Cod. προριζῶν.

---

dant[a], musicas voces divinarum Scripturarum in Deo tuba canentes; tu adscensio es assumptionis Eliæ, et intelligibilis Jezabelis exitium. Tu Elisæi duplicis pallii benedictio, qua ille divisit fluenta Jordanis et siccis pedibus transiit, et aquam sale medicatam ad bibendum aptam reddidit; tu Jonæ in ceti ventre incolumitas, et Ninivitarum ad meliora consilia conversio ac benigna venia.

Tu es prophetarum speculum, et rerum ab ipsis prænuntiatarum exitus. Te enim Ezechiel vaticinans appellavit portam clausam, per quam nemo hominum umquam transibit nisi Doninus Deus solus, et portam clausam conservabit[b]; te Isaias ille in primis grandiloquus prænuntiat virgam Jesse, ex qua flos Christus orietur, et fruticibus vitiorum exstirpatis radicitus, plantas divinæ cognitionis in agro inseret[c]; te Jeremias præmonstravit

[a] *Cant.* III, 7.
[b] Ezech. XLIV, 1-3.
[c] Is. XI, 1.

ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινήν, ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν· τῆς τοῦ υἱοῦ σου γεννήσεως τὴν παρουσίαν σημαίνων, καὶ τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν καλῶν εις προσκύνησιν μέχρι περάτων τῆς γῆς· σὲ καὶ ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀνὴρ Δανιὴλ ἀνεκήρυξεν ὄρος μέγα, ἐξ οὗ Χριστὸς ὁ ἀκρογωνιαῖος λίθος ἀποτμηθήσεται, καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ πολυμόρφου ὄφεως ὀλέσει καὶ ἐκλικμήσει· σὲ οἱ ἐν Βαβυλῶνι τρεῖς παῖδες τύπον ἔχοντες, καὶ τοῦ υἱοῦ σου τὴν ἐπιθυμίαν κατανοήσαντες, τὴν κάμινον τὴν ἑπταπλασίως καυθεῖσαν διῆλθον ἀβλαβεῖς, καὶ ὡς ἐν θαλάμῳ χαίροντες μέσον ἐχόρευον· σὲ Ἀββακοὺμ Θαιμὰν ὄρος ὀνομάζει, ἐξ οὗ βασιλέως σκῆπτρα κραταιῶς ἀνατέ-

---

inquiens[a]: *Ecce dies venient, dicit Dominus, et feriam domui Israel et domui Judæ fœdus novum, quod constitui cum patribus eorum*, ita significans adventum ortumque Filii tui, et populum gentium vocans ad Deum adorandum inde usque a finibus terræ; te etiam *Daniel vir desideriorum*[b] proclamavit montem ingentem[c], e quo Christus lapis angularis abscindetur, et simulacrum multiformis serpentis ruina atque exitio dissipabit; te pueri tres Babylonis figura adumbrantes, et exspectationem Filii tui animo intuiti, fornacem septenis incendiis auctam perambularunt illæsi, et in medio igne quasi in thalamo læti gestiebant; te Habacuc Theman montem appellat[d], ex quo regis sceptra

[a] Jerem. secund. LXX, cap. XXXVIII, 31-32. At suspicor amanuensi excidisse aliqua verba, ita enim LXX : Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, φησὶ Κύριος, καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινήν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν. Quibus consentit et Vulgatus, cap. XXXI, 31-32.

[b] Dan. X, 11.

[c] Ibid. II, 34, 35.

[d] Quod Vulgatus interpres (Habac. III, 3) habet, *Deus ab Austro veniet*, LXX versio reddidit ὁ Θεὸς ἐκ Θαιμὰν ἥξει. Diversæ autem interpretationis ratio in promptu est. Nam vox תֵּימָן, unde illud Habacuc בְּיתֵימָן utrumque sensum habet, ut nempe vel *plagam australem*, vel *regionem*.

ταλκεν, ἐν ᾧ σκηνώματα Αἰθιόπων πτοηθήσονται καὶ σκηναὶ γῆς Μαδιάν· σὲ δοξάζω τὴν ἀμίαντον ἀμνάδα· σὲ ὑμνῶ τὴν κεχαριτωμένην· σὲ ἀνυμνῶ τὴν ἐκ πασῶν τῶν γενεῶν ἀναδειχθεῖσαν Θεοῦ νύμφην· σὲ ἀναμέλπω τὴν νέου οὐρανὸν μέλλουσαν ἀναδειχθῆναι· σὲ προσάγω ὡς κειμήλιον καθαρὸν ἐν τῷ ναῷ Κυρίου· σὲ μεγαλύνω τὴν νέαν διαθήκην, ἐν ἧπερ ὁ Μεσσίας Χριστὸς ἐγγραφεὶς, τὸ μὲν γράμμα καταπαύσει τοῦ νόμου, τῆς δὲ χάριτος τὴν κλῆσιν ἐξανατελεῖ διὰ τοῦ βαπτίσματος· καὶ τῆς μὲν περιτομῆς τὴν σκιὰν διακόψει, τοῦ δὲ Πνεύματος τὴν παρουσίαν τοῖς ἐν γῇ καταπέμψει.

X. Τούτοις τοῖς ἱεροῖς λόγοις ὁ προφήτης τὴν Μαρίαν κατακο-

---

potenter exorta sunt, in quo trepidatione percelluntur tabernacula Æthiopum, et tentoria terræ Madian. Te honoro agnam immaculatam, te prædico gratia plenam, te effero e cunctis generationibus designatam Dei sponsam, te cano, quæ mox novum cœlum cognosceris; te adduco tamquam thesaurum pretiosissimum in templum Domini; te extollo novum Testamentum, in quo Messias Christus inscriptus, hinc litteræ legalium finem imponet, inde vocationis gratiæ initium faciet per baptismum; hinc umbram perrumpet circumcisionis, inde præsentiam Spiritus terrigenis desursum largietur.

X. Postquam propheta sanctissimis hisce laudibus Mariam

cui nomen *Theman*, significet. Ea de re sic Hieronymus (De Situ et Nomin. loc. Hebraicor. pag. 282, tom. III, edit. Vallars.): *Theman, regio principum Edom in terra Gebalitica, a Theman filio Eliphaz filii Esau sortita vocabulum. Sed et usque hodie est villa Theman nomine, distans ab urbe Petra quinque millibus, ubi et romanorum militum præsidium sedet, de quo loco fuit Eliphaz rex Themanorum. Unus quoque filiorum Ismael appellabatur Theman. Sciendum autem, quod omnis Australis regio hebraice Theman dicitur.* Tarasius porro versionem LXX sequutus habet Θαιμάν, et forte dum scribit Θαιμὰν ὄρος, non nomen vult indicare montis, qui in ipsa LXX versione appellatur *mons Pharan* (ἐξ ὄρους Φαράν), sed regionem, in qua ipse mons situs erat.

σμήσας, ἀναβιβάσας αὐτὴν εἰς τὸ θυσιαστήριον, Κυρίῳ τῷ Θεῷ παρέθετο. Ὅθεν οἱ γεννήτορες Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα ἐν χαρᾷ καρδίας ἐκ τοῦ ναοῦ ὑπέστρεψαν, θαυμάζοντες τῆς παρθένου τὴν σύνεσιν καὶ τὸ πρᾷον καὶ ἥπιον. Ὑπερβᾶσα τοίνυν αὕτη τὰ τῶν νηπίων ψελλίσματα, τῷ παντοκράτορι καταμόνας ἐλάτρευε, καὶ τροφὴν οὐρανόθεν δεχομένη δι' ἀγγέλου τὴν τῶν ἀνθρώπων βρῶσιν ἐβδελύξατο, καὶ τῷ ναῷ καθεκάστην προσεδρεύουσα, τὸ κοσμικὸν σχῆμα ὡς ἀράχνης ἱστὸν ἐλογίσατο· καὶ τοῦ οὐρανίου ὄλβου ἐπιτυχοῦσα, τὸν ἐπίγειον πλοῦτον ἠρνήσατο· καὶ χαρὰν τὴν τῶν ἀγγέλων καθεκάστην θεωροῦσα, τῶν τοῦ βίου φροντίδων ἀνωτέρα ἐδείκνυτο· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀεννάως ὁρῶσα, τῶν πονηρῶν πνευμάτων τὰς φάλαγγας ἀοράτως ἀπήλαυνε.

XI. Τί γὰρ ἔπραττεν ἡ παρθένος εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων περιπολοῦσα; τροφὴν ἀγγέλων δι' ἀγγέλου εἰσεδέχετο· καὶ ὡς περιστερὰ ἀκεραία τὴν παρθενίαν τηροῦσα, τὸν τοῦ ναοῦ καὶ οὐρανοῦ

cumulavit, eam ad summos altaris gradus deductam Domino Deo obtulit. Quamobrem genitores Joachimus et Anna læto animo e templo regressi sunt, Virginis intelligentiam et mansuetudinem et benignitatem admirantes. Ipsa porro infantium prætergressa balbutiem, colebat Omnipotentem, et nutrimentum e cœlo per Angelum accipiens aversabatur vulgarem cibum, et in templo quotidie assidua res mundi caducas velut aranei telam reputabat, et cœli opes adsecuta terrenas divitias respuebat, et gaudium Angelorum quotidie contemplans, hujus vitæ curis superiorem se monstrabat, et sanctum Spiritum perpetuo intuens, malorum spirituum agmina invisibiliter disjiciebat.

XI. Quid enim agebat Virgo degens in sanctissimis templi adytis? Angelorum cibum ab Angelo accipiebat, et immaculatæ columbæ similis virginitatem servans, templi[a] et cœli terræque

[a] Quum nulla hoc ratio appareat, cur Deus dicatur *templi* conditor æque ac cœli et terræ, suspicari licet, in græcum textum forte mendum irrepsisse.

καὶ γῆς δημιουργὸν μετ' εὐχαριστίας ἐν παῤῥησίᾳ καρδίας λιτανεύουσα, ἔλεγεν· Ἄσω σοι, παντόκρατορ Ὕψιστε, ὅτι ἀφεῖλες τὸν ὀνειδισμὸν τῆς προμήτορός μου Εὔας· καὶ διὰ τὴν σὴν ἄφατον εὐσπλαγχνίαν τὸν μονογενῆ σου Υἱὸν μέλλεις καταπέμψαι ἐπὶ γῆς, ὥστε τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφῆναι[1]· διὸ κατοικητήριον αὐτοῦ[2] γενήσομαι καθαρὸν καὶ ἀμίαντον.

Ὅπου γὰρ ἡ ἁμαρτία ἐπλεόνασεν, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις· διὰ γυναικὸς τὸν θάνατον ἐκερδήσαμεν· διὰ γυναικὸς πάλιν ἀνακαινίσει τὰ σύμπαντα· διὰ τοῦ ὄφεως τῆς πικρᾶς γεύσεως δεδέγμεθα τὴν βρῶσιν· δι' αὐτοῦ δὲ πάλιν τὴν βρῶσιν τῆς ἀθανασίας χορτασθησόμεθα· ἡ προμήτωρ Εὔα Κάϊν τέτοκε, φθόνου καὶ κακίας ἀρχηγόν· ὁ μονογενής σου υἱός, ζωῆς καὶ ἀναστάσεως γενή-

[1] Cod. συναστραφῆναι.

[2] Cod. αὐτῶν, at legendum videtur αὐτοῦ. Unigeniti enim Dei Maria domicilium fuit, non aliorum hominum. Nisi tamen malit quispiam hæc ad illud Psalmi LXXXVI, 7 pertrahere, quod Virgini Ecclesia accommodat: *Sicut lætantium omnium nostrum habitatio est in te, Sancta Dei Genitrix.*

opifici cum gratiarum actione et effusissimo animi affectu ita supplicabat: Laudabo te, omnipotens Altissime, qui primæ genitricis meæ Evæ abstulisti opprobrium[a], et propter ineffabilem misericordiam tuam missurus es in terram unigenitum tuum, ut cum hominibus conversetur. Quare habitatio ipsius fiam pura et immaculata.

Et sane *ubi abundavit delictum, superabundavit gratia*[b]. Per mulierem mortem lucrati sumus, per mulierem universa ipse rursus instaurabit: per serpentem cibum accepimus amari saporis, per ipsum vero rursum vescemur cibo immortalitatis. Prima parens Eva Cainum in lucem edidit invidiæ et nequitiæ principem; unigenitus Filius tuus erit primogenitus vitæ ac re-

[a] Ecce tibi Virgo Deipara a primæ matris Evæ opprobrio aliena. Quo referenda videntur et sequentia, in quibus appellatur *purum et immaculatum domicilium Filii Dei.*

[b] *Rom.* V, 20.

σεται πρωτότοκος· ὦ τοῦ παραδόξου θαύματος· ὦ τῆς καινῆς ἐκπλήξεως· ὦ τῆς ἀφράστου σοφίας.

XII. Τί οὖν καλέσομεν τὴν Μαρίαν; οὐρανόν; καὶ γὰρ τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴν ἐν μήτρᾳ ἐχώρησεν· ἥλιον; αὕτη γὰρ τοῦ ἡλίου ἑπταπλασίως φωτεινοτέρα ὑπάρχουσα, τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ὑπεδέξατο· σελήνην; αὕτη γὰρ τὸ κάλλος ἀσύγκριτον ἔχουσα, τὸν ὡραῖον κάλλει Χριστὸν ἀπεκύησε· νεφέλην; καὶ γὰρ τὸν ἐπὶ νεφελῶν ἐποχούμενον ταῖς ἀγκάλαις ἐβάστασε· λυχνίαν; καὶ γὰρ τὸ φῶς τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις ἐξέλαμψε· θρόνον; καὶ γὰρ τὸν ἐν θρόνῳ τῷ πατρικῷ ἀοράτως βασιλεύοντα, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ χορηγὸν ὑπεδέξατο· μαργαρίτην; καὶ γὰρ τὸν πολύτιμον μαργαρίτην τοῖς βροτοῖς ἐθησαύρισε· παράδεισον; καὶ γὰρ τὴν Ἐδὲμ τοῖς κατακρίτοις ἀνοίξασα, πρὸς βασι-

surrectionis. O inauditum prodigium! o admirandam novitatem! o sapientiam nullis verbis coæquandam!

XII. Quo igitur nomine Mariam appellabimus? Num cœlum? et sane cœli terræque effectorem suo utero conclusit. An solem? ipsa enim septies sole splendidior enitens, justitiæ solem concepit. An lunam? etenim incomparabili pulchritudine emicans, Christum omni pulchritudine decorum peperit. An nubem? etenim eum, qui nubibus vestitur, suis ulnis gestavit. An candelabrum? etenim in tenebris et umbra mortis sedentibus[a] lux refulsit. An thronum? etenim eum qui in paterno throno invisibilis regnat, in Spiritu sancto circumscriptum suo utero recepit. An margaritam? etenim multo pretiosissimam margaritam mortalibus comparavit. An paradisum? etenim Edem iis, qui damnati erant, adaperiens[b], in regnum eos inducit perpetuo duraturum.

[a] Universos homines lapsos habet ceu sedentes in tenebris et umbra mortis: hinc vero Deiparam uti lucens candelabrum, imo vero uti lucem refulgentem, atque, ut paulo ante dicitur, *septies sole splendidiorem*. Maria ergo inter lapsos homines ex Tarasii sententia non censetur.

[b] Alia heic se offert imago, quæ Mariam a damnati humani generis con-

λείαν εἰσάγει τὴν ἀεὶ διαμένουσαν· ὄρος; καὶ γὰρ τὸν τὰ ὄρη ποιοῦντα καπνίζεσθαι ἀστενοχωρήτως ἐχώρησε· γῆν; καὶ γὰρ τὸν τὴν γῆν ποιοῦντα τρέμειν ἀνωδύνως ἐβάστασε· τράπεζαν; καὶ γὰρ τὸν τὴν τροφὴν ἡμῖν χορηγοῦντα μητροπρεπῶς ἔθρεψε γάλακτι· θάλασσαν; καὶ γὰρ τὸν συνάγοντα τὰ ὕδατα εἰς ἑνότητα μίαν, τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἠσπάσατο.

XIII. Τίς οὐκ ἐκπλαγῇ; τίς οὐ θαυμάσει; τίς οὐ δοξάσει τοῦ μυστηρίου τὸ μέγεθος; εἰ γὰρ τὰ πρὸ τῆς χάριτος γεγενημένα τοιαῦτα, νοῦν ὑπερβαίνοντα καὶ διάνοιαν, τὰ μετὰ τῆς χάριτος παραδειχθέντα τίς ἑρμηνεῦσαι δύναται; εἰ τὰ τῆς σκιᾶς καὶ τοῦ παλαιωθέντος ἔνδοξα, τὰ μετέπειτα τοῦ Πνεύματος ἐμφανισθέντος ποῖα;

Αἰσχυνέσθωσαν αἱρετικῶν παῖδες, οἱ τὴν παρθένον βλασφήμῳ

An montem? ei enim, quo jubente *montes fumigant*[a], continendo non fuit angusta. An terram? etenim eum, cujus nutu terra concutitur, sine dolore utero gestavit. An mensam? etenim eum, qui nobis suppeditat alimentum, lacte materno enutrivit. An mare? eum enim, qui aquas in unum locum congregavit, suis labiis osculavit.

XIII. Ecquis igitur non percellatur stupore? Ecquis admiratione defixus non teneatur? Quis summa cum reverentia non colat mysterii magnitudinem? Nam si opera ante gratiam patrata ejusmodi sunt, quæ mentis vim atque omnem cogitationem excedant; quis tandem poterit edita post gratiam enarrare? Si illustria sunt, quæ ad umbram pertinent et ad legem antiquatam, quanta demum videbuntur, quæ subsecuta sunt Spiritus manifestationem?

Pudor occupet hæreticorum filios, qui buccis impiis et veneno

tione removet. Non enim patitur hæc imago, ut inter damnatos Deipara recenseatur.

[a] *Ps.* CIII, 32.

στόματι καὶ ἰοβόλῳ συκοφαντεῖν ἐπιχειροῦντες· ἡ γὰρ ἔνθεος Μαρία, θεοτόκος ἀναδειχθεῖσα, καὶ μορφώσει ἀνθρωπίνῃ αὐτὸν ἀποκυήσασα, ἔτεκεν ὑπερφυῶς Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον· τοῦτον τὸν τίμιον χαρακτῆρα σχετικῶς ἀσπαζόμεθα· ναὶ μὴν καὶ ταύτης τὴν μόρφωσιν, ὡς μητρὸς γενομένης τοῦ σωματικῶς ἡμῖν ὁμιλήσαντος, προσκυνοῦμεν οὐ τῇ ὕλῃ τὴν προσκύνησιν, ἄπαγε, προσάγοντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ πρωτότυπον τὴν τιμὴν ἀναπέμποντες, θεϊκῶς πεπιστεύκαμεν· οὐ γὰρ θεότητος μορφήν, καθώς ὑμεῖς[1] τυφλοὶ καὶ παράνομοι φάσκετε, ἱστοροῦμεν· ἀλλὰ τὴν ἐξ ἡμῶν προσληφθεῖσαν τῷ Σωτῆρι σάρκα, δι' ἧς ἡμῖν ἀτρέπτως ὡμίλησε, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστᾶσαν πρωτότοκον ἀνατυποῦντες, κηρύττομεν· δι' αὐτὸν δὲ τὸν προσειληφότα, καὶ τῆς τεκούσης, ὡς πανάγνου, τὴν εἰκόνα, κατὰ τὸ πρόσηκον, σεβόμεθα· ἁγία γὰρ ὄντως αὕτη, ὡς τὸν μόνον

[1] Cod. ἡμεῖς.

---

infectis conantur Virginem calumniari. Gloriosa enim Maria ad honorem evecta est genitricis Dei, quem cum secundum humanam formam concepisset et gestasset, præter naturæ ordinem Deum pariter et hominem peperit. Hujus venerandam effigiem, propter eumdem honorantes, amplectimur; immo illius quoque, utpote quæ mater exstitit ejus, qui secundum carnem nobiscum conversatus est, imaginem cultu relativo veneramur, non quidem materiæ venerationem (id quod absit) adhibentes, sed honorem referentes ad exemplar, ut divina fide percepimus. Non enim formam divinitatis, ut vos cæci et improbi dictitatis, objicimus oculis, sed ex nobis adsumptam a Salvatore carnem, qua ille nobiscum sine sui mutatione vixit, ac primogenitam e mortuis redivivam formis effingentes, prædicamus. Propter ipsum autem, qui carnem assumpsit, etiam genitricis, ut omnino immaculatæ", effigiem eo cultu, quo decet, honoramus. Ipsa enim vere sancta, quæ eum, qui solus sanctus est, arcana ratione

" Notatu dignum, rationem colendi Deiparam non a dignitate ipsius, sed ab innocentia et puritate desumi.

ἅγιον ἀρρήτως ἀποκυήσασα· εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ ἐνεγκεῖν προσέταξε δάμαλιν τριετίζουσαν, καὶ αἶγα τριετίζουσαν πρὸς καθαρισμὸν τῶν ψυχῶν, πῶς ἡ παρθένος ἡ προορισθεῖσα ἀπὸ κτίσεως κόσμου, καὶ ἐκ πασῶν γενεῶν προεκλεχθεῖσα εἰς κατοικητήριον ἀμόλυντον καὶ προσενεχθεῖσα εἰς ναὸν ἅγιον τῷ παντοκράτορι, οὐχὶ τιμία καὶ καθαρὰ καὶ ἀμόλυντος καθέστηκε, καὶ προσφορὰ ἄμωμος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως;

XIV. Ὦ Ἰουδαίων συναγωγή, οἱ τὴν ἐκ φυλῆς τῆς ὑμετέρας ἐκλαμψάσαν παρθένον μὴ δεξάμενοι θεοτόκον, ἀλλὰ καὶ λοιδοροῦντες ἀναξίως καὶ ἀσελγέσι χείλεσι, καὶ τῷ φθόνῳ κινούμενοι, καταλαλοῦντες αὐτῆς ἀδικίαν καὶ ἀνομίαν· πῶς τὸν αἰδῖον τοῦ

---

concepit". Et sane si Deus jussit Abrahamum afferre vitulam trimam et capellam trimam in animarum purgationem, quomodo virgo a creatione mundi prædestinata, et ex omnibus generationibus electa in impollutum domicilium, et Omnipotenti oblata in templo sancto, non honore digna et pura et impolluta exstat, et oblatio immaculata humanæ naturæ"?

XIV. O Synagoga Judæorum, qui Virginem e tribu vestra effulgentem ut Dei matrem habuistis, immo vero convicia indignissime, et protervis labiis ingeritis, et invidia incitati eidem injustitiam et legum contemptum exprobratis; quomodo æter-

" Adverte principium apud Patres exploratissimum, Deiparæ prærogativas propter similitudinem quam necessario cum Filio habere debeat, a Filii ipsius prærogativis dimetiendas esse.

" Dignissima quæ perpendatur vis est argumenti, quo utitur heic S. Tarasius. Mariam enim oblationem exstitisse puram et immaculatam ex eo desumit, quod a constitutione mundi prædestinata fuerit in immaculatum Dei domicilium. De singularissima ergo puritate sermo sit, oportet: At vero cum agatur non de adulta virgine, sed de puellula trienni, numquid illud puritatis miraculum habebitur, si fingas Mariam non secus ac reliquos homines in peccato conceptam, a quo fuerit deinde mundata? Sane in ejus ætatis puellula puritas istiusmodi adeo singularis non est, ut κατ' ἐξοχὴν ætas illa *innocens* appelletur.

Πατρὸς υἱόν, ἐξ αὐτῆς ἐπ' ἐσχάτων μετὰ σαρκὸς γεννηθέντα, οὐχ ὑπεδέξασθε; καὶ οὐ μόνον ταύτης τῆς δόξης, ἀλλὰ καὶ τοῦ γεννηθέντος ἄμοιροι καθεστήκατε, οὐχὶ τοῦ παραγενομένου πάντως ὑμῖν [1] ῥθονήσαντος, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ κακίᾳ ἐξοκείλαντες, καὶ τῇ πονηρίᾳ τῆς ὑμῶν ματαιότητος ἐπιμείναντες ἀρθόνως, τῆς δόξης ἀμφοτέρων ἐκπεπτώκατε· διὸ ὡς ὄντες ἄχρηστοι καὶ πρότερον καὶ μετέπειτα, τὰ τῆς βασκανίας ὑμῶν ἐγχειρήματα, παντὶ τῷ κόσμῳ φανερὰ καθεστήκατε, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Σωτῆρος, τὸν δι' ὑμᾶς ἐμφανιζόμενον· Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν· ἐκεῖνος γὰρ περὶ ἐμοῦ ἐλάλησε· νῦν δὲ ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστὲ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· Μὴ δοκεῖτε ὅτι κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν Πατέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς, εἰς ὃν

[1] Cod. ἡμῖν, sed contextus postulat ὑμῖν.

---

num Patris filium ab ipsa extremis temporibus secundum carnem genitum haudquaquam recepistis? et non modo matris, sed et filii gloriæ exsortes remansistis, non quasi ipse præsens factus vos ullo modo rejecerit, sed quia vestra malitia eum repudiastis; et in improbitate stultitiæ vestræ pervicaciter perseverantes, ab utriusque gloria excidistis! Igitur tamquam homines nequam et olim, et posthac, in totius mundi luce collocastis flagitia malevolentiæ vestræ, juxta Salvatoris oraculum perspicue de vobis significatum[a] : *Amen, amen dico vobis, si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis: ille enim de me locutus est: nunc autem ex diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere.* Et alibi rursus[b] : *Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.*

[a] Johan. VIII, 39 et 44. Textum græcum potius quam Vulgatam sequor : illa tamen verba, *ille enim de me locutus est*, in evangelio nuspiam leguntur.

[b] Johan. V, 45, 46.

ὑμεῖς ἠλπίκατε· εἰ γὰρ ἐπιστεύσατε Μωσεῖ, ἐπιστεύσατε[1] ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. Καὶ μετέπειτα· Εἰ οὐκ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον, νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.

XV. Ἡμεῖς δὲ, ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ, ἔθνος ἅγιον, περιούσιον ἄθροισμα, στίφος ὀρθοδόξων, υἱοὶ τῆς κολυμβήθρας, τέκνα τῆς χάριτος, οἱ τὴν ἐν τῷ ναῷ πρόοδον ἑορτάζοντες τῆς παρθένου, ψυχαῖς καθαραῖς καὶ ἀῤῥυπάντοις χείλεσι, γλώσσαις πολυφθόγγοις ἐπὶ ταύτῃ τῇ πανηγύρει μελῳδικῶς ἀλαλάξωμεν, τιμῶντες αὐτήν, ὡς τὸ εἰκός, τὴν φαιδρὰν ἑορτήν, τὴν πρώτην πανήγυριν, τὴν Ἀγγέλοις εὐῤῥόσυνον καὶ ἀνθρώποις ἀξιέπαινον· καὶ τὸ Χαῖρε τοῦ Γαβριὴλ μετὰ ῥόθου καὶ χαρᾶς τῇ πανάγνῳ ἐκβοήσωμεν·

Χαῖρε τοῦ Πατρὸς ἡ εὐδοκία, δι' ἧς εἰς τὰ πέρατα ἐγνώσθη θεογνωσία· Χαῖρε τοῦ Υἱοῦ ἡ κατοίκησις, ἐν ᾗ ὁ σαρκοφόρος προ-

[1] Græc. Vulg. ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε.

Si enim credideretis Moysi, crederetis forsitan et mihi: de me enim ille scripsit. Et rursus[a]: *Si non venissem, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.*

XV. At nos populus Dei, gens sancta, congregatio acceptabilis[b], orthodoxorum acies, filii columbæ, soboles gratiæ, qui festo cultu agimus deductionem Virginis in templum, puris animis, impollutis labiis, multisonis linguis in hac celebritate hymnos suavidicos extollamus, illustre hoc festum, principem solemnitatem Angelis lætam et hominum prædicatione dignissimam, prouti par est, venerantes: et illud *Ave* Gabrielis cum reverentia et gaudio sancto conclamemus:

Ave delicium Patris, per quam ad ultimos terræ fines Dei cognitio manavit. Ave Filii domicilium, de qua ille carne indutus

[a] Johan. XV, 22.
[b] Tit. II, 14.

ελήλυθε· Χαῖρε τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατοικητήριον ἄῤῥητον· Χαῖρε τῶν ἀσωμάτων τὸ πολυθρύλλητον θαῦμα· Χαῖρε τῶν Χερουβὶμ ἁγιωτέρα· Χαῖρε τῶν Σεραφὶμ ἐνδοξοτέρα· Χαῖρε οὐρανοῦ πλατυτέρα· Χαῖρε ἡλίου λαμπροτέρα· Χαῖρε τῆς σελήνης φωτεινοτέρα· Χαῖρε τῶν ἀστέρων πολυαρίθμητος ἔλλαμψις· Χαῖρε νεφέλη κούφη, ἡ τὸν ὄμβρον τὸν οὐράνιον ἐπιῤῥάνασα· Χαῖρε ἀστραπή, ἡ τὰς ὄψεις τῶν πιστῶν ἡρέμα καταυγάζουσα· Χαῖρε βροντὴ πνευματικὴ, ἡ ἀψοφητὶ ἐνηχοῦσα τοῖς ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων· Χαῖρε ἔμπνευσις ἁγία, ἡ τὰ πνεύματα τῆς κακίας ἐκ γῆς ἐξαφανίσασα· Χαῖρε προφητῶν τὸ περίδοξον κήρυγμα· Χαῖρε ἀποστόλων τὸ παγκόσμιον περιήχημα· Χαῖρε τῶν μαρτύρων ἡ ὑπέρτιμος ὁμολογία· Χαῖρε πατριαρχῶν ἡ πολυύμνητος δοξολογία· Χαῖρε τῶν ὁσίων ὁ ὑπέρτατος κόσμος· Χαῖρε τῶν δικαίων ἡ ἀληθεστάτη τρυφή· Χαῖρε τῶν παρθένων παντέλειον καύχημα· Χαῖρε βασιλέων σκῆπτρον καὶ κραταίωσις· Χαῖρε ἀρχιερέων λειτούργημα μέγιστον· Χαῖρε ἁμαρτωλῶν καταφύγιον ἄῤῥητον· Χαῖρε πλεόντων κυβέρνησις ἔνδοξος· Χαῖρε, πιπτόντων ἀνόρθωσις, δέσποινα· Χαῖρε νοσούντων

---

prodiit. Ave Sancti Spiritus habitaculum ineffabile. Ave supernarum mentium celebratissima admiratio. Ave sanctior Cherubim, ave gloriosior Seraphim, ave cœlo latior, ave sole splendidior, ave luna micantior. Ave multiplex astrorum nitor, ave levis nubes, quæ cœlestem pluviam inspergis, ave fulgur suaviter emicans in fidelium oculos, ave spiritale tonitru hominum auribus resonans sine strepitu, ave aura sancta, quæ spiritus malitiæ e terra dissipasti. Ave nobile præconium Prophetarum, ave Apostolorum auditus per totum orbem sonus, ave Martyrum excellens confessio, ave Patriarcharum laudatissima prædicatio, ave Sanctorum summum ornamentum, ave Justorum verissima voluptas, ave Virginum beatissima gloriatio, ave Regum sceptrum ac firmitas, ave Sacerdotum maximum ministerium, ave peccatorum invictum refugium. Ave gloriosa navigantium gubernatio, ave cadentium erectio, o Domina. Ave ægrotantium

ἰατήριον ἄμισθον· Χαῖρε θνησκόντων βεβαία ἀνάστασις· Χαῖρε ἀρρυτὴ τῆς πάντων σωτηρίας· Χαῖρε τοῦ κόσμου χαρὰ ἀνεκλάλητος· Χαῖρε εἰρήνης ἡ πρόξενος ἄνασσα· Χαῖρε μητέρων ἀγλάϊσμα ἄχραντε· Χαῖρε τοῦ λόγου χωρίον εὐρύχωρον· Χαῖρε πρεσβυτῶν κραταιὰ βακτηρία· Χαῖρε τῶν νέων θεία παιδαγωγία· Χαῖρε νηπίων λαμπρὸν περιώλαγμα· Χαῖρε τῶν ὑπ' οὐρανὸν πάντων ἡ μεσῖτις· Χαῖρε τῆς οἰκουμένης ἡ ἀνάκλησις· Χαῖρε οὐρανοῦ καὶ γῆς πανήγυρις ἔνδοξος· Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, ὁ πρὸ σοῦ, καὶ ἐκ σοῦ, καὶ μεθ' ἡμῶν· ὕμνος σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

gratuita medicina, ave morientium certa resurrectio, ave causa salutis omnium mortalium. Ave mundi gaudium inenarrabile, ave regina pacis conciliatrix, ave matrum splendor immaculatus. Ave Verbi sedes amplissima, ave senum tutum fulcimentum, ave juvenum divina institutio, ave infantium illustris custodia, ave mediatrix omnium qui sub cœlo sunt; ave totius orbis reparatio, ave cœli terræque magnificentissima celebritas, ave gratia plena, Dominus tecum, qui ante te, et ex te, et nobiscum. Ipsi laus cum Patre et Sanctissimo et benefico et vivifico Spiritu, nunc et semper et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

IN

SEQUENTEM JACOBI ORATIONEM

MONITUM.

De Jacobo monacho e monasterio Coccinobaphi jam diximus in Præfatione ad ejus sermonem in Conceptionem Deiparæ[1]. Alteram hanc nondum editam ejus orationem in Præsentationem Deiparæ heic addimus ex eodem pereleganti Vaticano codice inter græcos 1162 fol. 55 seqq. In hac quoque multa reperire est, quæ e tribus Georgii Nicomediensis de eodem mysterio homiliis jam a Combefisio editis[2] excerpta sunt; at multa itidem reperies, quæ cum apud Georgium non legantur, aut de penu suo aut aliunde prompsisse Jacobus dicendus est.

[1] Sup. pag. 156 seq.
[2] In Auctar. vol. I.

ΛΟΓΟΣ ΙΑΚΩΒΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΕΚΛΕΓΕΙΣ ΑΠΟ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΓΡΑΦΩΝ

ΕΙΣ ΤΟ·

ΕΓΕΝΕΤΟ ΤΡΙΕΤΗΣ Η ΠΑΙΣ, Κ. Τ. Λ.

I. Φαιδρὸν τὸ σῆς παρούσης ἑορτῆς σύνθημα· διὸ πρὸς ἄπειρον ῥῶς τὸν πρὸς αὐτὴν συνειλεγμένον παρορμᾷ σύλλογον· λαμπρὸν τὸ τῶν παρόντων λόγων τεκμήριον, καὶ πλήρεις δόξης καρποῦσθαι

JACOBI MONACHI

ORATIO EX DIVINIS SCRIPTURIS SELECTA

IN ILLUD:

FACTA EST PUELLA ANNORUM TRIUM, ETC.[a]

I. Splendida hodiernæ festivitatis est tessera: congregatum proinde ad eam celebrandam cœtum in lucem immensam provehit. Luculentum est hodierni sermonis argumentum; amplis-

[a] Verba sunt excerpta ex capite VII Protevangelii Jacobi, ubi de Virgine ad templum adducta narratur. Codex ibidem hæc addit: καὶ εἰς τὸ· Ἀπόδοσιν τοῦ ναοῦ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου· καὶ εἰς τὸ· Ἐδέξατο αὐτὸ ὁ ἱερεύς, καὶ ἐφίλησεν αὐτὸ, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς. Quorum pars prior, quæ mancum sensum reddit, unde desumpta sit, nondum comperi; posterior vero, utut mendose, sumpta est ex eodem Protevangelii loco, ubi legitur: καὶ ἐδέξατο αὐτὴν ὁ ἱερεὺς, καὶ καταφιλήσας εὐλόγησε, κ. τ. λ.

τὰς ὑποθέσεις κατεπαγγέλλεται· οὐδὲ γὰρ οὕτω λειμώνων κάλλος τοῖς ἔξω περιθέουσι πρόεινήν τὴν τῶν ἔνδον παρασκευάζει ἐπίδασιν, ὡς ὁ εὐώδης τῶν ἐγκωμίων τῆς παρθένου παράδεισος ἐπέραστον τοῖς βουλομένοις τὴν εἴσοδον τίθησι. Καὶ γὰρ λειμὼν οὗτος καὶ λειμώνων ὁ εὐωδέστατος, οὐκ ἐαρινοῖς ἐπικομῶν ἄνθεσιν, εὐμάραντον ἔχουσι τῆς ὥρας τὴν τέρψιν· ἀλλὰ χάριτος ἐκπέμπων εὐωδίαν μυρίζει τὴν αἴσθησιν καὶ τὸν νοῦν πρὸς ἑαυτὸν τῷ ἡδίστῳ τῶν ἀκουσμάτων καταθέλγει· ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ κόρον ἡ αἴσθησις λαμβάνουσα, τῶν ὕστερον ἐμφαινομένων οὐχ ὁμοίως τὴν τερπνότητα δέχεται· ἐπὶ δὲ τούτων, τῶν φθασάντων μὲν ἡ εὐωδία παρέμεινε, τῶν ἐπιόντων δὲ μείζων ἡ ἔφεσις ἐπιγίνεται· κἀκεῖ μὲν ἡ θέα συμμαραινόμενον ἔχει τῷ χρόνῳ τὸ κάλ-

simamque et eximiam, qua fruamur, segetem pollicetur. Neque enim adeo pratorum pulchritudo extrinsecus deambulantibus desiderabilem ad interiora exhibet ingressum, quemadmodum suaveolens virginearum laudum paradisus amabilem ac jucundum iis, qui velint, introitum parat. Hoc siquidem pratum, omnium sane pratorum suavissimum ac fragrantissimum[a], non vernantibus luxuriatur floribus, qui corruptibilem exhibent brevis horæ jucunditatem; sed dulcem gratiæ odorem emittens, sensum suavitate sua oblectat, ac mira eorum, quæ audiuntur, voluptate mentem ad se attrahit. Atque illic quidem sensus, cum facile satietate obruantur, aliis, quæ deinde occurrant, non æque delectantur; heic vero et præcedentium suavis odor perseverat, et simul acrior subsequentium excitatur cupiditas. Illic aspectus fruitur pulchritudine, quæ cum tempore marcescit; heic

[a] Hæc Auctor ex altera Georgii Nicomediensis homilia ejusdem argumenti mutuatus est, seu melius dixeris, exscripsit. Vid. vol. I Auctar. Combefis. col. 1091. Fac vero advertas, sub prati symbolo non quidem heic Deiparam venire, prouti quidam perperam Georgii locum intellexerunt, sed ipsum quod celebratur Præsentationis mysterium, quatenus uberem ac suavissimam dicendi segetem præbet.

λος· ἐνταῦθα δὲ ἡ εὐπρέπεια διαιωνίζουσαν φέρει τῇ ψυχῇ τὴν ἀπόλαυσιν.

II. Ἀλλ' οὐ παραδέχεται τὴν εἴσοδον ὁ τοῦ πνεύματος νόμος, ἐὰν μή τις πλύνῃ τὸ τῆς συνειδήσεως αὐτοῦ ἱμάτιον, κατὰ τὸ Μωσέως παράγγελμα, ὁ νεκρᾶς τινος καὶ βδελυκτῆς ἐννοίας ἁψάμενος· καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν παρόντων βασιλέων οἱ κύκλῳ πορφυροῦν λαχόντες, ἂν μὲν περίδοξον καὶ λαμπρότατον κόσμου, καὶ τῆς τοῦ κρατοῦντος φαιδρότητος ἄξιον περιεβλημένοι ὦσιν, ἔρχονται σὺν παῤῥησίᾳ τῆς πορφυρίδος· ἂν δὲ δυσείμονα καὶ στυγνότατον καὶ τῆς βασιλικῆς ἀποδέοντα παραστάσεως, συνεξωθοῦνται καὶ ἀποῤῥίπτονται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς βασιλίδος ἡμῶν συμβαίνειν ὑπολητέον. Εἰ μὲν γὰρ ἀρεταῖς περικεκοσμημένοι ὦμεν, καὶ καθαρότητι λελαμπρυσμένοι, ἀκώλυτον ἕξομεν τὴν πρὸς αὐτὴν δορυφορίαν· εἰ δὲ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων λώβην[1], ὥσπερ τινα σκο-

[1] Cod. λαβήν, sed contextus exigere videtur λώβην.

---

vero eximia venustas parit animæ voluptatem, quæ in æternum manet.

II. Verum aditum sibi (ad hoc pratum) lege spiritus interclusum reperit, quisquis mortuæ alicujus et abominabilis cogitationis contactu fœdatus cum fuerit, conscientiæ suæ indumenta, juxta Moysis præceptum[a], non abluerit. Et quemadmodum illi, qui munus sortiti sunt satellitii circum imperatores per vices agendi, siquidem nobili apprime ac splendido, atque imperatoria majestate digno, ornatu eniteant, cum fiducia liberoque vultu munus suum obeunt; si vero pannosis sordidisque, et quæ comitatum regium nequaquam deceant, indumentis amiciantur, expelluntur atque rejiciuntur: hoc idem prorsus nobis fieri, cum agitur de Regina nostra, existimandum est. Si enim virtutibus circumornati fuerimus, et puritate refulgentes, expeditum ac liberum circa ipsam satellitium habebimus; at si turpi peccato-

[a] *Levit.* XI, 27, 28; et *Num.* XIX, 11, 12.

τεινὴν στολὴν ἐνδεδυμένοι τύχωμεν, πόρρω που τῆς ταύτης ἀποκληθησόμεθα[1] λειτουργίας.

Δέδοικα μὲν οὖν ἐγὼ μή πως μόνος τὸ ζοφερὸν τῶν ἁμαρτημάτων περικείμενον ἔνδυμα, ἄξιον περιβόλαιον τῆς βασιλίδος οὐκ ἔχων, φωνῆς ἀκούσω δικαίως ἀποφαινομένης· Ἑταῖρε, πῶς τῶν ταύτης καθαρωτάτων κατετόλμησας λόγων, ῥυπῶν τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ σκοτεινὸν ἐπιφερόμενος σχῆμα; Ἐπεὶ τοιοῦτον ὁρῶν ἔνδυμα, τούτοις αὐθαδῶς εἰσεπήδησας, ἔξω τῶν αὐτῆς ἐκδιωχθήσῃ περιβόλων. Ἀλλὰ τί πάθω ἡττώμενος τῷ πάθῳ, καὶ τούτου τυχεῖν θεόμενος; οἶδα μὲν γὰρ τοιοῦτος ὢν κατατολμᾶν, μιμοῦμαι δὲ τῶν κυναρίων τὸ ἀναιδές· ἃ καὶ ἀπωθούμενα, ψιχίων ἐμπορεύονται δεσποτικῶν, κατὰ τὴν Χαναῖτιν ἐκείνην· καὶ τάχα τὸ περὶ τούτων ἀναισχυντεῖν, τὴν οἰκείαν μέν ἐστι στιλιτεύειν γνώμην, τὴν

[1] Nisi forte legendum sit ἀποκλεισθησόμεθα, *secludemur*.

---

rum probro, veluti obscura quadam ac tetra stola induti forte fuerimus, procul ab illius ministerio quodammodo repellemur.

Atqui vereor ne forte unus egomet tetro peccatorum amictu circumdatus, ac propterea haud dignam Reginæ conspectu vestem gerens, illas audiam mihi voces jure merito insonare : Amice, quomodo mundissimas hujus Reginæ laudes pertractare aggressus es, peccato sordidus exsistens, et tenebrosum habitum deferens? Quandoquidem tali veste contectus eo audacter insiliisti, foras ab ejusdem atriis expelleris. Verum quid tandem de me fiet, qui meo desiderio cessi, neque, quin illud expleam, cohiberi ullo modo possum? Equidem ejusmodi in adjunctis cum verser, novi quid fidenter agam ; impudentiam nempe imitabor catellorum, qui, etiamsi rejecti fuerint, dominorum micis, juxta Chananææ illius dicta[a], satiantur. Et fortasse impudentiam in his præseferre, perinde est utique ac propriam improbitatem incusare; verum idipsum ad misericordiam Reginam fle-

[a] Matt. XV, 27.

βασιλίδα δὲ κινεῖν πρὸς εἶκτον, καὶ τῆς ἰδίας μὴ ἀπωθεῖσθαι παρασκευάζειν τραπέζης· διὰ τοῦτο καὶ τοῦ μαργαρίτου κατατολμῶ.

III. Ἐγένετο γάρ, φησι, τριετὴς ἡ παῖς· καὶ εἶπεν Ἰωακείμ· καλέσωμεν τὰς θυγατέρας τῶν Ἑβραίων τὰς ἀμιάντους, καὶ λαβέτωσαν ἀνὰ λαμπάδα. Ὅρα, πῶς τοῦ πράγματος ἡ οἰκονομία τοῖς πάλαι περὶ τῆς παρθένου προφητευθεῖσιν εὑρίσκεται συντρέχουσα, καὶ ἔργῳ τὰς προρρήσεις πληροῦσα· τὸ γὰρ τὰς ἀμιάντους τῶν Ἑβραίων νεάνιδας παρασκευάζειν θορυφορούσας αὐτῇ, τὴν ἐν τῷ ναῷ προσδοκωμένην ἄρτιξιν, τὴν τοῦ προπάτορος Δαυὶδ προφητείαν εἰς τὴν κατὰ καιρὸν μετεκαλεῖτο ἔκβασιν· Ἀπενεχθήσονται γάρ, φησιν ἐκεῖνος, παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς, ἀχθήσονται εἰς ναὸν βασιλέως.

Ἔδει γὰρ τοιούτοις μὲν προμηνυθῆναι ταῦτα κηρύγμασιν, ὑπὸ τοιούτου δὲ προαγγελθῆναι κήρυκος· οὕτω τε τὴν ἐν προοιμίοις θορυφορίαν τῆς παραδόξου τοῦ γένους ἀπαρχῆς εὐτρεπισθῆναι· ἔδει

---

citit, et efficit ne ab illius mensa quis rejiciatur. Propterea et margaritam hanc attingere fidenti animo aggredior.

III. *Facta est*, inquit, *puella trium annorum; et dixit Joachimus: convocemus filias Hebræorum immaculatas, et unaquæque gestet facem suam.* Vide, quomodo hic rei gerendæ ordo iis, quæ olim de Virgine prophetice dicta sunt, respondens inveniatur, atque ipso facto prædicationes compleat. Quod enim instrueretur immaculatarum Hebræorum puellarum agmen, quæ veluti quodam satellitio illam comitarentur, atque ejusdem in templum ingressum præcederent, id Davidis, progenitoris ejus, prophetiam in tempore ad eventum deducebat. Inquit enim[a]: *Adducentur virgines post eam, adducentur in templum regis.*

Ejusmodi quippe præconiis hæc in antecessum significari, et a præcone ejusmodi præmuntiari, et hoc pacto admirabilium generis nostri primitiarum comitatum celebrari oportebat. Opor-

[a] *Ps.* XLIV, 15, 16.

τὸ μόνον τῆς παρθενίας καύχημα ταῖς ἀμιάντοις καταστεφθῆναι δοξολογίαις· ἐχρῆν τοῦ μόνου τῆς καθαρότητος ἀναθήματος, τὰ καθαρὰ προπορευθῆναι βήματα· ἔδει τὴν τῷ φωτὶ τῆς ἁγνείας καταλαμπομένην παστάδα ταῖς τῶν ἁγνῶν ἐλλαμφθῆναι θαθουγίαις, ταῖς ἀθιγέσιν ἐρφαιθρυνθῆναι διαυγίαις, τοιαύτῃ ἐγκαινισθῆναι πρὸς τὴν οἰκονομίαν ὁδοιπορίᾳ.

IV. Λαβέτωσαν γάρ, φησιν, αἱ προπορευόμεναι παρθένοι λαμπάδας, καὶ ἔστωσαν καιόμεναι. Διατί τοῦτο παρακελεύῃ, ὦ δίκαιε; πρῶτον μέν, φησι, τὴν κατὰ λόγον ἐπινοῶν τῇ ἀνατιθεμένῃ Θεῷ τιμήν, τὴν φωτοφόρον προκαταρτίζω [1] χορείαν· ἔπειτα δὲ

[1] Cod. προκαταρτίζων.

---

tebat, unicum illud virginitatis decus immaculatis laudibus coronari; oportebat unicæ illi puritatis oblationi[a] puros gressus præire; oportebat, thalamum illum, innocentiæ nitore refulgentem, prælatis castarum virginum facibus illustrari, immaculatis splendoribus irradiari, atque hujusmodi processu in divinam dispensationem dedicari.

IV. *Præeuntes virgines*, inquit, *assumant lampades, atque accensas gestent*. Ut quid hoc præcipis, o juste? Primum quidem, inquit, gestantium facem chorum instruo, ut honorem, prouti res postulat, ei, quæ Deo consecratur, exhibeam. Deinde

[a] Si quæras, cur demum Virgo Deipara appellari potuit *unica puritatis oblatio* (τὸ μόνον τῆς καθαρότητος ἀνάθημα), perspicies facile, nullam sententiæ hujus idoneam rationem afferri posse præterquam receptam inter fideles doctrinam de Virginis ejusdem puritate omnis labis atque adeo originariæ quoque nescia. Fac enim non ita se rem habere: etiam Virginem finge peccato originis obnoxiam, a quo dein fuerit emundata. Numquid *unica* ea foret oblatio, quæ ejusmodi puritate nituerit? Nonne innumeros habes hac munditie ornatos Israelitarum filios primogenitos, qui quadragesimo a nativitate die redimendi sane, sed tamen Deo offerebantur? Eatenus igitur exemplo caret Virginis Deo dedicandæ puritas, quatenus exemplo caret puritas, quæ ab originali quoque labe fuerit intacta.

καὶ τῇ τῶν νεανίδων ἡπίᾳ [1] καὶ συνήθει βαδίσει τῶν τε καιομένων τῇ τερπνότητι λαμπάδων. τὸ ἀνεπίστροφον αὐτῇ τῆς διανοίας ἐπιγνοῦμαι· τὸ γὰρ ἐν προοιμίοις περιχαρὲς, τὸ εὔθυμον τῷ παντὶ διατηρήσει πράγματι· οἶδα μὲν γὰρ ἀναμφιβόλῳ πεπεισμένος γνώμῃ, ὡς οὐκ ἄν τι τῶν ἐκ μεταμελείας πάθοι, θεϊκῇ τε στηριζομένη χάριτι, καὶ τῷ τοῦ δυναμοῦντος ἔρωτι ἀδρυνομένη τε καὶ πρὸς ὕψος καρτερίας ἀναγομένη, καὶ ὡς πάντων μὲν ἀλογήσει τῶν ἐγκοσμίων, μόνῃ δὲ τῇ τοῦ δεχομένου προσφυομένῃ ἀγάπῃ, τοῦ ἐκείνου μόνου γενήσεται θελήματος· ἐνθείκνυμι δὲ καὶ τὴν προαι-

[1] Cod. ἡπίᾳ.

---

vero, leni illo consuetoque puellarum incessu, atque ardentium facularum jucunditate etiam ad ejusdem animum obfirmandum utor. Quod enim in ipsis rei principiis magnam præbet lætitiam, animi deinceps alacritatem ad finem usque servandam prodest. Nam ceterum novi, et indubiis sane innixus rationibus, eam divina gratia confirmatam, et vires sibi conferentis Dei amore roboratam, atque ad constantiæ sublimitatem evectam, ne minimum quidem vertendæ sententiæ fore obnoxiam, ac mundanis omnibus spretis, uni suscipientis se charitati adhærentem", uni ejusdem voluntati se totam dedicaturam. Illud etiam spondeo,

" Græce, μόνῃ δὲ τῇ τοῦ δεχομένου προσφυομένῃ ἀγάπῃ: et prorsus congruentissime; cum enim προσφύομαι, si vocis vim spectes, valeat *adnascor*, ac proprie de ramis dicatur, qui arbori *adnascuntur*, exinde προσφυομένη non est utcumque *cohærens*, sed *cohærens originaliter*. Perinde est propterea Mariam τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ προσφυομένην profiteri, ac affirmare, eam Deo per charitatem ab origine sua cohæsisse, nec inter eos censeri illam posse, qui, oleastri cum essent, bonæ dein olivæ inserti sunt, sed nunquam non bonam olivam eamdem fuisse. Haud dissimilia habes in altera ejusdem Jacobi, quam inferius dabimus, Oratione *in Virginis Deiparæ Visitationem*, ubi eam de suo in Deum ardenti affectu sic loquentem inducit (§ IX): *Hic (amor) simul cum corpore accrevit: hic simul cum mente adolevit: huic congenita anima mea indesinenter laudes tibi contexit:* Οὗτος συνηυξήθη τῷ σώματι, οὗτος συναμμάξει τῇ διανοίᾳ, τούτῳ ἡ ψυχὴ προσφυομένη τὴν ἀκατάπαυστον ὑμνολογίαν διαπλέκει.

ρέσεως, οὐ μόνον ἀμεταμέλητον διαμένουσαν προσοράν, ἀλλὰ καὶ τὸ μηδὲ ταῖς τῶν λογισμῶν ἐπηρείαις ὑποσυληθῆναί τι τῶν τῆς ὑπομονῆς, ἐθέλειν τὸ μόνιμόν τε καὶ ὁλόκληρον διατηρεῖσθαι· δι' ὧν καὶ τὸ εὐπρόσδεκτον ἕξει.

V. Τί οὖν, ὦ Ἰωακείμ; οὐδὲ διὰ μνήμης ταύτην προαιρῇ τὸ προσπαθὲς ἐνδείκνυσθαι τῆς φύσεως; οὐδὲ τοῖς δι' ἐνθυμήσεως λογισμοῖς τῶν παρόντων τι λογίζεσθαι συγχωρεῖς; τοῦτο γάρ σοι τὸ μὴ τῇ καρδίᾳ φάσκειν αἰχμαλωτισθῆναι βούλεται.

Τοῦτο γάρ, φησι, τοῦτο τῶν ἁπάντων ἐμοὶ κερδαλεώτερον ἀγαθῶν, ὁ πατήρ· τὸ μόνου τὸν ἐμὸν τοῦ δεδωκότος γενέσθαι καρπόν· τὸ καθάπερ παρ' ἐλπίδα τὴν ἀνθρωπίνην παρεσχέθη, οὕτω καὶ παράδοξον ὀφθῆναι τῷ παρασχομένῳ καρπορορίαν· τοῦτο παντὸς ἐφετοῦ τιμιώτερον· τοῦτο πολυπλασιώτερον πόνων, καὶ κατορθωμάτων περιδοξότερον ἔχει τὸ γέρας· οὗτος πάσης περιουσιώτερος

---

non modo propositum, quo semet offert, irretractabile permansurum, sed insuper ne cogitationum quidem pugnas quidpiam obfuturas mentis ejus constantiæ, qua perpetuum integrumque velit se munus Deo servari; per hæc vero etiam ut acceptabilis Deo fiat, consequetur.

V. Quid ergo, o Joachime? Num et hoc exigis, ut ipsa ne recordatione quidem aliquem naturæ affectum demonstret? Neque pateris ut vel interiori mentis cogitatione quidpiam præsentium mente revolvat? Mancipari enim (Deo) perinde tibi esse videtur, ac interiores quoque (de extraneis) locutiones prorsus abjicere.

Hoc sane, inquit pater, hoc mihi majus, quam reliqua bona omnia, lucrum affert, ut fructus meus uni cedat (Deo), qui ipsum donavit; et quemadmodum præter spem omnem humanam mihi concessus est, sic mira ejusdem ubertas concedenti reddita cernatur. Hoc mihi pretiosius est iis omnibus quæ desiderare possim; hoc laboribus quibusvis atque recte factis ampliorem nobilioremque mercedem continet; hæ mihi divitiæ omnem spem ac

ἐλπίδος ὁ πλοῦτος, ὑπὲρ τοιαύτης ἀμοιβῆς ἡ καρτερία, αἱ δεήσεις, οἱ πόνοι· τοιοῦτον ἦν τὸ τῶν εὐχῶν ἐν ἐπιθυμίᾳ πέρας, ὑπὲρ τοιαύτης ἐκβάσεως αἵ τε εὐχαριστήριοι δοξολογίαι, καὶ αἱ καλλιερούμεναι τούτων προσηνέχθησαν θυσίαι.

VI. Τοιαύτῃ μὲν οὖν ὁ πατὴρ καὶ προθυμίᾳ καὶ ἀναμφιβόλῳ προσδοκίᾳ, τὴν δεδοξασμένην ἀνῆγεν ἐν τῷ ναῷ παρθένον· ἡ δὲ ἁπτῆι ποσὶ μὲν καθαρωτάτοις τὴν πατουμένην καθαγνίζουσα γῆν, ἀέρι δὲ τοῦ τῆς ἁγιότητος μεταδιδοῦσα μυρισμοῦ· ἣν οὐκ αἰσθητῶν περιόλκίων ποικιλία[1], οὐδὲ χρύσεα περιδέραια καὶ τῶν συνδουμένων λίθων διειδέστατοι κατεκάλυπτον διαύγειαι, ἀλλ' ἡ τῆς καθαρότητος ὑπερφὰς κατεκόσμει περιβολή, ἡ χρυσοῦ παντὸς

[1] Cod. ποικοιλία. Et mox περιδέρρεα.

---

desiderium excedentes; ad præmium hoc assequendum tolerantia, supplicationes, labores collati; hæc votorum erat ac desideriorum meta; pro felici hoc exitu laudum cantica et sacrificiorum oblationes in gratiarum actiones redditæ fuerunt.

VI. Hac itaque animi alacritate, certissima hac fiducia gloriosam Virginem ad templum pater adduxit. Ipsa vero incedebat, terram, quam calcabat, mundissimis pedibus purificans, atque aërem suavissimo sanctitatis suæ odore perfundens. Non illam vestium exteriorum elegans varietas, neque aurea monilia, ac lapillorum connexorum micantissimus venustabat fulgor; sed exornabat splendidissimus puritatis amictus[a], atque omni auro

[a] Quid est, quæso, cur in puritatis laudes tantopere se Patres effunderent, cum de puella trimula ageretur? Nam, ut alias innuimus, quod ejusmodi ætas vitæ innocentia niteat, adeo mirum videri non potest, ut mirum contra esse debeat, si innocens non habeatur. At hujus sententiæ rationem manifeste reddit mos in Ecclesia receptus, ut puritas a puritate discernatur. Etsi enim quicumque justificationis gratiam consequuntur, vestem *candidam* et *immaculatam* (Conc. Trident. Sess. VI, cap. VII) gerunt, puritatis tamen laus singularis non iis tribuitur, qui stolam fœdatam deinde dealbaverunt, sed iis solum, qui eam numquam fœdarunt. Id vero ad eam quoque ætatem jure merito

τιμαλφεστέρα τῆς ψυχῆς ἐνωραΐζε λαμπρότης· ταύτης τῷ θιττῷ σεμνουμένην τὴν μητέρα κάλλει, ἣν ἐγγύθεν περιθέουσαν ὁρᾷν, ἄκροις τε δακτύλοις τῶν περικειμένων αὐτῇ ψαύουσαν ἐσθημάτων, καὶ τὸ βαθὺ καὶ διακεχυμένον αὐτῶν ποτὲ μὲν ἀπαιωροῦσαν, ποτὲ δὲ τὸ διανεστηκὸς ἐπισυστέλλουσαν, καὶ πρὸς τὸ χρειῶδες ἀποτυποῦσαν.

VII. Ἐπικλινομένη τε συνεχῶς ἡ μήτηρ, τοιαῦτα πρὸς τοῖς ὠσὶ διὰ ῥημάτων ἐνήχει· ποθεινὴ μέν, ὦ τέκνον Θεόσδοτόν, φησιν, ἡ τῆς ἀποτέξεως ἡμέρα τῆς σῆς, ἀγαπητά τε καὶ φίλα τὰ προμηνύσαντα ταύτην εὐαγγέλια· παρὰ προσδοκίαν γὰρ καὶ αὐτὰ θεία

---

pretiosior animæ nitor decorabat. Duplici hac filiæ pulchritudine honestatam cernere erat prope incedentem matrem, vestimenta, quibus puella induebatur, summis digitis tenentem, et eorum extrema diffluentia interdum attollentem, interdum vero, si quando dilaberentur, componentem, ac venuste aptantem.

VII. Porro ad illius aures sese mater inclinans, hujusmodi sensa ingeminare non intermittebat: Desideratus quidem (inquit) mihi fuit, o filia divinitus concessa, natalis tui dies : carissimum ac jucundissimum mihi fuit faustum illud nuntium, quod hunc præsignificavit. Nam et ista præter spem omnem ex sola divinæ

transfertur, quæ suos nondum actus habeat. Si enim spectetur naturæ in Adam lapsæ conditio, quis non videt, infantulos ex aqua et Spiritu Sancto renatos ita comparari cum eo posse, qui originis vitium non incurrerit, ac adultus actualium criminum veniam consequutus cum iis comparetur qui acceptam in baptismate stolam nullo proprio crimine deinde maculaverunt? Non deest ergo ratio ex ipsis Ecclesiæ dogmatibus petita, cur *singularis* puritatis prærogativa celebrari possit in illa etiam ætate, quæ parem vitæ propriæ puritatem singulis quibusque per se vindicat; quia scilicet si quis numquam non albam animæ stolam gesserit, is merito præ illis *singulariter* purus habetur, qui stolam ex origine olim fœdam deinde dealbaverunt. Sed rursus hæc unica prorsus est, quæ reddi possit illius sententiæ, ratio. Ergo, ne Patres ceu desipientes traducamus, non alia quam ista doctrina permotos ad singularem infantulæ Mariæ puritatem prædicandam fateri debemus.

παρεσχέθη χάριτι· ποθεινοτέρα δὲ πολλῷ μᾶλλον, καὶ τοῦ ὄντος ἐπιθυμητοῦ καὶ μόνου καλοῦ πρόξενος ἡ ἐνεστῶσα, καθ' ἣν ἐγὼ σὲ τὴν ἐμὴν ἀριερῶ τῷ δεσπότῃ προσφοράν· ἐν ᾗ τῶν ἐμῶν ὠδίνων ἀπαρχὴν ὁμοῦ καὶ πέρας ἀνατίθημί σε τῷ δεδωκότι· δεδοξασμένα μὲν τὰ ὑπεσχημένα περὶ σοῦ τῷ Θεῷ, εὐλογημένη δὲ καὶ ἡμέρα, καθ' ἣν τὸ ἀψευδὲς αἱ ὑποσχέσεις λαμβάνουσιν· ἡ μὲν γὰρ τῆς γεννήσεως, ὀνειδισμῶν μὲν ἀπαλλαγήν, στειρώσεως δὲ λύσιν, εὐχῶν δὲ καθυπέδειξε πλήρωμα· ἡ δὲ παροῦσα, καυχήματος μὲν τοῦ ἀνωτάτω καὶ παῤῥησίας τῆς πρὸς τὸ γένος, εὐλογίας δὲ τῆς παρ' ἐλπίδα κήρυξ καθέστηκε· καὶ τῆς σῆς μὲν ἐκείνη κυήσεως ταῖς εὐχαριστίαις, αὕτη δὲ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως ταῖς χάρισιν ἐλλαμπρύνεται· νῦν γὰρ ἐγὼ τὰς πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίας ἀποπληρῶ, νῦν σὲ τῶν εὐχῶν ἀποδίδωμι τὸν καρπόν, νῦν ἁπασῶν μητέρων τῇ παραδόξῳ ταύτῃ σεμνύνομαί σου μνηστείᾳ· ἐκεῖναι μὲν γὰρ θνητοῖς τὰ ἑαυτῶν ἐγχειρίζουσαι φίλτατα νυμφίοις, φθαρ-

gratiæ largitate mihi obvenerunt. At vero multo desiderabilior, et vere concupiti atque unici boni allator præsens mihi dies illuxit, quo ego te, quæ mea es, oblationem Domino sum consecratura, quo te fructificationis meæ primitias simul et summam ei, qui dedit, sum dedicatura. Gloriosa quidem sunt, quæ de te a Deo promissa fuerunt : sed et benedicta dies illa, qua promissionum veritatem eventus comprobat. Dies natalis tui mihi quidem opprobriorum finem, sterilitatis solutionem, ac votorum meorum præstitit complementum ; ac præsens dies summæ gloriationis, et humano generi libertatis et confidentiæ, tum vero benedictionis spem omnem prætergredientis præco apparuit. Et illa quidem dies, gratiarum actionibus pro tua nativitate solemnis fuit; hæc vero gratiis refulget, quibus Dei domestica ac familiaris efficeris. Nunc enim, quæ Deo promisi, adimpleo ; nunc te mearum obsecrationum fructum reddo; nunc ob admirabilem tuam hanc desponsationem matribus omnibus augustior incedo : illæ enim dilectissimas filias sponsis mortalibus tradentes, cor-

τοῖς θαλάμοις καὶ παστάσιν ἐπικήροις ἐνωραίζονται· ἐγὼ δὲ σὲ τῷ ἀθανάτῳ σήμερον καὶ μνηστευομένη καὶ ἀποδιδοῦσα νυμφίῳ, αἰσθητῷ μὲν ἐνδιαιτήματί σου τῷ οὐρανομιμήτῳ τέρπομαι ναῷ· θαλάμῳ δὲ νοητῷ διὰ τῶν θείων σοι κατασκευασθέντι χαρίτων ἐπαγάλλομαι, ταῖς τῆς ἁγνείας καὶ καθαρότητος ἐφηδομένη παστάσι· καὶ ὁ πόθος δὲ ὁ σὸς, ἀπεναντίων ἕξει τοῖς ῥέουσι· καθαρὸς γὰρ οὗτος καὶ ἀνόθευτος, καὶ ὥσπερ ἀναλλοίωτός ἐστιν ὁ ἐρώμενος, οὕτω καὶ αὐτὸς τὸ μόνιμος εἶναι διατηρήσει· παρ' ἐλπίδα τοίνυν τὰ περὶ σὲ καινοτομούμενα σήμερον· μνηστεία καθαρωτάτη, ἀφιέρωσις μυστική· τιμὴ τῶν ὁμοφύλων ἐξῃρημένη πάντων· οἰκείωσις πρὸς Θεὸν, καὶ τἄλλα δι' ὧν τῷ γένει τὸ σεμνότατον προμηνύεται· διὰ ταῦτα χαίρω, διὰ ταῦτα σήμερον ὑπερτίθεμαι πασῶν μητέρων· ἰδοὺ γὰρ τὴν τεχθεῖσαν ὡς ὑποσχομένην ἐν οἴκῳ Θεοῦ σήμερον ἀνατίθημι.

---

ruptibilibus thalamis atque penetralibus caducis suam ipsarum gloriam superstruunt; ego vero immortali sponso te hodie reddens ac nuptui tradens, tum de materiali domicilio tuo, templo scilicet quod cœlum æmulatur, delector; tum de spirituali thalamo, tibi omnigenis Dei gratiis præparato, supra modum gaudeo, ineffabilemque ex illis innocentiæ et puritatis penetralibus suavitatem percipio. Et affectus quidem tuus plane res omnes caducas aversabitur. Purus enim ac sincerissimus ipse est; et quemadmodum immutabilis is est quem diligis, sic et amor tuus ut semper sibi constans perseveret, consequetur. Spem omnem igitur excedunt nova illa, quæ hodierna die in te complentur: desponsatio purissima, mystica oblatio, honor præ omnibus consortibus eximius, familiaris cum Deo conjunctio, atque alia, per quæ humano generi summa dignitas prænuntiatur. Propterea gaudio gestio; propterea omnibus hodie matribus antecello. Ecce enim natam meam, utpote promissionis jure Deo debitam, hodie in domo Dei consecro.

VIII. Δεῦρο καὶ σὺ τῶν ἀσωμάτων ἐπιδημήσασα χοροστασία, ἁρμόδιον σὺν ἐμοὶ τὴν πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην ἐναπήχει δοξολογίαν· ἄγε τῆς ἐμῆς καροφορίας κήρυκες, τὴν ὑπὲρ ταύτης τῷ δεδωκότι διαπορθμεύσατε εὐχαριστίαν· ἄγε τῶν προφητῶν ἡ διαπρύσιος συμφωνία, τῆς τῶν χρησμῳδηθέντων ἐπαγγελίας τὸ πέρας ἤδη καταβαλλόμενον θέασαι· δεῦρο πρόπατορ Δαυὶδ, τῇ ἐκ σῆς ὀσφύος ἀναθεθομένῃ ῥάβδῳ συνεπαγάλλου ἀδρυνομένῃ· ἡ βασιλὶς καὶ θυγάτηρ τῷ τοῦ βασιλέως καθαρωτάτῳ συνδεῖται πόθῳ, πρὸς τὴν αὐτοῦ ἐπιθυμίαν τὰ οἰκεῖα τῆς καθαρότητος ἠὐτρέπισε κάλλη· σήμερον λιτανευέτωσαν οἱ ἐν θεοπτίαις πλούσιοι τὸ ταύτης ἐπιπόθητον πρόσωπον.

IX. Δεῦτε δὴ καὶ τῶν φυλῶν οἱ περιόντες ἔτι, καὶ τὴν ἐν τῷ ναῷ ἄφιξιν προοδοποιήσατε· πλάτυνον τὰς ἐπαύλεις, λέγοντες, πρὸς ὑποδοχὴν τῆς πλατυτέρας τῆς ὁρατῆς καὶ ἀοράτου κτίσεως

VIII. Age et tu, incorporeorum spirituum chorus, huc adveniens congruum laudis canticum communi Domino mecum concine. Agite, o fœcunditatis meæ præcones, pro hac ipsa gratiarum actiones benignissimo ejusdem largitori deferte. Age, altisonum canentium prophetarum agmen, iis, quæ tuis oraculis promissa fuerunt, finem jam impositum intuere. Age, progenitor David, congaude virgæ quæ e semine tuo exorta [a] jam adolescit. Regina simulque filia purissimo Regis amore tenetur, et pro illius desiderio propria puritatis ornamenta speciosissima instruxit. Qui in divinis visionibus *divites* sunt, hodie *desiderabilem* hujus *vultum deprecentur* [b].

IX. Adeste porro et vos, qui circumstatis e tribubus, et illius ad templum accessum præcedite, viamque sternite dicentes : dilata (o templum) ædes tuas ad eam suscipiendam, quæ creaturis omnibus tum visibilibus tum invisibilibus amplior appa-

[a] Is. XI, 1.
[b] *Ps.* XLIV, 13.

ὀφθείσης· εὐτρέπιζε πρὸς ὑποδοχὴν τὰς συνεψομένας αὐτῇ παρθένους, τὸν λαμπαδηφόρον προκατάρτιζε χορόν· τὰς ἐπιβατηρίους τῆς βασιλίδος προάρμοζε δοξολογίας.

Ἀθιγὴς χῶρος τοὺς ὑπεράγνους ὑποδεχέσθω πόδας, καὶ ἀκοινώνητος διαγωγή, τὴν ἀκηλίδωτον διατηρείτω περιστερὰν, καὶ ταύτην ἐγὼ παρασκευάσω σήμερον, ὡς δεῖ, καὶ ταῖς ὑποσχέσεσι τὸ πέρας ἐπιθήσω· ἄναψον λαμπάδα φωτὸς, καὶ καταφαίδρυνον τὰς εἰσόδους· ἆρον μετάρσιον πυρσὸν, ὡς σύνθημα, καὶ ἴθυνον πρὸς σὲ τὴν οἰκουμένην, ἵνα τὴν φωτεινὴν νεφέλην ἐπόψηται, ἵν' ἐν μετουσίᾳ τῶν ἀκτίνων ταύτης γενήσηται, ἵνα τὴν τοῦ φωτὸς πηγὴν ἐκ ταύτης βρύουσαν κατίδῃ.

Πέτασον τὰς πύλας σου, καὶ τὴν νοητὴν πύλην εἰσάγαγε, ἣν μόνος ὁ τοῦ Θεοῦ διοδεύσας Λόγος ἐσφραγισμένην, ὡς οἶδεν, ἐτήρησεν· εἰ γὰρ καὶ πύλης τὴν κλῆσιν ἀπείληφεν, ἀλλὰ παρθένον ἑαυτὴν διετήρησε, καὶ τοῦ μὲν πράγματος τὴν λειτουργίαν ἐπλή-

---

ruit. Præpara ad eam excipiendam virgines, quæ sint ei comites; gestantium faces chorum instrue; et laudis cantica ad Reginæ ingressum concinenda præpara.

Immaculatum domicilium immaculatissimos suscipiat pedes, et nemini adeunda statio mundissimam in se conservet columbam; namque hodie hanc ego, prouti decet, adparabo, et promissa mea implebo. Accende lucentes lampadas, et ingressum ejus splendidissimum redde. Extolle sublimem facem tamquam signum, et ad te universum terrarum orbem converte, ut lucidam aspiciat nubem, ut illius radiorum participatione fruatur, ut lucis fontem ex ea scaturientem intueatur.

Pande portas tuas, et spiritualem excipe portam, per quam solum Dei Verbum transiens [a], obsignatam, eo modo, quo novit ipsum, servavit. Etsi enim portæ appellationem sortita est, intactam tamen semetipsam virginem conservavit; et opportunum

[a] Ezech. LIV, 1-3.

ρωσε, τῆς ἀφθαρσίας δὲ τὰς σφραγῖδας οὐκ ἔλυσεν· ἐπίσχες τὸ καταπέτασμα, ἵν' ἔνδον τούτου χωρήσῃ τὸ ἔμψυχον τοῦ λόγου καταπέτασμα, τὸ ἐν ἑαυτῷ τὴν θεότητα κρύψαν, καὶ τῷ πυρὶ ταύτης μὴ καταλέξαν τὴν ὑλώδη οὐσίαν· δέξαι τὴν ἐν πνεύματι κεχρυσωμένην λυχνίαν, ἧς τὸ λαμπάδιον καταυγάζει τὰ πέρατα, δι' ἧς ἀνῆψε τὰ τοῦ Πνεύματος ἑπτὰ χαρίσματα, καὶ τὸν περίγειον κόσμον ἐφώτισαν· δέξαι τὴν ζωηφόρον τράπεζαν, ἐν ᾗ προτεθεὶς ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄρτος, ἀμβροσίαν τοὺς μετέχοντας εἱστίασεν[1], ἐξ ἧς οἱ τῆς σοφίας κρατῆρες τὸ ἀθόλωτον καὶ καθαρώτατον τῆς γνώσεως πόμα προχέουσι· κόσμησον τὰ τῶν ἁγίων ἅγια, καὶ τὴν ὑπεραγίαν σκηνὴν ὑπόδεξαι.

[1] Mendose Combefisius Auct. vol. I, col. 1095, ἑστίασε.

---

quidem ministerium implevit, sed incorruptionis signacula non dissolvit. Velum tuum remove, ut animatum illud Verbi velum suscipi intus possit, quod in se divinitatem occultavit, neque tamen hujus igne materialem substantiam combussit. Excipe ex auro factum per Spiritum candelabrum [a], cujus facula terrarum orbis fines illuminat, et per quam eadem facula accendit septem illa Spiritus charismata, quæ terrarum orbem luce perfuderunt. Accipe vivificam mensam, in qua propositus vitæ nostræ panis ambrosia (cœlesti alimento) participantes recreavit, et e qua sapientiæ crateres limpidum ac purissimum sapientiæ potum effundunt. Adorna Sancta Sanctorum, et sanctissimum in te suscipe tabernaculum.

[a] De prima Virginis Deiparæ origine dixerat Johannes Eubœensis, *cam ab ipso Dei Filio et cooperante sanctissimo ac vivificante Dei Spiritu ædificatam fuisse* (Orat. in Deip. Concept. § XXIII, pag. 103 et 104): qua quidem sententia nulla luculentior ad prædicandam puram Virginis Conceptionem afferri posse videtur. At palam est in idem conspirare et hunc Jacobi locum, ubi de Virgine disserens sub candelabri symbolo, ipsum ex auro conditum per Spiritum fuisse affirmat.

X. Σήμερον γὰρ, ὡς τριετίζουσα δάμαλις, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσάγεται· σήμερον τῷ ναῷ προσάγεται ὁ ναὸς ὁ ἔμψυχος, ὁ τῶν οὐρανῶν ὑψηλότερος καὶ πάσης κτίσεως εὐρυχωρότερος· σήμερον ἐν τῷ ναῷ ἐνοικίζεται ἡ τὴν ἀποικίαν τοῦ ἀνθρωπείου γένους πρὸς τὴν ἰδίαν ἑστίαν διὰ τοῦ τόκου ἀναγαγοῦσα· σήμερον ἡ νοητὴ σκηνὴ τῇ νομικῇ τὰ τῆς χάριτος εὐαγγελίζεται, καὶ τῷ γράμματι ὑποχωρεῖν τῷ πνεύματι διακελεύεται· σήμερον ἡ ἄσπιλος ἀμνὰς, ὡς δεκτὸν ἱερεῖον, τῷ ναῷ προσφέρεται· σήμερον ἡ ἄμωμος περιστερὰ ἐν τοῖς τοῦ ναοῦ ἀδύτοις περιϊπταμένη, τὸν τῆς κακίας ἰξευτὴν ἐξέκλινεν, ὑψηλοτέρα γενομένη τῶν αὐτοῦ μηχανημάτων·

X. Et sane ipsa hodierna die, tamquam triennis vitula[a], in Sancta Sanctorum inducitur. Hodie in templum infertur templum illud animatum, quod cœlis sublimius est, atque universis rebus creatis amplius[b] et capacius. Hodie in templo ea collocatur, quæ extorre genus humanum per partum suum in proprias sedes reduxit. Hodie spirituale tabernaculum tabernaculo legali gratiam annuntiat, ac litteræ indicit, ut spiritui locum cedat. Hodie immaculata agna tamquam hostia acceptabilis in templo offertur. Hodie intemerata columba in templi adytis circumvolitans, malitiæ aucupem declinavit[c], hujus dolis atque insidiis

[a] Solent Patres, præsertim Græci, quemadmodum passeri, aut turturi, aut columbæ, aut agnæ, aut ovi, sic etiam *vitulæ* Deiparam comparare, idque ad innocentiæ laudem maxime spectat. Verum neque Latinis hoc symbolum ad designandam innocentiam insitatum fuisse evincunt, quæ de Gratiano et Valentiniano sic scripsit Ambrosius (De obit. Valent. n. 78) : *Super columbas simpliciores, super aquilas leviores, super agnos clementiores, super vitulos innocentiores.*

[b] Uti cœlis amplior prædicatur Deipara, quia cum de cœlis scriptum sit (III Reg. VIII, 27), *cœlum et cœli cœlorum te capere non possunt,* Virgo tamen Deum sinu suo inclusum gestavit, ac suis ulnis complexa est.

[c] Totam hanc paragraphum ex prima Georgii Nicomediensis *in Præsentationem* oratione Jacobus exscripsit. Sunt vero, qui ad Mariæ Conceptionem originali labe immunem hanc etiam transferant sententiam, qua *aucupem malitiæ dicitur evitasse.* Perperam omnino : id enim contextus neque exigit,

σήμερον τὸ ὀοχεῖον τοῦ πνεύματος ἐν τῷ ναῷ ἀποτεθὲν, πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ λόγου ἐξευτρεπίζεται· σήμερον τὸ πάγχρυσον θυμιατήριον εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσοικίζεται, ἐν ᾧ ὁ λόγος τὴν σάρκα ἀνάψας, εὐωδίας τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσεν.

XI. Εἰσάγαγε τὴν κιβωτὸν τοῦ ἁγιάσματος, τὴν τὸν νομοδότην αὐτὸν ἔνδον χωρήσασαν, τὴν τὸ οὐράνιον μάννα βαστάσασαν, τὸ τῆς νέας διαθήκης θησαύρισμα, τὴν στάμνον τὴν ἔνδοξον, τὴν κιβωτὸν τὴν τὰς θεοχαράκτους πλάκας κατέχουσαν· ἐν αἷς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἐγγραφεὶς ὑπὲρ λόγον, τὸ τοῦ νομικοῦ γράμματος ἐπαχθὲς εἰς τὴν τοῦ πνεύματος ἐλαφρότητα μετήνεγκε· λάβε τὴν ἱερατικὴν ῥάβδον, τὴν ἀποτίστως βλαστήσασαν, τὸ ἀμάραντον

---

sublimior effecta. Hodie Sancti Spiritus receptaculum in templo repositum ad Verbum suscipiendum feliciter præparatur. Hodie in Sancta Sanctorum importatur thuribulum illud totum aureum, in quo Verbum carnem ceu thus adolens, universam terram suavissimo odore perfudit.

XI. Introduc arcam sanctificationis[a], quæ legislatorem ipsum in se recipit, quæque manna cœleste portavit. Suscipe thesaurum illum novi Testamenti, gloriosam urnam, arcam continentem tabulas a Deo exaratas, in quibus, supra quam verbis explicari possit, Dei Verbum inscriptum litteræ legalis grave pondus in leve spiritus onus commutavit. Accipe virgam sacerdotalem[b], quæ sine irrigatione immarcescibilem florem Dominum

neque patitur, cum sermo palam sit de diaboli insidiis per recessum in templum vitatis; quod nihil ad Conceptionem pertinet.

[a] *Psalm.* CXXXI, 8.

[b] Hæc ad illa spectant, quæ de virga sacerdotis Aaronis leguntur *Num.* XVII, 8 : *Sequenti die regressus* (*Moyses*) *invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi : et turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Sacerdotalis autem virga ut typus Sanctæ Virginis assumi a Patribus consuevit, quia præter naturæ leges sine ulla humoris irrigatione in ipso tabernaculo germinavit. Verba illa, τὴν ἀποτίστως βλαστήσασαν, Combefisius aliter sic legit : τὴν ἀπὸ πίστεως βλαστήσασαν, ac

ἄνθος, τὸν Κύριον, τὴν ἁγίαν καὶ ἐπιθυμητὴν γῆν, ἐξ ἧς ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη ἀνέτειλεν, ἐν ᾗ πόδες περικαλύμμασι σκεπόμενοι, προβαίνειν κωλύονται, λέγω δὴ, λογισμὸς ἀμφιβολίᾳ καὶ ἀπιστίᾳ καλυπτόμενος· τὸ κατάσκιον ὄρος, ἐν ᾧ κατοικῆσαι ὁ λόγος κηδόκησεν, ἐν ᾧ ἡ φύσις ὑποκλεισθεῖσα τὴν καῦσιν τῆς ἁμαρτίας ἐξέκλινεν, ἐξ οὗ ἀχειροτεύκτως ὁ ἀκρογωνιαῖος ἐκκυλισθεὶς λίθος, τὴν εἰκόνα τοῦ ἐχθροῦ συνέτριψε καὶ εἰς χοῦν ἀπελίκμησε· θέξαι τὴν κατάκαρπον ἐλαίαν, δι' ἧς τὸ ἱλαρῦνον ἀνέβλυσεν ἔλαιον, καὶ τὴν κτίσιν ἐλίπανε· τὸν θρόνον τὸν ἔνδοξον, τὸ βασιλικὸν ὄχημα, ἐν ᾧ ὁ λόγος ὀχούμενος, μετὰ σαρκὸς ἐπεδήμησε· περίλαβε τὴν Σολο-

---

germinavit; suscipe terram illam sanctam, et desiderabilem[a], e qua[b] veritas et justitia exortæ sunt, et quam nefas est ut tangant pedes involucro quopiam contecti[c], ratiocinationes, inquam, dubitatione atque infidelitate obvolutæ. Excipe umbrosum montem, *in quo inhabitare* Verbo *complacuit*, in quem recepta natura ac veluti latens[d] peccati incendium declinavit; e quo[e] sine ullius manus opera evolutus lapis ille angularis hostis statuam contrivit, atque in pulverem redegit. Suscipe olivam fructiferam, e qua oleum exhilarans[f] effluxit, et universas creaturas impinguavit[g]. Suscipe thronum gloriosum, vehiculum regale, in quo Verbum insidens ad nos carne indutum advenit. Complectere

vertit, *quæ fidei merito... germinavit*. Mirum sane! tam sæpe enim recurrit ista sententia apud Patres, qui typo illo adhibito Deiparæ non quidem fidei merita, sed miraculum Conceptionis sine semine demirantur ac celebrant, ut de vitiata lectione suspicari maxime pronum esset.

[a] *Ps.* CV, 24; Zach. VII, 14.

[b] *Ps.* LXXXIV, 12.

[c] *Exod.* III, 5.

[d] Combefisius (loc. cit.) pro ὑποκλειθεῖσα legit ἀποκλιθεῖσα, ac vertit *reclinata*.

[e] Dan. II, 34.

[f] *Ps.* CXXXIII, 15.

[g] *Ps.* XXII, 5.

μώντειον κλίνην, ἣ κύκλῳ δορυφοροῦσιν οἱ ἑξήκοντα δυνατοί· ταύτην ἡ προφητικὴ λαβὶς ἐξεικόνισεν, ἡ τὸν ἄνθρακα φέρουσα καὶ τὰ χείλη καθαίρουσα, ἡ σεραφικῶς φυλαττομένη, καὶ διὰ Πνεύματος ἁγίου κηρυττομένη· ταύτην ἡ ἐσφραγισμένη βίβλος ἐμήνυσεν, ἣν οὐδεὶς ἀνέγνω γραμμάτων ἐπιστήμων, πλὴν τοῦ σφραγίσαντος καὶ ὑπὲρ λόγον τηρήσαντος.

XII. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς ὑποθέσεως ἐπανέλθωμεν. Ἐπειδὴ, τῆς πρὸς τὸν ναὸν διηνυσμένης ἀναβάσεως, αὐτὴ μὲν σὺν ταῖς ἑπομέναις παρθένοις, ταῖς αὐτοῦ προσεγγίζει πύλαις, θάμβος δὲ λαμβάνει καὶ κατάπληξις οὐκ ἀτερπὴς τοὺς ἔνδον, ἀκοῇ μὲν πρότερον, ἔπειτα δὲ καὶ θεωρίᾳ τὴν ἀσυνήθη διασκοποῦντας πρόοδον· χορεία γὰρ παρθενικὴ προῆγεν εὐτάκτῳ τῇ ἁρμονίᾳ συνημμένη, καὶ τῇ τε κατὰ κόσμον μεταβάσει, καὶ τῷ τῆς ὥρας ἐπανθοῦντι κάλλει, ἡδὺ τὸ θέαμα παρίστη· παρθένος δὲ,

---

lectulum Salomonis, in cujus circuitu[a] sexaginta fortes agunt excubias. Hanc prophetica illa forceps[b], per Seraphim servata, et per Spiritum Sanctum prædicata effigurabat, quæ carbonem ferens labia purgabat. Hanc præmonstrabat liber ille signatus[c], quem nemo litterarum peritus legere potuit, nisi qui obsignaverat atque ineffabili ratione custodivit.

XII. Verum ad propositi argumenti consequentia ex ordine revertamur. Postquam, peracta via quæ ad templum ascendit, ipsa cum virginibus eam comitantibus ad illius portas appropinquavit, vehemens admiratio ac stupor non injucundus eos qui intus erant, subiit, primum quidem ob auditum insueti hujus comitatus clamorem, deinde vero etiam propter ejusdem aspectum. Virginum enim chorus præcedebat concinno ordine dispositus, et tum ordinato incessu, tum florida venustatis pulchritudine, suavissimum spectaculum exhibebat. Virgo autem

[a] *Cant.* III, 7.
[b] Is. VI, 6.
[c] Is. XXIX, 11.

κύκλῳ δορυφορουμένη λαμπαδουχούσαις αὐταῖς, ξένην μὲν, ὡς περὶ τὴν ὥραν, οὕτω καὶ τὴν ἐκτὸς εἶχε καταστολήν· τὸ ἀνθηρὸν γὰρ ἐκείνων, τῷ τοῦ εἴδους φαιδροτάτῳ συνέκρυπτε, καθάπερ ἡλίου τὴν τῶν ἄστρων ὑπερνικῶντος αὐγήν. τῷ ἱλαρῷ δὲ τὸ σύννουν αὐτῇ κεκρυμμένον[1], τὸ τῆς ψυχῆς ὑπέφαινε μεγαλοφυές· δι' οὗ καὶ τεκμήρια καινότερα, οὐκ αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ὅλης τῇ θαυμαζομένῃ προσεμαρτυρεῖτο φύσεως.

XIII. Οὕτω γοῦν πρὸς ταῖς εἰσόδοις τῶν ἐντὸς ἐκκεχυμένων τοῦ ναοῦ, πρός τε τὴν καινοφανῆ χορείαν ἐνατενιζόντων, τοῦ ἱερέως προηγουμένου Ζαχαρίου, τίς ἂν εἴη αὕτη, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀφίξεως, αὐτὸς διεπυνθάνετο· τὴν δὲ μητέρα χερσὶν ἔτι κατέχουσαν τὴν παρθένον εἰπεῖν ἀποκρινομένην θήπουθεν πρὸς αὐτόν· ὡς μηδαμῶς σε λανθάνειν ἱερέα τε τοῦ μεγάλου Θεοῦ τυγχάνοντα, καὶ τὰ δέοντα μὲν ἅπαντα παρ' αὐτοῦ μυούμενον· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ

[1] Cod. κεκραμμένον.

---

velut satellitio quodam illis circumstipata puellis, quæ faces gestabant, mirum sane, quemadmodum specie, sic toto externo habitu decorem præseferebat. Floridam enim illarum venustatem clarissimo pulchritudinis suæ splendore obscurabat, non secus ac stellarum lucem sol vincit et abscondit. Vultus autem hilaritate constantem animæ magnitudinem intus latentem demonstrabat: propter quam non illis modo, sed et universæ naturæ admirationi erat, atque signis etiam magis insuetis testimonium ei præbebatur.

XIII. Sic igitur illis, qui in templo erant, ad vestibulum ejus accurrentibus, et novum chori illius spectaculum contuentibus, summus ipse sacerdos Zacharias, qui alios præcedebat, quæ ipsa esset, etquænam adventus causa foret, sciscitatur. Matrem vero, quæ manibus adhuc filiam tenebat, ei respondisse (narrat historia) atque ita locutam esse: Cum nihil latere te possit, quippe qui sacerdos sis magni Dei, et ab ipso omnia, quæ scitu necessaria sint, divinitus docearis; jam vero multo minus exi-

τὰ περὶ τῆς παρούσης παιδὸς, ἥτις αὐτοῦ προμηθείᾳ κρείττονι θεῦρο γενομένη παρέστηκε· καὶ χρὴ μὲν ἀπορρήτως σε μυσταγωγηθέντα ταῦτα, μὴ λόγοις ἀναδιδάσκεσθαι, πράγματι αὐτῷ τῇ ἀληθείᾳ πεπεισμένον· ὅμως παρορμηθέντες, ὅπως ἂν ἔχοι, προσειπεῖν διέξιμεν.

Ἡμῖν, ὦ θεσπέσιε λειτουργὲ, τὰ τῆς παιδοποιίας καλὰ, ἀδυναμίᾳ τῆς ἀσθενούσης ἐπείχετο φύσεως, εἰς παντελὴ ταύτης ἀποκλεισθείσης ἀργίαν· διὸ τῆς τοῦ γένους διαδοχῆς ἀνέλπιστοι μὲν αἱ προσδοκίαι διετέλουν, ὀνειδισμοὶ δὲ παρὰ τῶν συμφυλετῶν διὰ τὴν τῆς τεκνογονίας ἐπετρίβοντο στέρησιν, ὡς αὐτῶν δηλαδὴ τῶν τοῦ Θεοῦ στερουμένων δωρεῶν, οὓς εἰκὸς ἐπικωμάζοντας, οὐδὲ ταὐτὸν [1] ἀγνοεῖν· ὥσπερ γὰρ ἰδίᾳ, οὕτω καὶ καρποφοροῦσιν ἡμῖν καὶ θύουσιν ἐν τῷ ναῷ κατεχέοντο. Πᾶσι γοῦν χαίρειν εἰπόντες τοῖς παροῦσι, τῇ θείᾳ δεδωκότες ἑαυτοὺς ἐπερρίψαμεν προμηθείᾳ, παρ'

[1] Cod. αὐτόν.

---

stimandum est, tibi incomperta ea esse, quæ ad hanc puellam pertinent; quæ cum singularissima illius providentia huc advenerit, nunc coram te adstat. Cumque ineffabili modo particeps hujusce mysterii effectus fueris, haud opus est te, perspicua rei ipsius veritate jam persuasum, verbis edoceri. Nihilominus, quandoquidem ita a nobis exigitur, quemadmodum hæc se habeant, sermone exponimus.

Nobis, o sacerdos divine, nullum aderat prolis solatium, impotentia scilicet naturæ infirmæ, atque omnimoda segnitie affectæ, id prohibente; atque adeo generis nostri successionis spes omnis penitus defecerat. Propter hanc vero filiorum orbitatem a contribulibus opprobria nobis ingerebantur, tamquam scilicet ipsi Dei donis prorsus careremus, cum tamen res non ferret, ut qui nobis insultabant, ea ignorarent. Namque sicut privatim, ita cum in templo fructus oblationesque deferremus, bona nobis effusissime affluere manifestum erat. Itaque omnibus, quæ suppetebant, valere jussis, divinæ nosmetipsos providentiæ com-

αὐτῆς τυχεῖν τὰς τῆς φύσεως δωρεὰς ἐξαιτούμενοι, καὶ τῆς τῶν ὀνειδισμῶν ἀπαλλαγῆναι δυσφημίας. Ἐντεῦθεν τοίνυν τῶν παρόντων ἡμῖν τερπνῶν καὶ τῶν ἐξουσίᾳ κειμένων ὑπερώφθησαν αἱ ἀπολαύσεις· πλοῦτος παρωράθη, δόξα κατεφρονήθη, περιφάνεια κατεκρύβη, φίλων ἑταιρεία ἠθέτηται, οἰκετῶν ἀπώσθη δορυφορία, εὐφρόσυνα μετημείφθησαν ἅπαντα, ἔνδεια τῶν ἐν ἀφθονίᾳ, ἐρημία τῶν ἀναγκαίων, διατριβὴ ἄφιλος, νηστεία τὴν ἀνθρωπίνην καταπαλαίουσα φύσιν, ὀδυνηρῶν ἐκ βάθους ἀναπέμψεις στεναγμῶν, δακρύων δαψιλεῖς ἐκχύσεις, δεήσεις ἐκτενεῖς, εὐχαὶ ἐκ συντετριμμένης προϊοῦσαι καρδίας, καὶ ῥήμασιν ἀξιολόγοις ἐλέους ἀναφερόμεναι.

XIV. Τούτοις οὖν ὁ πανάγαθος ἐπικαμφθεὶς δεσπότης, εἶξε τῇ παρακλήσει, ἐπένευσε τῇ δεήσει, ᾤκτειρε τὴν ἐθελούσιον ταλαιπωρίαν, ἐπήκουσε στεναγμῶν, προσέσχε δάκρυσι· διὸ καὶ τὴν ἀσθενοῦσαν μὲν ἐπέῤῥωσε φύσιν, χρησμῷ δὲ τὸ τῶν δεήσεων καθυπέ-

---

mendantes, in eam prorsus nos conjecimus, deprecantes, ut per ipsam naturæ dona promereremur, et ab opprobriorum dedecore liberaremur. Omnis itaque voluptas, solatia omnia, quæ in nostra potestate et ad manus nobis erant, exinde contempta : despectæ divitiæ, decor neglectus, splendor depositus, consortia amicorum intermissa, domesticorum servitium rejectum, læta quæcumque repudiata, sepositum, quod opulentia offert, quodvis commodum, remota necessariorum consuetudo, fastidio habita colloquia, jejunia naturæ humanæ facultatem excedentia, suspiria cum gemitibus ab imo pectore emissa, uberes lacrymarum imbres, juges supplicationes, preces e corde contrito erumpentes, et verbis ad misericordiam flectentibus effusæ.

XIV. His igitur permotus benignissimus Dominus, cessit supplicationi, annuit obsecrationi, spontaneam afflictionem miseratus est, exaudivit gemitus, lacrymas non despexit. Quocirca et infirmam corroboravit naturam, et per oraculum

σχετο παρέξειν πλήρωμα, ἣν βεβαίαν ἡμεῖς ἐπαγγελίαν δεξάμενοι, ἀνθυπεσχόμεθα τὸ παρασχεθησόμενον τῷ ἐπαγγειλαμένῳ μὲν ἀποδιδόναι, ὁπότερον ἂν τύχῃ, μὴ προκρίναντες τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος, ἐν τῷ δεδοξασμένῳ δὲ ναῷ καθάπερ τι θεῖον κειμήλιον ἀνατίθεμεν· προνοίᾳ γοῦν τοῦ παρασχομένου δίδοται, ἣν νῦν παρ' ἡμῶν ἀντιδιδομένην παῖδα καθορᾷς, ἣν μεγαλοψυχία μὲν τῶν τεκόντων προσφέρει, παρθένων δὲ δορυφορεῖ λαμπαδουχοῦσα χορεία, ἧς τὸν οἰκονομούμενον λόγον αὐτὸς ἂν ὑπὸ τοῦ οἰκονομοῦντος μυηθείης.

Δεξάμενος οὖν ταύτην τῶν ἀνακτόρων ἐντὸς, ἀποταμίευσον τῷ Θεῷ, μήτε πρὸς τὸ ἀσύνηθες τοῦ πράγματος ἀποβλέψας, μήτε ὡς ἀπρεπῆ τὴν ἀφιέρωσιν ὑποτοπάσας, διὰ τὸ τὴν προσαγομένην τῆς ὑλείας φύσεως οὖσαν, μὴ προσήκειν τοῖς ἁγίοις ἐγκατοικίζεσθαι, καὶ συνυπηρέτην ἀποφαίνειν τῶν θείων λειτουργῶν· οὐδὲ γὰρ ὁ

preces ac vota nostra se completurum pollicitus est. Cui promissioni firmissima nos fiducia innixi, promittenti invicem polliciti sumus, oblaturos nos ei quidquid ab ipso accepturi eramus, qualecumque tandem illud esset, nullo facto inter masculum et feminam discrimine; et exinde ad gloriosum ejusdem templum, veluti divinum quoddam munus ac thesaurum, hanc sistimus. Providentiæ itaque largitoris donum est puella, quæ, uti conspicis, nunc a nobis donatori redditur, et a suis ipsius parentibus liberaliter offertur. Virginum porro lampades gestantium chorus eam deducit, de cujus œconomiæ ratione fortasse ab ipso œconomiæ auctore jam certior divinitus factus fueris.

Eam itaque intra sanctuarium suscipe, et Deo repositam fac conserves. Neque vero ad insuetam rem movearis, neque ejusmodi consecrationem minus consentaneam putes, quasi scilicet nequaquam deceat, cum feminei sexus ea sit, quæ offertur, in sanctuario ipsam ad habitandum collocari, divinorumque ministrorum sociam ac comministram fieri. Postquam enim Deo

ἐπαγγειλάμενος ταύτην ἡμῖν ὑποσχομένοις τὴν τοῦ δοθησομένου ἀφιέρωσιν εἰ ὡφῶς ἂν προήνεγκεν, εἴπου τῶν ἀπρεπῶν ἐδόκει, οὐδὲ εἰς ἔργον ἐκβῆναι παρεσκεύασε τὸ βούλημα. Ταῦτ' οὖν, ὦ θεῖε Ζαχαρία, βαλλόμενος εἰς νοῦν, ἠπίως μὲν τὴν ἔλευσιν, περιχαρῶς δὲ τὴν ἀφιέρωσιν καταδέχου· δέξαι τὴν ἤδη προϋποδεδεγμένην Θεῷ· δέξαι τὴν ἀπαρχὴν καὶ πέρας τοῦ παρὰ προσδοκίαν ἡμῶν καρποῦ, τὴν πολλῶν δεήσεων μονογενῆ παρασχεθεῖσαν ἀμοιβήν.

XV. Οὕτω τοίνυν τῆς Ἄννης διεξιούσης τὸν λόγον, τῶν χειρῶν αὐτῆς ἀφεθεῖσαν τὴν παῖδα λαβὼν ὁ Ζαχαρίας, ἐφίλησε καὶ ηὐλόγησεν αὐτήν, καὶ εἶπεν· ἐμεγάλυνε Κύριος ὁ Θεὸς τὸ ὄνομά σου ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς. Ἐφίλησεν αὐτὴν καὶ ηὐλόγησεν· ὁ μὲν ἀσπασμὸς, τῆς ἠπίως τοῦ δεχομένου Θεοῦ προμηθείας τεκμήριον ἦν· ἡ δὲ εὐλογία, προφητεία τῆς μελλούσης κατεβάλλετο σωτηρίας.

Σκόπει δὲ τὸν Ζαχαρίαν, πῶς τῇ τοῦ ἀγνοτάτου φιλήματος

---

pollicenti nobis prolem invicem promisimus, consecraturos nos esse quidquid ipse tribuisset, sane si hoc dedeceret, neque disposuisset ut in lucem hæc filia veniret, neque commisisset ut nostrum hoc consilium in opus deduceretur. Hæc igitur, o divine Zacharia, in animum inducens, illius quidem adventum benigne, consecrationem autem ingenti cum gaudio admitte. Accipe jam ante a Deo acceptam : accipe quem præter spem sortiti sumus fructum primum simul et ultimum, unigenitam scilicet ceu multarum precum retributionem nobis concessam.

XV. Cum igitur Anna hunc sermonem absolvisset, *Zacharias, accipiens puellam a matris manibus dimissam, osculatus est eam, et benedixit ei, et ait : Magnificavit Dominus Deus nomen tuum in omnibus generationibus*. Osculatus est eam, et benedixit. Osculum quidem signum certum fuit divinæ providentiæ benigne eam suscipientis ; benedictio vero tamquam vaticinium mox futuræ salutis adjiciebatur.

Animadverte autem, quomodo Zacharias per castissimi osculi

δεξιώσει τῆς τε κρείττονος εὐμενείας καὶ ἀγαπήσεως καὶ τοῦ τῆς συγγενείας ἀνενδοιάστου καθυπέδειξε σύμβολα· δι' ὧν τούς τε καθιεροῦντας θαῤῥεῖν, καὶ τὴν ἀφιερωμένην χαίρειν παρεσκεύασε· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου τὰ τῆς περιχαρείας αὐτοῖς περιγράφει, ἀλλὰ καὶ ταῖς ὑπὲρ ἐλπίδα διὰ τῆς εὐλογίας προσρήσεσι, συνφκισμένην καὶ μόνιμον ἐφιδρύει τὴν εὐφροσύνην.

Ηὐλόγησε γὰρ αὐτήν, φησι, καὶ εἶπεν· ἐμεγάλυνε εὐρις ὁ Θεὸς τὸ ὄνομά σου ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς. Οὐκ ἔφη, μεγαλύνει Κύριος τὸ ὄνομά σου, ὡς τῇ ἀποδόσει καὶ πρὸς αὐτὸν ἀφιερώσει τοῦ μεγαλύνεσθαι νῦν αὐτῇ συμβαίνοντος, ἀλλ' ἐμεγάλυνε Κύριος ὁ Θεὸς τὸ ὄνομά σου· εἰ καὶ νῦν, φησιν, ἡ τῶν σῶν μυστηρίων διανακαλύπτεται δόξα, καὶ τῇ σωματικῇ προόδῳ, τὸ τοῦ σοῦ ὀνόματος ἀρχὴν λαμβάνειν δυηχήσεως δοκεῖ περιβόητον· ἀλλ' ἀῤῥήτῳ πάλαι τοῦ τετιμηκότος σε βουλήσει, προκεκριμένον ἐμεγαλύνθη τοῦτο· πάσης ἀνώτερον τῶν ἐν γενέσει τοῦτο τέθεικε τιμῆς· ὑπερεδόξασεν

---

liberalem exceptionem haud obscuram præstantioris benevolentiæ et dilectionis, et indubiæ cum ea cognationis signum exhibuerit; quo et illis, qui eam offerebant, fiduciæ, ei vero, quæ consecrabatur, gaudii argumentum præbuit. Sed neque hisce limitibus lætitiæ materiem circumscripsit: verum et per ea, quæ bene precando ultra spem addidit, jugis ac nunquam deficientis jucunditatis causam suppeditavit.

Benedixit enim (inquit) *et ait: Magnificavit Dominus Deus nomen tuum in omnibus generationibus.* Non dixit, *magnificat Dominus nomen tuum*, quasi nunc magnificari ipsi contingat, propterea quod ipsi (Deo) offertur, et consecratur; sed, *magnificavit Dominus Deus nomen tuum*, ac si diceret: quamvis tuorum mysteriorum nunc gloria reveletur, et nominis tui celebritas a corporali tuo in lucem ortu initium ducere videatur; ineffabili tamen consilio Illius, qui te gloria cumulavit, jam olim electum hoc nomen tuum magnificatum fuit; illud Deus supra omnium creaturarum honorem extulit; præ angelico ipso nomine glorifi-

ἀγγελικῆς ὀνομασίας, ὑπερεβίβασεν ἀνθρωπίνης διανοίας· πᾶσαν ἀποκρύπτειν τῇ περιφανείᾳ τῶν μεγαλείων πεποίηκε προσηγορίαν.

XVI. Οὕτω γοῦν τὸν ἱερέα τὴν προφητείαν εἰπόντα, φησὶν ἡ μυστογραφία, τὸ εὐπρόσδεκτον τοῦ γένους ὁλοκαύτωμα προσενεγκεῖν· οὕτως ἐκάθισεν αὐτὴν ἐπὶ τοῦ τρίτου βαθμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου· διὸ ταῖς καθεκάστην ἀναβάσεσι τῆς ἡλικίας τὰ τοῦ πνεύματος ἐπετείνετο ταύτῃ χαρίσματα, ἀγγέλοις τε συνωμίλει καὶ θείων ἐμφάσεων οὐκ ἠμοίρει.

Ταύτῃ τοι τῷ εἰωθότι πρὸς τοῖς ἀδύτοις διατριβούσῃ ἑώρα ὁ Ζαχαρίας ξένον τινὰ τῷ εἴδει προσομιλοῦντα, καὶ τροφὴν ἐπιδιδοῦντα· ἄγγελος δὲ ἦν ὁ φαινόμενος· διὸ τῇ διανοίᾳ ἐξίστατο, καὶ τοιαῦτα διελογίζετο· τί τοῦτο τὸ ὁρώμενον; ξένον ὡς ἀληθῶς καὶ τῆς ἐνταῦθα συνηθείας ἀλλότριον, ἀγγελικὸν τὸ φαινόμενον σχῆμα. Καὶ νεάνιδι προσδιαλέγεται καὶ ἀσώματος φύσις σώμασι προσή-

---

cavit; sublimius humanis mentibus reddidit; effecitque, ut magnalium suorum fulgoribus cujusvis nominis celebritatem offuscaret.

XVI. Cum itaque hæc summus sacerdos prophetice enuntiasset, narrat sacra historia, acceptissimum illud humani generis holocaustum eum obtulisse. Deinde vero sedere eam fecit in tertio altaris gradu, eo quod juxta singulos ætatis gradus Spiritus Sancti charismata illi collata adaugebantur; tum etiam cum Angelis conversabatur, nec divinis carebat apparitionibus.

Cum itaque in penitiori æde, prout solebat, ipsa versaretur, videbat Zacharias quemdam peregrino aspectu cum ea colloquentem, atque victum illi præbentem. Erat autem Angelus, qui apparebat. Propterea animo vehementer obstupescens, ita secum ipse disserebat: Quidnam hoc est, quod video? Novum illud sane, et ab iis, quæ nobis usuveniunt, plane alienum. Qui apparet, formam gerit angelicam, et cum puella miscet sermones, ac natura incorporea congruum corporibus cibum defert.

κουσαν τροφὴν ἐπιφέρεται· αἱ τῶν ἀγγέλων ἐνταῦθα ἐπιδημίαι τοῖς ἱερεῦσι μόνοις ἐπιφοιτᾶν εἰώθασι, προτροπῆς ἕνεκα ἢ ἀποτροπῆς τῶν πρακτέων, καὶ τοῦτο τῶν οὐ πολλάκις ἐπιφαινομένων· γυναικὶ δὲ τῶν ἀσυνήθων πάντη καθέστηκεν ἡ τοῦ νῦν ὁρωμένου ἐπέλευσις, καὶ ταῦτα παρ' ἡλικίαν οὖσῃ, καὶ χρόνῳ νεαζούσῃ· εἰ μὲν γὰρ τῶν ἐπεζευγμένων ἀνδρὶ ἡ προκειμένη ἔτυχεν οὖσα, στειρώσεώς[1] τε νοσήματι τῶν τῆς παιδοποιΐας ἀπεκλείσθη χαρισμάτων, καὶ λιταῖς τὰ τῆς γονῆς ἐπεζήτει λήψεσθαι, πρὸς τοῦτό τε τῆς διατριβῆς ὁ λόγος ἐγίνετο, εἶχεν ἂν τὸ βλεπόμενον τῷ σκοπῷ τὴν διάλυσιν· ἀλλὰ καὶ τοῦτο καθάπαξ τοῖς περὶ Ἄνναν συμβέβηκεν, οὐχὶ καὶ τῷ Ἡλί· ὅτι δὲ καὶ ἡ νῦν θαλαμευομένη παρθένος, καὶ τούτων ἁπάντων ἐλευθέρα, καὶ ἡ τοῦ ἀγγέλου πρὸς αὐτὴν ὁμιλία συνεχῶς ἡμῖν καθορᾶται, δίδωσι μεῖζον ἐμοὶ τὸ θαῦμα κατανοεῖν· συμπίπτουσι δὲ ἀμφιβολίαι περὶ τὸ κρυπτὸν καὶ ἐμφωλεύουσιν· ἆρα τί ἂν εἴη τοῦτο; τί μηνύσων ἦκεν ὁ ἄγγελος; τίς ἡ

[1] Cod. στηρώσεως.

Adventare Angeli ad solos sacerdotes heic solebant, ut de iis, quæ agenda essent, vel suaderent vel dissuaderent. Neque id frequenter usuveniebat. Quod vero is, quem modo cerno, feminæ appareat, eique ætate immatura, et annis tenellæ, res est profecto plane inaudita. Sane si hæc ex illis esset, quæ viro copulatæ sunt, ac sterilitate laborans prolis muneribus careret, et supplici prece sobolem sibi dari obsecraret; certe eam ad rem pertineret ejusmodi collocutio, et ex fine illud, quod video, admitteret explicationem. Hoc utique semel Annæ contigit, non tamen et Heli. At cum et Virgo sit, quæ in secreto hoc conclavi degit, atque a prædictis omnibus prorsus sit libera, et Angelum nihilominus cum ipsa colloquentem constanter cernamus; hoc enimvero majus mihi ad considerandum miraculum offert. Subeunt autem, mentemque occupant dubitationes, quidnam heic lateat, quidve occulte paretur. Quid sibi hæc volunt? Quidnam nuntiaturus advenit Angelus? Qualis cibus ei defertur? Quænam hæc

κομιζομένη τροφή; τίς ἡ τοσαύτη τῶν δωρημάτων ὑπερβολή; τί τοιοῦτον κατ' ἀξίαν ἡ παρθένος εἰργάσατο; ὅτι μὲν καθαρότητι διενήνοχε τὰς γεγεννημένας ἁπάσας, οἶδα πιστωθεὶς τοῖς πράγμασι· τεκμήριον δὲ σαφὲς τὸ ἦθος καὶ ἡ πρὸς ἀρετὴν αὔξησις[1] καὶ ἐπίδοσις, δι' ὧν πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπᾶται τὸ θεῖον· τὸ γοῦν τηλικούτων τεύξασθαι[2] ταύτην ἀγαθῶν, αἴτιον τάχα μεγαλῶν εὐεργεσιῶν ἡμῖν ὀρθήσεται· ἆρα μὴ τῶν προφητῶν οἱ χρησμοὶ ἐν ταύτῃ πληρωθήσονται; ἆρα μὴ τῶν ἐλπιζομένων ἐν ταύτῃ τὸ τέλος ἀποβήσεται; μὴ ὁ μέλλων ἐπ' ἀνορθώσει τοῦ γένους ἐλεύσεσθαι, ἐκ ταύτης τὸ ἡμέτερον ἀναλήψεται φύραμα; καὶ γὰρ τοῦτο προκεκήρυκται τὸ μυστήριον, καὶ ὁ Λόγος τοιαύτην τὴν ὑπηρετήσουσαν[3] ἐπιζητεῖ· ὄντως οὐκ ἄλλη προκριθήσεται εἰς τὴν τούτου λειτουργίαν, πλὴν τῆς ὁρωμένης νεάνιδος· καὶ γὰρ ἀμήχανον ἐν αὐτῇ τὸ κρυπτόμενον τῆς ἁγνείας κατανοῶ κάλλος, καὶ τοῦ κρυπτομένου φα-

[1] Cod. αὔξισις.
[2] Cod. τεύξεσθαι.
[3] Cod. ὑπερήτουσαν.

---

tanta donorum exuberantia? Ecquid ejusmodi virgo hæc gessit ut talia promereretur? Equidem quod universas feminas superet puritate, novi re ipsa edoctus. Argumentum autem rei manifestum sunt et mores, et juge in virtutibus incrementum, per quæ ad se ipsam Deum attrahit. Itaque quod tantis bonis cumulata fuerit, fortasse et nobis magnorum beneficiorum origo ostendetur. An forte prophetarum vaticinia in ipsa implementum habitura sunt? An forte in ea perficientur, quæ in spe sunt nobis reposita? An ex ista massam nostram est assumpturus, qui ad restaurandum genus nostrum venturus est? Etenim hoc mysterium jam prænuntiatum est, et Verbum talem, quæ ministret sibi, requirit. Profecto ad ejusmodi ministerium non alia eligetur, præter hanc, quam cerno, puellam. Nam prorsus mirabilem animadverto in ipsa latentem innocentiæ pulchritudinem, quodque in ipsa latet, revelat effusa Dei in ipsam munifi-

νέρωσιν ἡ τοῦ θείου πρὸς ταύτην εὔνοια παρίστησιν. Ὡς μακάριος ὁ οἶκος Ἰσραήλ, ἐξ οὗ τοιοῦτον ἀνέθηλε βλάστημα· ὡς εὐλογημένη ἡ ῥίζα Ἰεσσαί, ἐξ ἧς ἡ ἀκμάζουσα αὕτη ῥάβδος ἀνέδραμεν, ἡ τῷ κόσμῳ τὴν σωτηρίαν ἀνθορροεῖν μέλλουσα· ὡς ὑπερένδοξος ἡ μνήμη τῶν γεννησάντων, καὶ πάσης ἐπέκεινα μακαριότητος· ὡς δεδοξασμένος ἐγὼ τοιούτων ἐντρυφήσας τῶν θεαμάτων, τοιούτων ἀπολαύσας τῶν χαρισμάτων· χάριν εἰς αἰῶνας εἴσομαί σοι, ναὲ Κυρίου, ὅτι σου τῆς λειτουργίας ἕνεκα τῶν πᾶσι δικαίοις ἐπιθυμουμένων οὐκ ἀπέτυχον.

XVII. Οὕτως ὁ Ζαχαρίας διαπορῶν καὶ θαυμάζων τὰ τῆς παρθένου παράδοξα ἦν· ἡμεῖς δὲ εἴποιμεν ἂν πρὸς αὐτόν· οὐδέν, ὦ Ζαχαρία, τῶν τῆς πανάγνου ἀμφίβολον· οὐδὲν ἀκατάλληλον τῶν ταύτης μεγαλείων· πάντα τῇ ἀληθείᾳ τὸ βέβαιον εἴληφεν· ἔδει γὰρ τὸ θεῖον σκήνωμα τοιαύταις ἀναβάσεσιν αὐξηθῆναι· ἔδει τὴν ἄσπιλον ἀνάδα τοιαύτῃ παιδαισίᾳ εὐωχηθῆναι· ἔδει τοιού-

---

centia. Quam beata domus Israel, ex qua tale germen pullulavit! Quam benedicta radix Jesse, ex qua virens hæc virga consurgit, quæ mundo salutis florem proferet! Quam major omni gloria, atque omni beatitate potior genitorum illius memoria! Quam mihi gloriosum, quod oculis meis horum aspectu perfrui, atque tanto potiri beneficio mihi contigerit! Immortalem tibi, o Domini templum, gratiam habiturus sum; propterea enim quod tuo ministerio nuncupatus fui, hac felicitate, quæ justis omnibus exoptata semper fuit, non sum defraudatus.

XVII. Ita Zacharias ancipites animo versabat cogitationes, ac stupore rapiebatur propter res Virginis plane admirandas. Nos vero ad eum conversi dicamus: Nihil est, o Zacharia, cur de iis, quæ pertinent ad hanc innocentissimam, ambigas. Nihil est in ejusdem magnalibus, quod non ad amussim sibi respondeat. Omnia plane veritati consona reperiuntur. Oportebat enim ut divinum tabernaculum[a] hisce gradibus incrementum susciperet.

[a] Virgo nempe Deipara, cujus typus ex Patrum sententia fuit antiqui fœderis tabernaculum.

τῶν ἐδεσμάτων ἐμφορηθῆναι· ἔδει μὴ εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἅγια τῆς σκηνῆς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ τὰ τῆς πρώτης ἡλικίας ἀνατραφῆναι τὴν πλατυτέραν τούτων ὀφθεῖσαν, καὶ καθαρότητι διενεγκοῦσαν· ἔδει μὴ ὑφ' ἑνὸς μόνου ἀγγέλου ταύτην ὑπηρετεῖσθαι [1], ἀλλ' ὑπὸ μυρίων μυριάδων κύκλῳ δορυφορεῖσθαι.

[1] Cod. ὑπερετεῖσθαι.

Oportebat, ut agna immaculata ejusmodi epulis pasceretur; oportebat, ut talibus ipsa aleretur ferculis. Oportebat, ut nedum in Sanctis Sanctorum tabernaculis, sed in ipso cœlo cœlorum ab ipsis ætatis primordiis educaretur, quæ cœlis ipsis amplior apparuit, ipsosque puritate superavit[a]. Oportebat, ut nedum ab uno tantum Angelo ipsi ministraretur, sed a millibus millium satellitium ei exhiberetur.

[a] Videsis, quanto studio singularissimam Deiparæ puritatem extollere Patres numquam prætermittant. Jam enim etsi parem tantummodo cœlorum puritati puritatem Virginis affirmarent, satis id evinceret, ipsam cujuslibet labis nesciam pronuntiandam esse. Quid vero, cum cœlos mundissimos præ Maria minus mundos habendos affirmant? Præclara sunt, quæ de hac re legimus etiam in homilia *in Nativitatem Deiparæ*, quam sub Damasceni nomine edidit Le Quien (vol. II, pag. 851), sed Theodoro Studitæ restituendam alias jam diximus. Cum enim Auctor præmisisset, Deum, cum Mariam condidit, *novum cœlum creasse*, sibi deinde hæc objicit (§ IV, pag. 851): *Verumtamen*, inquit, *mundus anterior quam maxime est admirabilis: cum enim creata sunt sidera, magna voce me laudaverunt et prædicaverunt Angeli mei* (Job. XXXVIII, 7). Et respondet: *Atqui nihil sic Deo decens gratumque fuit, uti beata ac prorsus admiranda Virgo. Idque ita se habere, ex patientissimo Jobo discas, licet, qui inquit* (Job. XV, 15; XXV, 5): Cœlum non est mundum, et stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus. *Hac vero quid purius sit? quid mundius? quippe quam præstantissima illa ac purissima lux (unigenitum Dei Verbum) sic adamaverit, ut per Sancti Spiritus obumbrationem substantialiter cum ea commisceri, et ex ipsa perfectus homo prodire voluerit.* Quæ quidem plane peremptoria sunt. Nam cum Deus ceu purissima lux inducatur purissimam sibi sedem quærens ac propterea Mariam ceu novum cœlum creans adeo puram, ut Auctor exclamando in illud prorumpat: *Quid illa purius, quid illa mundius?* jam nisi retineas, Mariam cujusvis maculæ expertem exstitisse, palam est exclamanti po-

XVIII. Αὕτη ἐστὶν, ὦ Ζαχαρία, τὸ ὑπέρτατον καὶ καθαρώτατον κειμήλιον, ἐν ᾧ οἱ τῆς χάριτος θησαυροὶ ἀπετέθησαν, ἐν ᾧ τὰ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἐταμιεύθη ἐνέχυρα, ἐν ᾧ ὁ τῆς οἰκονομίας πλοῦτος ἀπορρήτως ἀπόκειται· τὸ σκεῦος τὸ ἀμόλυντον, τὸ φωτοδόχον χωρίον, ἐξ οὗ σωτηρίας ἀκτῖνες τὴ οἰκουμένη ἐπέλαμψαν· ταύτην ὡς ὑπερκόσμιον ὁ ναὸς οὗτος ὑπεδέξατο κόσμον. ταύτης ἡ τῆς καθαρότητος εὐωδία τῶν θυμιωμένων πάντων ὑπερηδυνθήσεται μύρων· αὕτη τῇ τῶν ἀρετῶν λαμπρότητι τὰς πολυφώτους ὑπεραστράπτει λυχνίας· αὕτη ταῖς ἀγγελικαῖς ἀμιλλωμένη δοξολογίαις, ἀκατάπαυστον τὴν αἴνεσιν τῷ λειτουργουμένῳ προσάγει Θεῷ· αὕτη εἰ καὶ τῆς γυναικείας ἐστὶ μερίδος, ἀλλὰ ἀσυγκρίτως τῆς τῶν ἀῤῥένων ὑπέρκειται τελειότητος· διὸ καὶ τῆς φυσικῆς ἀπορῥηγνυμένη σχέσεως, καὶ τῆς τῶν τεκόντων ἐπιμελείας ἀποξενουμένη, πατρῴας ἀποστερεῖται στοργῆς, μητρικῆς ἀποτέμνεται σχέσεως, τῆς τῶν ἐπιτηδείων ἀπείργεται θεραπείας· διὰ γὰρ τοῦτο

XVIII. Ipsa est, o Zacharia, sublimissimum ac purissimum cimelium, in quo reconditi sunt gratiæ thesauri, in quo salutis nostræ pignus servatur, in quo œconomiæ divinæ divitiæ ineffabiliter sitæ sunt. Ipsa est vas illud impollutum, recepta luce fulgens regio, e qua salutis radii universæ terræ effulsere. Hanc, supermundanum veluti mundum, templum istud suscepit. Puritatis ejus odor jucundus præ quibuscumque, qui incendantur, odoribus suavius fragrabit. Virtutum ejus splendor multipliciciter lucentibus candelabris micantius refulget. Ipsa angelica gloriæ cantica æmulans, incessabilem Deo, cui deservit, laudem offert. Ipsa utut sexus muliebris exsistat, incomparabiliter tamen virilem excedit perfectionem; idcirco naturalis affectus vincula abrumpens, ac parentum curis posthabitis, paterni amoris solatia abdicat, a materna semet affectione sejungit, et quælibet

tuisse facile reponi, et cœlis puriorem non habuisse, quæ peccato olim fuerit deturpata, et puriorem sedem Deo offerri potuisse, si quidem aliam sibi matrem ab originis labe immunem creasset.

καὶ παραδόξων πραγμάτων καινοτομίαι, καὶ μυστηρίων οἰκονομίαι, καὶ χαρισμάτων συνέδραμον ἀρθονίαι· ἡ παράδοξος τροφή, ἡ τῶν χαρίτων ἀφθονία, αἱ τῶν ἀγγέλων συνομιλίαι, αἱ θειότεραι ἐλλάμψεις, ἡ ἐν τοῖς ἁγίοις παῤῥησία.

XIX. Ἔδωκε γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς χάριν ἐπ' αὐτὴν καὶ κατεχόρευε τοῖς ποσὶν αὐτῆς. Τὴν ποίαν ταύτην χάριν; ἢ τὴν τῶν θείων ἐλλάμψεων, ἢ τὸ παρ' ἡλικίαν καρτερικὸν αὐτῇ καὶ πρὸς ἀρετῆς ἀνάγεσθαι παρέχουσαν τελειότητα· ἢ χάριν ταύτην, φησίν, εἰληφέναι, τὴν μόνην αὐτὴν προκεκρικυῖαν τῆς κατ' ἐκείνην φύσεως· τοιαύτης μὲν τῆς ἀφιερώσεως τυχεῖν, οὕτω δὲ ἀκώλυτον τὴν ἐν τοῖς ἁγίοις διατριβὴν ποιεῖσθαι καὶ συντηρεῖσθαι χάριτι, καὶ σύμβολα ταύτης τῇ παραδόξῳ δέχεσθαι χορεύσει.

Ἔδωκε γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς χάριν ἐπ' αὐτὴν, καὶ κατεχόρευε τοῖς ποσὶν αὐτῆς. Πῶς καθάπερ τι μέγα καινότατον τέθεικεν ὁ συγγραφεὺς, τὸ κατεχόρευε τοῖς ποσὶν αὐτῆς λέγω; τί οὖν παράδοξον

---

vitæ commoda sibi interdicit. Propterea enim et mira hæc rerum novitas, et arcanorum participatio, et charismatum exuberantia in eam concurrunt, admirandus cibus, locuples gratiarum copia, Angelorum colloquia, diviniores illustrationes, habitatio in sacris penetralibus, libera in Sanctis Sanctorum conversatio.

XIX. *Dedit enim*, inquit, *Deus illi gratiam, et pedibus suis tripudiabat.* Qualem hanc (dicit) gratiam? scilicet vel divinarum illustrationum munus, vel illam supra ætatem fortitudinem, vel vires ipsam ad virtutem perfectam provehentes; vel gratiam hanc ait accepisse, qua ipsa sola præ universis mulieribus digna habita est, ut et ea consecratione dedicaretur et tam liberam degendi ubiubi intra templi sacrarium facultatem haberet; tum etiam ut gratiâ custodiretur, et hujus quidem gratiæ indicia in mirabili illo tripudio acciperet.

Dedit enim (inquit) *Deus illi gratiam, et tripudiabat pedibus suis.* Quid est, quod historicus tanquam magnum aliquid postremum illud adjecit: nempe *tripudiabat pedibus suis?* Quid

ὑπαινίττεται τοῦτο; παράδοξον μὲν οὖν, αὐτόθεν λαμβανόμενον, εἰκὸς ἂν οὐ δόξειεν· εἰ δὲ τὴν τοῦ συμβάντος ἐννοήσειέ τις καινοτομίαν, οὐκ ἂν τῶν παραδοξοτάτων θείη δεύτερον· καὶ γὰρ ἦν ἰσοστάσιον καινοτομούμενόν τε ἅμα καὶ καταπλησσόμενον· πῶς γὰρ καὶ μὴ ὑπῆρξεν οὕτω τοῖς θεωμένοις, ἐν τῷ θείῳ καὶ ἀφωρισμένῳ χώρῳ τοῖς τὰ ἀπόρρητα μυουμένοις, ἐν ἱερῷ τοῖς τὰ ἱερὰ τελοῦσιν ἐνδιατρίβειν συγκεχωρημένοις, ἐν ἀβάτῳ[1] σχεδὸν γυναιξὶ τόπῳ, νεάνιδα παρθένον διαπαντὸς ἐνδιαιτωμένην, καὶ τὴν μόνην περιορισθεῖσαν ἀριέρωσιν ἀνδράσιν, ἐν γυναιξὶ παρ' ἐλπίδα καινοτομουμένην, καὶ τῶν τοιούτων ἄρτι καινοτομουμένων, μηδένα, μήτε ἱερέων, μήτε ἰδιωτῶν, ἢ ἔργῳ διακωλύειν ἐπιχειρεῖν ἢ λόγοις τὴν δοκοῦσαν ἐν τῷ πράγματι παρανομίαν, καὶ διελέγχειν καὶ ἀπαγορεύειν; ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς τὸ μὴ νοηθῆναι τοῦτο, καταδεχθῆναι

[1] Cod. βάτῳ.

igitur admiratione dignum per haec innuitur? Nihil enim singulare ex his desumendum esse, videri forte posset. Verum si quis eventûs novitatem perpendat, nulli earum rerum, quae vel maxime admirandae censentur, hanc secundam existimabit. Pari enim admiratione dignum erat tum novum illud, quod fiebat, tum quod per hoc menti considerandum objiciebatur. Quomodo enim in stuporem non raperentur, cum viderent, in loco illo divino atque iis designato, qui ineffabilibus mysteriis initiabantur, in templo, inquam, simul cum iis quibus ibidem morari ad sacra peragenda licebat, in loco mulieribus prorsus non adeundo, puellam virginem jugiter versari; et consecrationem illam, quae viris tantum constituta erat, novo praeter exspectationem exemplo mulieribus communem fieri; quumque talia nunc primum fierent, neminem sive e sacerdotibus sive e privatis, id quod Legi re ipsa adversari videbatur, impedire aut improbare, aut interdicere sive factis sive verbis ausum fuisse? At enim Deus ipse oblatam virginem gratiae muneribus adeo exornatam ostendit, ut nemo eorum, qui rem coram spectabant, ad hoc mentem ad-

δὲ μᾶλλον τὴν ξένην ἀφιέρωσιν, καὶ συνησθῆναι ταύτῃ τοὺς ὁρῶντας ἅπαντας, ὁ χαρίτων τὴν προσαγομένην παρασκεύασε Θεός.

XX. Ἔδωκε γάρ, φησι, χάριν ἐπ' αὐτὴν ὁ Θεὸς, καὶ κατεχόρευε τοῖς ποσὶν αὐτῆς, καὶ ἠγάπησεν αὐτὴν πᾶς οἶκος Ἰσραήλ. Οὐ μόνον πρὸς τὴν καινὴν ἀπόδοσιν ὁ Ἰσραηλίτης οὐκ ἀντιλέγει λαὸς, ἀλλὰ καὶ ἡπίως καταδέχεται ταύτην· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ περιποθήτως αὐτό τε τὸ γινόμενον πρᾶγμα, καὶ τὴν προσαγομένην περιπτύσσεται· ἠγάπησε γὰρ αὐτήν, φησι, πᾶς οἶκος Ἰσραήλ· ὡς θεϊκῇ ἀποδεδομένην ἠγάπησε προνοίᾳ, ὥστε ταμιευομένου τῷ κτίστῃ [1] τετίμηκε κειμήλιον, ὡς εὐπρόσδεκτον αὐτοῦ περιεπτύξατο προσφοράν· καὶ οὐκ εἶπεν, ἠγάπησεν αὐτὴν ὁ οἶκος Ἰσραὴλ, ἀλλὰ, πᾶς οἶκος Ἰσραήλ· οὐχ οἱ ἐν τῷ θείῳ, φησὶ, τεμένει μόνον ἀρχιερεῖς καὶ λευῖται ἅπαντες οἵ τε τῷ θυσιαστηρίῳ ἐφεδρεύοντες καὶ ταῖς θυσίαις καθυπηρετούμενοι, τῇ καθαρωτάτῃ ταύτης συνήδοντο σχέσει, ἀλλὰ καὶ οἱ πανταχόθεν συναγειρόμενοι

[1] Cod. κτίστει.

---

verteret, imo vero cuncti inusitatam illam consecrationem ultro admitterent, quin et ipsa delectarentur.

XX. *Dedit enim* (inquit) *Deus illi gratiam, et tripudiabat pedibus suis, et diligebat eam omnis domus Israel.* Non modo insuetæ huic oblationi populus Israeliticus non contradicit, verum etiam ipsam æquo animo admittit; neque hoc tantum, verum et cum affectu illud ipsum, quod fit, et eam, quæ offertur, amplectitur. *Diligebat enim*, inquit, *illam omnis domus Israel.* Dilexit, utpote divino consilio consecratam, tamquam cimelium Creatori repositum honoravit, tamquam acceptissimam illi oblationem complectebatur. Et non dixit, *diligebat eam domus Israel*, sed, *omnis domus Israel.* Non modo (inquit) qui in divino templo erant pontifices, levitæque universi, et qui altari adsistebant, et sacrificiis ministrabant, purissima illius specie delectabantur; sed etiam illi, qui undique conveniebant contribules, et ex pa-

συμφυλέται, καὶ τῆς πατρῴας ἕνεκα θρησκείας, τὸν περιώνυμον ἐκεῖνον καταλαμβάνοντες ναὸν, ἄνδρες, γυναῖκες, πρεσβῦται, νέοι, παρθένοι συνηλικιώτιδες, αὐτόχθονές τε καὶ οἱ ἐκ διασπορᾶς φοιτῶντες Ἰσραηλῖται· πάντες οὗτοι τῷ τῆς θεωμένης τῶν ἀνακτόρων ἔνδον καταθελγόμενοι κάλλει, τῇ ἀνοθεύτῳ ταύτης προσεφύοντο ἀγαπήσει.

XXI. Διὰ τοῦτό φησιν, ἠγάπησεν αὐτὴν πᾶς οἶκος Ἰσραήλ· ἦν γάρ, φησι, Μαριὰμ νεμομένη ἐν τῷ ναῷ Κυρίου, ὡσεὶ περιστερά. Τίς ἂν ἐκεῖνο τὸ γλυκὺ καὶ ποθητὸν ἰδὼν οὐ κατεθέλχθη θέαμα; τίς ἐν ἐπιθυμίᾳ τῆς παραδόξου ταύτης οὐκ ἂν ἐγένετο θεωρίας; ὡς ἁπάντων μὲν τῶν ὁρατῶν, τούς τε τῆς διανοίας καὶ αἰσθητοὺς ἀπαγαγεῖν [1] ὀφθαλμοὺς, εἰς δὲ τὸ ἡδὺ καὶ θελκτικὸν ἐκεῖνο μεταθεῖναι θέαμα, σκοπῆσαί τε τὴν μεγαλοπρέπειαν τοῦ γένους, ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας τὴν τελειοτάτην διὰ τῆς καρτερίας ἐνδεικνυμένην ἀρετὴν, καὶ τῶν ὑψηλῶν καὶ ξένων κατατρυφῶσαν χαρισμάτων, ἰδεῖν τὸ

[1] Cod. ἐπαγαγεῖν.

---

triæ religionis instituto ad celeberrimum illud templum accedebant, viri, mulieres, senes, juvenes, virgines coætaneæ, indigenæ, et qui ex dispersione Israelis accurrebant, isti omnes pulchritudine illius, quæ in sacris adytis visebatur, rapti sincerissimo erga ipsam amore afficiebantur.

XXI. Propterea, ait, *diligebat eam omnis domus Israel. Erat enim* (inquit) *Maria habitans in templo Domini, sicut columba.* Quisnam suave illud ac desiderabile spectaculum intuens delectatione non caperetur? quisnam admirandæ illius visionis desiderio non teneretur? Et sane omnium ipsa mentes corporisque oculos a cunctis visibilibus abstrahens in dulce illud et jucundum spectaculum convertebat, ut intuerentur humani generis decus magnificentissimum, et perfectissimam in flore ætatis virtutem, quæ per miram constantiam se prodebat, et sublimibus insolitisque charismatibus affluebat, ut contemplarentur eam.

πολυέραστον ἡμῶν ἐγκαλλώπισμα, ἐν τοῖς ἐνδοτέρω μὲν περιχορεῦον τοῦ ἱεροῦ καὶ ταῖς θείαις λαμπρυνόμενον χάρισι, τοῖς δὲ διαυγέσι δὲ τῆς καθαρότητος τὸν ἐνοικούμενον καταφαιδρῦνον τόπον, θεάσασθαι τὴν ἄσπιλον περιστερὰν, ταῖς τῆς ἀκακίας πτέρυξιν ἐν τῷ ναῷ περιϊπταμένην, καὶ τῇ τῶν ἀρετῶν ἀναλέξει, τὴν τῶν μυστηρίων ἐποικοδομοῦσαν νοσσιάν.

XXII. Ἦν γάρ, φησι, Μαριὰμ νεμομένη ἐν τῷ ναῷ Κυρίου ὡσεὶ περιστερά· ἐν τῷ τοῦ ναοῦ περιεχώρευε πλάτει· τὸ πρῶτον ὑπερίπτατο καταπέτασμα, τοῦ δευτέρου ἐντὸς ἐγίνετο, τὰ τῶν ἁγίων κατελάμβανε ἅγια, εἰς αὐτὰ τῶν μυστηρίων εἰσέδυ τὰ ἄδυτα· χερσὶ καθαρωτάταις τῶν ἱερῶν περιεδράσσετο σεβασμάτων, τὰ τὴν δεσποτικὴν οἰκονομίαν τυποῦντα σύμβολα, καὶ τὰς οἰκείας κατησπάζετο σκιαγραφίας· πάντα ἦν ἀρετέα ταύτῃ, πάντων ἐπ' ἐξουσίας εἶχε τὸ τρυφᾶν, οὐδὲν αὐτῇ τῶν ἄλλοις ἀθεάτων ἀπεκλείετο

quæ dulcissima nostra gloria est, in interioribus templi tripudiantem, ac divinis gratiis coruscantem, tum domicilium ipsum, in quo versabatur, puritatis splendoribus collustrantem; ut immaculatam conspicerent columbam innocentiæ alis in templo circumvolitantem, et mysteriorum nidum collectis virtutibus exstruentem.

XXII. *Erat enim*, inquit, *Maria habitans in templo Domini, sicut columba in templi amplis spatiis tripudiabat*. Transiliebat volatu primum velamen, perveniebat intra secundum, ad Sancta Sanctorum pertransibat, in ipsa mysteriorum adyta ingrediebatur, augustissima quæque sacra purissimis manibus contrectabat, symbola œconomiam dominicam typice significantia et figuras semeptisam adumbrantes[a] complectebatur. Omnia illi permittenda censebantur, cum omnibus se oblectandi facta illi potestas erat, nihil eorum, quæ contueri aliis nefas esset, ipsi

[a] Nescio, an ex iis, quæ ad templum veteris fœderis pertinent, adsignari quidpiam possit, quod uti Deiparæ symbolum a Patribus habitum non fuerit. Ea de re in Commentario.

τι· οὐκ ἀπείργετο τῆς πανταχόσε[1] τοῦ τεμένους περινοστήσεως· τοῦτο γὰρ τὸ, ὡσεὶ περιστερὰν, αὐτὴν ἐν τούτῳ νέμεσθαι δηλοῖ, μᾶλλον δὲ τὸ πάσης ἐκτὸς ἐνδιατρίβειν κακίας, καὶ μόνην κατ' ἀξίαν ἐκείνου διαιτήσεως καὶ προκριθῆναι καὶ τὴν ἀκώλυτον κληρωθῆναι παρίστησιν ὁ λόγος κατοικίαν, ὡς πάντων δηλαδὴ τῶν ἐπισχολαζόντων ἄλλων ἐν αὐτῷ, ἢ ταῖς ἐφημερίων ἐναλλαγαῖς, μὴ πάντη τῶν ἀνθρωπίνων καθαρευόντων κηλίδων, κἂν τις αὐτῶν τύχοι ἐν τῷ ὑπερκειμένῳ τετιμημένος τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξιώματι· τοῦτο γοῦν τὸ νέμεσθαι τὴν ἄκακον ἐν τῷ ναῷ περιστερὰν σημαίνει.

XXIII. Κατέβησαν δὲ οἱ γονεῖς αὐτῆς, ὡς ἡ ἱστορία διδάσκει, θαυμάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἐπεστράφη ἐπ' αὐτούς· ἐθαύμαζον μὲν τὸ ἀνεπίστροφον ὁρῶντες τῆς παρθένου· ἤνουν δὲ

[1] Cod. παντοχόσι.

---

inaccessum erat, nec prohibebatur, quin per quamlibet templi partem libere versaretur. Hoc enim significat, eam sicut columbam in templo habitasse; magis autem sine ulla culpæ labe ibidem versatam fuisse [a], atque solam, ad vitam in templo pro loci dignitate degendam, delectam fuisse, liberamque ei habitationem concessam fuisse, hæc verba declarant, quia nempe omnes alii, qui ibidem quotidiano munere per vicem occupabantur, ab humanis maculis puri non omnino erant, etsi inter eos censeatur etiam qui summi sacerdotii dignitate erat insignitus. Hoc igitur sibi illud vult, *innocentem columbam in templo habitasse*.

XXIII. Descenderunt autem parentes illius, ut docet historia, *admirantes et laudantes Deum, quia ad eos non est conversa*. Mirabantur scilicet, quod viderent virginem ad eos non respicere; Deum vero laudabant, qui firmum illi et constantem animum

[a] Hinc patet, quo spectet mos penes Patres frequentissimus, ut Sanctam Virginem columbæ immaculatæ æquiparent.

τὸν τὸ ἀσύλητον αὐτῇ καὶ βέβαιον παρασχόμενον· ὃς καὶ προσλαβόμενος αὐτὴν, κατέσχε, καὶ ἀδιάσπαστον τῆς οἰκείας διετήρησε συναφείας· ἦν γὰρ θαύματος καὶ δοξολογίας Θεοῦ ἐπάξιον τὸ θεωρούμενον· ἀπῄεσαν γάρ, φησιν, οἱ γονεῖς αὐτῆς θαυμάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἀπεστράφη πρὸς αὐτούς.

XXIV. Καὶ τί δεῖ μόνης ταύτης τὸ ἀνεπίστροφον πρὸς τοὺς οἰκείους θαυμάζειν, ὁπόταν καὶ τοὺς αὐτῆς γεννήτορας ἐν τούτῳ μεγαλυνθέντας ὁρῶμεν; οὐδὲ γάρ, οὐδὲ αὐτοὶ πρὸς τὴν τοῦ φιλτάτου διάστασιν ἠγανάκτησαν, οὐδὲ τὰ πατρικὰ συνεκινήθησαν σπλάγχνα, οὐδὲ τῷ κέντρῳ τῆς φύσεως κατετρώθησαν, καὶ πρὸς τὴν παῖδα πάλιν ἀναστραφέντες, τῷ συνήθει ταύτην περιπτύξαντο πόθῳ· οὐ ῥημάτων τὸ ἡδὺ καὶ δυσάρθρωτον εἰς μνήμην ἐλθὸν, τὸν λογισμὸν αὐτοῖς συνετάραξεν, οὐ θέας καὶ διατριβῆς καὶ κάλλους ἀνατύπωσις ἐν νῷ διαζωγραφηθέντων, ἅτε ἐν ἀπολαύσει πρότερον ὄντας· σφοδρότερον αὐτοὺς ἠνίασε καὶ τοιαῦτα πρὸς τὴν παῖδα

---

largiebatur, retinebatque quam excepisset, et a complexu suo indivulsam conservabat. Hoc porro, quod cernebatur, et mirum in se erat, et sane dignum, pro quo Deum benedicerent. *Discesserunt enim*, inquit. *parentes ejus admirantes et laudantes Deum, quoniam ad ipsos non est conversa.*

XXIV. Quamquam quid est, cur illius tantummodo admiremur constantiam, quod ad suos se non converterit, quando et parentes ejus invictum in eo ipso animi robur prætulisse videmus? Neque enim vel ipsi cum a dilectissima filia separarentur, ullo mœroris sensu affecti sunt, neque paterna commota sunt viscera, neque naturalis affectionis aculeus eos pupugit, neque ad filiam iterum revertentes eam consueto affectu complexi sunt: non verborum balbutientis (puellæ) orc prolatorum dulcis succurrens memoria eorum mentem perturbavit; non vultus et conversationis ac pulchritudinis (ejus) recurrentes imagines, quas animo hærentes gerebant, quippe quæ in deliciis prius ipsis erant, vehementius eos contristarunt aut impulerunt, ut ad filiam

προσομιλεῖν ἔπεισε· πολλὰ μὲν διὰ τὸ παρασχεθῆναί σε μογήσαντες, ὦ τέκνον, πολλὴν δὲ τὴν ἐπίπονον ἀγωνίαν ἐνδειξάμενοι καὶ τὴν χαλεπὴν ταλαιπωρίαν ὑποστάντες, ὥστε καὶ τῶν τῆς ἀτεκνίας ἀπαλλαγῆναι σκωμμάτων, καί σε παρασχεθεῖσαν θιηνεκὲς ἔχειν πρὸ ὀφθαλμῶν ἀγαλλίαμα, τῶν προσδοκηθέντων ἀγαθῶν τὴν ἀφαίρεσιν ὑπομένομεν· ὅτε γὰρ τούτων ἐναπολαύειν προσῆν, καὶ ἐν ἐπιτυχίᾳ τοῦ ζητουμένου καθέστηκεν, ὅτε τῶν πόνων ἀνείθημεν καὶ τὴν τῶν χρηστοτέρων ἐν χερσὶ κατείχομεν πληροφορίαν, τότε τῇ συμφαινούσῃ διαστάσει, αἵ τε ἐλπίδες καταῤῥέουσι, καὶ οἱ πόνοι σφοδρότεροι προσπίπτουσι, καὶ τὸ λυπηρὸν ἀπαρηγόρητον συνεπιτιθέμενον, ἀνιᾷ καὶ βαρύνει, καὶ ἔνδον προχωροῦν κατατρύχει· οὐ γὰρ οὕτω τὸ ἐν ἐλπίσι κείμενον ἀγαθὸν, ὡς τὸ ἐν χερσὶ γενόμενον, ταχεῖάν τε τὴν ἀφαίρεσιν ὑπομένον, τὴν τῆς ἀποτυχίας ἀνίαν ἐμποιεῖ· τὸ μὲν γὰρ ἐν ἀπείροις τοῦ ἐπιθυμητοῦ μὴ[1] προγινόμε-

[1] Cod. τοῦ μή.

---

sermonem haberent hujusmodi : Multa quidem, ut te obtineremus, perpessi sumus, o filia, certamen apprime laboriosum suscepimus, gravesque ærumnas sustinuimus, ut et a scommatibus propter sterilitatem injectis liberaremur, ac te nobis donatam juge ante oculos solamen haberemus; nunc autem eorum, quæ tamdiu exspectavimus, bonorum jacturam patimur. Quando enim istis jam frui dabatur, quodque exoptatum ac quæsitum fuerat, eramus assequuti, quando cessatio a laboribus promittebatur, et eorum, quæ reliquis omnibus jucundiora nobis erant, plena possessione gaudebamus; tunc, abrupto consortio, et spes nostræ diffluunt, et graviores irruunt ærumnæ, ac mœror succedit consolationis nescius, qui nos affligit, et opprimit, et intima cordis pervadens discruciat. Non enim pari dolore afficit amissio boni, quod adhuc spei nostræ tantum objicitur, quemadmodum improvisa boni, quod jam tenemus, ablatio. Facile enim fertur, si inexpertum bonum, quod concupiscitur, assequi non liceat.

νον, ῥᾳδίως φέρεται· τὸ δὲ τοῖς τοῦ ἡδέος αὐτοῦ γευσαμένοις ἀφαιρούμενον, δυσφόρητον μὲν τὴν ἀφαίρεσιν ἔχει, χαλεπὴν δὲ τὴν ζημίαν τοῖς ὑπομένουσι προξενεῖ· ἡμῖν μὲν οὖν πολλῶν πόνων καὶ προσευχῶν καρπὸς παρασχεθεῖσα, τῆς τε ἀπολαύσεως ἔγευσας, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἔστησας· νῦν δὲ μετὰ πεῖραν τῶν σῶν καλῶν ἡ ἀφαίρεσις, καὶ μετὰ τὴν ἀπόλαυσιν ἡ ζημία, καὶ τὸ ἀηδὲς μετὰ τὴν ἡδονήν· διὸ τῶν τε πραγμάτων ἡ ἔφεσις ἔρημος ἀπολείπεται, καὶ διὰ βάθους τῆς ψυχῆς τὰ ὀδυνηρὰ τῆς φύσεως χωρεῖ κέντρα· καὶ εἰ μὲν πρὸς ἕτερον ἦν ἀπιδεῖν, ἢ παρὸν ἢ ἐσόμενον τέκνον, εἶχεν ἂν τὸ φορητὸν ἡ διάστασις· ἐπειδὴ δὲ μία τῆς ἀσθενούσης φύσεως θεραπεία δεδωρημένη καθιέρωσαι[1] τῷ ὄντι, τῆς ἡμετέρας ἀναφλέγεις ψυχάς, μηδεμίαν τοῦ πάθους καταλείπουσα παραμυθίαν, εἰ καὶ τὸ εὐπαρηγόρητον τὸ τῆς ἀφιερώσεως κατεπαγγέλλεται πρᾶγμα.

[1] Cod. καθιεροῦσαι.

Sin autem quidpiam iis aufertur, qui suavitatem ejus jam gustaverant, difficilis prorsus ad ferendum privatio ejus contingit, fraudatisque acerbissimum dolorem affert. Jam vero tu nobis concessa fueras tamquam multorum laborum ac precum effusarum fructus, jamque ut suavissima frueremur voluptate effeceras, nostrumque expleveras desiderium; ast ecce bonorum, quæ in te sunt, experientiam excipit eorumdem amissio, fruitioni succedit jactura, gaudio mœstitia. Propterea nobis desiderium relinquitur, quod expleri nequeat, ac acerbus naturæ aculeus, qui animæ intima pervadit. Et si quidem de alia prole aut præsente aut futura cogitare liceret, ferenda hæc separatio utcumque videri posset. Sed postquam unicum naturæ elanguentis solatium nobis tributa fuisti, acerbissimo sane animas nostras, dum donanti in holocaustum cedis, dolore uris, et utut ratio consecrationis tuæ tamquam aliquid recreandis animis idoneum proponatur, nullum tamen nobis mœroris lenimentum relinquis.

Ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον οἱ πανόσιοι τῆς παρθένου γεννήτορες εἶπον· ὃ δὴ καὶ καταπλήξεως ἐστὶ πλῆρες, καὶ τῆς τῶν δικαίων ἐπάξιον ἀρετῆς· κατέβησαν γάρ, φησιν, οἱ γονεῖς αὐτῆς θαυμάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεόν, ὅτι οὐκ ἀπεστράφη πρὸς αὐτούς.

XXV. Τοῦ δεξαμένου γὰρ καὶ οἰκειωσαμένου ταύτην ὁ πόθος ὑπερσχὼν, τοῦ τῶν τεκόντων, καίτοι τυραννικωτάτου ὄντος, κατεκράτησε φίλτρου· ὢ καινῆς καὶ πάσης ἀνωτέρας διανοήσεως χάριτος· ὢ ξένης καὶ ἀγωγῆς καὶ διαιτήσεως· ὢ λόγων τῶν ἁρμόδια τοῖς πράγμασι τὰ ῥήματα προβαλλομένων· ὢ νομῆς ἐκείνης, ἣν ἡ λογικὴ καὶ ἄσπιλος τῆς φύσεως κατενεμήθη ἀμνάς.

Ἦν γάρ, φησι, Μαριὰμ νεμομένη ἐν τῷ ναῷ Κυρίου, ὡσεὶ περιστερά, καὶ ἐλάμβανε τροφὴν ἐκ χειρὸς ἀγγέλου. Ἐπειδὴ γὰρ ἀποδεδομένη Θεῷ καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἀπηλλαγμένη προστασίας, μήτε τῶν γεννησάντων τῇ ἀναγκαίᾳ[1] ταύτης ἐπιστατούντων χρείᾳ,

[1] Cod. more archaico ἀναγγαίᾳ.

At nihil hujusmodi sanctissimi Virginis parentes dixerunt; quod utique et maxime stupendum est, et horum justorum virtute dignissimum. *Descenderunt enim*, inquit, *parentes ejus admirantes et laudantes Deum, quoniam non est conversa ad ipsos.*

XXV. Et sane prævalens amor ejus, qui ipsam susceperat, suamque fecerat, affectum in parentes utut vehementissimum, ac validissime devincientem, longissime excedebat. O novam, atque omni cogitatione sublimiorem gratiam! O peregrinam vivendi rationem ac disciplinam! O narrationem iis verbis contextam, quæ rebus maxime congruunt! O pascuum illud quo rationalis et immaculata naturæ humanæ agna pascebatur!

Pascebatur enim, inquit, *Maria in templo Domini sicut columba, et escam e manu Angeli accipiebat.* Postquam enim reddita Deo fuit, et humana ei deficiebat sollicitudo, quia scilicet neque parentes curam eorum quæ quotidiano usui necessaria ei

μήτε τῶν γνησίων τὸ ἐφυστερίζον ἀποπληρούντων, καταμελούντων δὲ, ἢ καὶ παρορώντων τῶν εἰς τὴν τοῦ ναοῦ τεταγμένων παρεδρίαν, τὴν αὐτοσχέδιον ἐκείνην καὶ παράδοξον δι' ἀγγέλου ἐλάμβανε τροφήν· ὅτι μὲν γὰρ οὐ διαπαντὸς τῆς τῶν θεραπευόντων καὶ τῶν τοῦ σώματος ἐπιτηδείων προνοουμένων ἀπελείπετο λειτουργίας [1], παντί που γνώριμον· διὰ γὰρ τῶν καθυπηρετουμένων ἐν τῷ ναῷ καὶ τῶν καρποφορουμένων, σὺν τοῖς μετέχειν αὐτῶν ἀφορισθεῖσι, διετρέφετο· ὅτε δὲ καιρὸς ἐπῆν, καθ' ὃν τῆς τῶν ἁπάντων ἀπεγυμνοῦτο προνοίας, μόνη τε σχεδὸν ἐγκαταλειπομένη, τῶν τε κατὰ χρείαν ὑστερεῖτο, καὶ τὸν παρηγοροῦντα τὴν μόνωσιν οὐκ εἶχε, τότε τὴν αὐτοσχέδιον καὶ παράδοξον διὰ τοῦ ἀγγέλου ἐκομίζετο τροφήν· τῶν γὰρ ἐν τῷ ἱερῷ τεταγμένων, οἱ μὲν τὰς λειτουργίας ἐπιτελοῦντες, τῇ συνήθει τὸ πέρας ἐπιτιθέντες ἀκολουθίᾳ, οὐδὲ τῆς κατ' οἶκον κατημέλουν χρείας· οἱ δὲ καὶ τῇ τῶν ἱερῶν

[1] Cod. λειτουργείας.

---

forent, in se amplius suscipiebant, neque cognati, si quid præterea opus esset, adimplebant, illi vero, qui secundum ordinem in templo munus obibant, id ipsum aut negligebant aut etiam fastidiebant; ab Angelo mirabilem illam et ex tempore paratam escam accipiebat. Nam quod famulantium atque ea, quæ corporalibus usibus opportuna sunt, providentium ministerio non semper destituta fuerit, satis constat. Ex iis enim quæ in templo subministrabantur, atque ad victum offerebantur, simul cum iis, qui eorum participes ex præscripto esse debebant, ipsa quoque enutriebatur. Quando vero contingeret ut omnium prorsus cura ei deficeret, ac ipsa sola fere negligeretur, atque careret necessariis, neque adesset, qui solitudinem ejus solaretur; tunc ab Angelo extemporaneum illum ac mirabilem victum accipiebat. Eorum siquidem, qui sacris in templo muneribus ex ordine fungebantur, nonnulli quidem simul atque sacra peregissent, et consuetum explevissent ministerium, in rem domesticam mentem operamque omnem convertebant; alii vero, qui assidue in-

διηνεκῶς ἐγκαρτερεῖν ὑπηρεσίᾳ καὶ φυλακῇ τεθειμένοις, τὸ πᾶν ἐν τούτῳ τῆς σπουδῆς καταναλίσκοντες, ἀργότεροι πρὸς τὴν ἐκείνης καθειστήκεισαν θεραπείαν· τῶν ἐπιτηδείων γὰρ ταῦτα γυναικῶν τυχὸν ἢ θεραπαινίδων ἀποπληροῦν ὑπῆρχε, καὶ κατὰ λόγον ἐπεζήτει πάντως τὰ τὴν φύσιν συντηρήσοντα διὰ τῆς ἐφημέρου τοῦ σώματος σιτήσεως, ἐφ' ᾧ καὶ τὴν ἐπιλείπουσαν ἐλάμβανεν ἐκ τοῦ ἀγγέλου τροφήν.

XXVI. Πῶς γὰρ ἂν ὁ κρείττονι βουλήσει ταύτην παρειληφὼς δεσπότης, μὴ παραδοξοτάτῃ περιεποιήσατο προμηθείᾳ; πῶς μὴ θειοτέρας ἠξίωσε τῆς ἐπισκοπῆς; πῶς μὴ τοῖς ἀξιολογωτέροις ἐτιμήσατο χαρίσμασι; πῶς μὴ ταῖς ἀγκαλῶν δίκην συνεχούσαις αὐτὴν περικρατῶν ἐπισκιάσεσιν, ὡς οἰκείαν περιέλαβε μερίδα, ὡς ἀκεραίαν συνέθαλψε περιστερᾶν, ὡς πολύτιμον ἐταμιεύσατο δῶρον, ὡς ὁλοκλήρῳ ταύτῃ καὶ εὐώδει ἐφηδύνθη καλλιερήματι;

---

vigilandi sacrorum ministerio et custodiæ munus sortiti erant, cum omne in eam rem studium conferrent, segniores ad illius (puellæ) curam gerendam reddebantur. Fortasse enim his prospicere idonearum mulierum aut ancillarumm unus erat, et ceterum ratio ipsa postulabat, ut quotidianum corporis alimentum ad vitam naturalem servandam suppeditaretur. Quamobrem victum, si quando ei deesset, etiam ab Angelo delatum habebat.

XXVI. Sane, quomodo Dominus, qui propensissima hanc voluntate exceperat, eamdem providentia prorsus mirabili non tueretur? Quomodo eam diviniori quadam cura dignam non haberet? Quomodo non etiam singularissima ratione victum ei suppeditaret? Quomodo eam obumbratione sua veluti quibusdam ulnis circumplectens et continens, uti suam ipsius portionem non circumtexisset? Quomodo purissimam columbam suam non confoveret? Quomodo uti pretiosissimum donum non asservasset? Quomodo ea oblectatus non esset ceu victima nullo vitio laborante, et suavissimum spirante odorem?

Εἰ γὰρ δι' ἀκοῆς ἡμεῖς τὸ γλυκὺ τοῦτο καὶ ποθεινὸν λαμβάνοντες ὑφήγημα, καὶ ταῖς τῶν λόγων ἀναμνήσεσι καθάπερ ἀναζωγραφοῦντες τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην διαίτησιν καὶ ἀγωγήν, ἐν ἐπιθυμίᾳ καὶ αὐτὰ ζεούσῃ καὶ διαπύρῳ κατιδεῖν γινόμεθα τὰ πράγματα, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐρασμιώτατον [1] καὶ ἥδιστον τοῖς ἀκούουσι κρίνεται πᾶσι, τὸ κατ' ἐκεῖνον παρεῖναι τὸν χρόνον, ἱστορῆσαί τε τὰ γενόμενα, καὶ τῆς θέας αὐτῶν ἐπαπολαῦσαι καὶ κατατρυφῆσαι τῆς τότε καινοτομουμένης οἰκονομίας, καὶ ἐνηδυνθῆναι τῇ θεωρίᾳ τοῦ ἡμετέρου ἐντρυφήματος, καὶ περιπτύξασθαι, εἴπερ οἷόν τε ἦν, τὸ μόνον τῆς φύσεως ὑπερηγαπημένον βλάστημα, καὶ προσενεγκεῖν τὴν διὰ λόγων εὐφημίαν καὶ χάριν ταύτην τῷ θερμοτάτῳ τοῦ πόθου παρασχεῖν, πῶς ἂν ὁ ταύτην καὶ προκρίνας καὶ εἰσοικισάμενος νυμφίος, ὁ τὸ ὑπερφυὲς τῆς ἐν αὐτῇ καινοτομουμένης ἐνορῶν καρτερίας, ὁ τῷ ἀμηχάνῳ τῆς καθαρότητος αὐτῆς

[1] Cod. ἐρασμώτατον.

Etenim si dum dulcem hanc et jucundam historiam per solum nos auditum excipimus, et mirabilem illam vitæ rationem institutumque in memoriam revocantes ope sermonis veluti depingimus, ferventi atque æstuanti desiderio accendimur hæc ipsa oculis nostris intuendi, et quisquis hæc audiat, jucundissimum præ ceteris quibuscumque dulcissimumque existimat, per eam licuisse ætatem vivere, quæque tunc fierent oculis suis haurire, atque eorum conspectu perfrui, ac nova illa inauditaque œconomia tunc oblectari, et deliciarum harum nostrarum contemplatione jucundari, atque unicum illud naturæ germen super omnia amabile, si quo modo fieri posset, complecti et osculari, ejusque laudes sermonibus celebrare, ac ferventissimo studio hanc illi gratiam exhibere; quomodo Sponsus ille, qui eam præelegerat, suamque in domum adsciverat, qui novam illam ac naturæ vires excedentem animi virtutem in ea spectabat, qui de inenarrabili puritatis illius pulchritudine " sibi placebat, qui oc-

" Græce τῷ ἀμηχάνῳ τῆς καθαρότητος αὐτῆς..... κάλλει : porro sive τὸ ἀμη-

ἐνωραϊζόμενος κάλλει, ὁ τῇ ἀθεωρήτῳ τῆς ψυχῆς ἐφηδόμενος τερπνότητι, μὴ καταλλήλως τῇ ἀγαπήσει τῇ τῶν χαρισμάτων αὐτὴν ὑπερεδόξασεν ἀφθονίᾳ;

XXVII. Ἀλλὰ γὰρ οὐ μόνον ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων οὕτως ἠγαπημένη Θεοῦ τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων ἐτύγχανε δωρεῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς διὰ θεωρίας ἐφεστῶσιν αὐτῇ τότε, ποθητὸν ἦν θέαμα, ἀγαπητὸν διήγημα, ἥδιστον ἄκουσμα· ἠγάπησε γὰρ αὐτήν, φησι, πᾶς οἶκος Ἰσραήλ· ἠγάπησεν αὐτὴν, καινὴν κατανοῶν κεκληρωμένην κατοικίαν, παράδοξον λαχοῦσαν ἐνδιαίτησιν· ἦν γὰρ ἐπιθυμητὸν τὸ νεοθαλὲς βλεπόμενον ἐν τοῖς ἁγίοις ἀδρυνόμενον στέλεχος· ἦν ἐπιπόθητον κατιδεῖν τὴν εὐγενῆ παραφυάδα τοῦ γένους,

---

cultæ animæ illius venustate jucundissime oblectabatur, quomodo (inquam) per mutuam dilectionem charismatum affluentia eam præ omnibus gloriosissimam non efficeret?

XXVII. At enim non modo universorum Deo sic dilecta, ineffabilia illa dona consequuta erat, verum et illis, qui tunc obtutum in eam defigerent, jucundissimum ad videndum erat spectaculum, gratissimum dicendi argumentum, suavissima auditui narratio. *Dilexit enim*, inquit, *eam omnis domus Israel*. Dilexit illam, considerans quam novam sortita esset habitationem, quamque mirabile nacta hospitium. Excrescens enim in Sanctis Sanctorum visebatur summe desiderabilis ille recens ortus ramus; exoptatissimum erat illam generis nostri propaginem aspi-

χάνω hoc pro eo sumas, quod est *nullis machinis expugnabile*, seu *quod labefactari nullo modo potest*, seu pro eo, *ad quod æstimandum quævis ars ac solertia impar invenitur*, sive *cujus pretium aut dignitas aut mensura nullâ arte ac solertiâ deprehendi potest;* ejusmodi semper sensus redibit, qui suspicionem maculæ, quæcumque ea sit, a Virgine Deipara longissime arceat. Si vero ulterius perpendas, hoc agi de pulchritudine puellulæ triennis; sane laus, eaque singularissima non labefactatæ aut expugnatæ puritatis vix aut ne vix quidem alio spectare potest, quam ad innocentiam animæ ab originaria labe præservatæ.

εἰς ὑψιγενὲς τῶν ἀρετῶν ἀναδιδοῦσαν μέγεθος, καὶ ξένον ὁμοῦ καὶ ἡδὺ παρεστῶσαν τὸ θέαμα· ἦν ἰδεῖν καὶ περιχαρῶς προσδραμεῖν τῇ ἀνημμένῃ τῆς ἀνθρωπότητος ἐν τῷ ναῷ λαμπάδι, καὶ ταῖς ἀκτῖσιν ἐξ αὐτῆς προβαλλομέναις ἐμφαιδρυνθῆναι χάρισιν· ἦν τότε πολλῆς ἐναπολαύειν τοὺς θεωμένους τὸ τῆς φύσεως ἥδυσμα τῆς θυμηδίας ἐν τῇ καινοφανεῖ διαγωγῇ, τὴν πρὸς τὰ θειότερα μὲν ἐπιδεικνύμενον ἀναγωγήν, τῶν δὲ τῇ τοιαύτῃ προσανεχόντων ἀναβάσει συνεπεκτεῖνον τὴν ἡδονήν.

XXVIII. Ἀλλὰ τῆς κατὰ λόγον μὲν τῶν ποθητῶν σου θεαμάτων ἀγαπήσεως, οἱ τηνικαῦτα τούτων ἐν ἀπολαύσει γενόμενοι, τοῦ πλείονος ἀπελείποντο· μᾶλλον δὲ εἰπεῖν τοῦ παντὸς, ὅσῳ τοῖς σωματικοῖς σου μόνον ἐφησθέντες πρὸς ὀλίγον κάλλεσι, τοῦ πόθου διήμαρτον τῶν ἐναποκειμένων ἀγαθῶν θησαυρῶν, καὶ ἀποκρύφων μυστηρίων· τῇ σκιαγραφούσῃ γὰρ τὴν ἔνδον ὡραιότητα τοῦ ὁρωμένου θέᾳ, καθάπερ τῇ ἐκ πολυειδῶν χρωμάτων κατασκευασθείσῃ

---

cere, quæ magnitudinem suam in sublime virtutum attollebat, novumque simul ac suave spectaculum exhibebat. Cernere etiam erat ad hanc humanitatis lampadem in templo accensam ingenti gaudio accurrentes, et gratiis tamquam radiis ex ipsa emissis collustratos. Licebat plurima animi voluptate tunc perfrui, contemplando scilicet hanc naturæ nostræ suavitatem; quæ nova illa vitæ ratione ad diviniora quæque tramitem præmonstrabat, iis autem, qui huic ascensioni animum jam intendebant, vires cum voluptate superaddebat.

XXVIII. Ast admirandi illius spectaculi tui justissimo amore ii potiori ex parte, immo melius dixerim, prorsus se fraudaverunt, quibus tunc temporis eo perfrui datum fuerat; propterea quod externa tantum pulchritudine tua ad modicum delectati, longe a præcellentium thesaurorum intus latentium et absconditorum mysteriorum desiderio et amore abfuerunt. Cum enim exteriori specie, quæ interiorem pulchritudinem adumbrabat, quasi imagine quadam variis coloribus pulchre depicta oblectati

ἐπιτερφθέντες εἰκόνι, τοῦ ἐκτυπουμένου κάλλους καὶ τῆς αὐτοῦ μετ' ὀλίγον ἐξέπεσον διάνοιαν σκιαγραφίας· ἦν γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν ζωγραφότων [1] χαρακτῆρα, τὴν διὰ τῆς ζωγραφίας δηλουμένην κατανοῆσαί σου δόξαν, καὶ διὰ τῆς φαινομένης ὡραιότητος, τῆς ἀφανοῦς καταστοχάσασθαί σου φαιδρότητος· μᾶλλον δὲ μίαν καὶ ταύτην ἀγαπητῶς ἀποδοῦναι τιμὴν, ταῖς ἀμφοτέραις σου λαμπρότησιν, ὡς τοῦ μόνου φωτὸς γεγενημέναις οἰκητήριον, καὶ τὴν μίαν ἡμῖν καὶ ποθητὴν διανασχούσαις λαμπρότητα· ἀλλὰ τῶν κατ' ἐκείνους μὲν ὀλίγοι πρὸς τὴν ὄντως σου μεγαλοπρέπειαν διὰ τῆς προλαμψάσης ὥρας ἀνήχθησαν, τῶν πλείστων αὐτῶν φθόνῳ κατενεχθέντων, καὶ πρὸς τὴν ἑκούσιον ὑποδύντων τύφλωσιν· ἡμεῖς δὲ ταῖς ἐξ αὐτῶν ἀκτῖσι περιλαμπόμενοι, εἰς αὐτά σου τὰ πολύφωτα τῶν μυστηρίων διακύπτομεν ταμιεῖα, καὶ ταῖς τοῦ οἰκείου σε κατασκευάσαντος ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἐνδιαίτημα καταυγαζόμεθα

[1] Ita codex.

---

essent, de expressa per eam pulchritudine nihil cogitarunt, ac paulo post externam quoque adumbrationem e cogitatione dimiserunt. Et sane ex iis, quæ extrinsecam formam exprimebant, gloriam quoque tuam eadem illa specie declaratam licebat arguere, atque ex venustate corporis oculis conspicua, occultum tuum splendorem pronum erat conjicere, seu potius libenter unicum utrique venustati honorem tribuere; quoniam utraque habitaculum evasit unicæ lucis[a], nobisque unicum illum atque optatum splendorem exhibuit. Verum pauci illius ætatis per fulgentem speciem ad internum decus tuum vere splendidum agnoscendum pervenerunt, eorum plerisque invidia occupatis, atque in voluntariam ruentibus cæcitatem. At nos, ex utroque illo splendore micantibus radiis illustrati, in ipsa tuorum mysteriorum promptuaria plurima luce nitentia introspicimus, et Solis

[a] Joh. I. 9. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem.*

λαμπρότησιν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει τιμὴ, δόξα, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

justitiæ, qui te suum effecit domicilium, fulgoribus illuminamur, in Christo Jesu Domino nostro, quem honor decet et gloria cum Patre et Spiritu Sancto nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

IN SEQUENTEM ORATIONEM

ISIDORI[1] THESSALONICENSIS

MONITUM.

Ordinem sequens, quem mihi in hisce homiliis edendis præstitui, ut eas primum pro argumenti ratione, si quæ vero ejusdem argumenti plures essent, pro Auctorum ætate disponerem, alteram hoc loco subjicio Isidori Thessalonicensis orationem, quæ est *in Deiparæ Præsentationem*. Easdem in ea dotes demirari licet, quas cum priori illa in Deiparæ Nativitatem communes habet, dicendi copiam, elocutionis ornatum, ac vim quamdam suam dialecticam, qua de sacris mysteriis aptissime juxta et sublimiter philosophatur. Sed hæc posterior quædam insuper præfert, quibus se peculiariter commendat. Nam primo quidem tritum hoc apud Patres de Deiparæ Præsentatione argumentum ita pertractat, ut et non nova nove dicat, et novam quoque laudum materiam in eodem mysterio inveniat. Deinde vero, quod multum in rem nostram confert, dum disertissime profitetur sanctam Virginem Deiparam sine peccato conceptam fuisse, duplex nobis egregiumque officium præstat; primo quod luculentum fidei testimonium, quæ in Orientis Ecclesiis per eam ætatem

[1] Vide quæ de Isidoro adnotavimus in Præfatione ad ejusdem Orationem in Deiparæ Nativitatem, § XI, pag. 206, 207.

obtinebat, nobis suppeditat; deinde quod aperit nobis viam ad sensum aliorum Patrum eadem de re certius hauriendum : perspecta namque Isidori sententia jam certo constat, quinam sensus pluribus aliis de Deiparæ puritate sententiis ac verborum formulis penes ceteros quoque Patres passim occurrentibus subjiciendus sit.

Quod autem, posthabita Matthæi Caryophylli versione, aliam rudiori calamo confectam textui græco, qui nunc primum editur, adjecerim, eadem id ratione a me factum fuisse noverit lector, quam alias aperui[1].

[1] Vid. Præf. sup. cit., § XIII, pag. 207.

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ ΙΣΙΔΩΡΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΙΣ ΤΑ ΑΓΙΑ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΙΣΟΔΟΝ

ΤΗΣ ΠΑΝΑΧΡΑΝΤΟΥ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ ΘΕΟΤΟΚΟΥ

ΚΑΙ ΑΕΙΠΑΡΘΕΝΟΥ ΜΑΡΙΑΣ.

I. Καθάπερ τὴ ἱερᾷ τραπέζῃ εἰ τότε μόνον θεὶν τις ᾠετο προσιέναι, ἡνίκα ἂν πρὸς ἐκεῖνο τὸ ὕψος ἑαυτὸν ἀκριβῶς συνορᾴη τὰ δέοντα σώζειν, οὐδέποτ' ἂν ἔγγιον οἶμαι τοῦ θείου γένοιτο δείπνου· ποῦ γὰρ ἄνθρωπος, ὃς οὐδ' εἰ μίαν βεβιωκὼς ἡμέραν εἴη,

---

ISIDORI SANCTISSIMI

ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS

IN INGRESSUM IMMACULATISSIMÆ DOMINÆ NOSTRÆ

DEI GENITRICIS ET SEMPER VIRGINIS MARIÆ

AD SANCTA SANCTORUM

SERMO.

Quemadmodum si sacram mensam tunc solum adeundam quis arbitraretur, cum ea omnia, quæ tam sublimi mysterio consentanea sunt, accurate servare sibi videretur, numquam, ut opinor, ad cœnam divinam accederet (quomodo enim homo, qui, neque si unam tantum diem vixerit[a], uti sacra oracula lo-

[a] Job. XIV, 4 sec. LXX.

ὡς τὰ θεῖά φησι λόγια, ῥύπου μένειν ἔξω πεπίστευται, προσομιλεῖν ἄν ποτε πρὸς ἀξίαν φανείη τῷ παναχράντῳ ἐκείνῳ καὶ περιπεζίου παντὸς ἀνωτέρῳ; οὕτως ὁ τὴν ἀξίαν ἀποδοῦναι φωνὴν τῇ παναμώμῳ ζητῶν καὶ μητρὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τῶν ἀλάλων ἰχθύων οὐδὲν ἄρα διοίσει· ἀλλ' ὥσπερ τῷ γαληνῷ τοῦ Σωτῆρος τεθαρρηκότες, τῆς ἀπορρήτου γευόμεθα διαίτης ἐκείνης, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα, ἵν' ἔτι ῥύπος [1] εἰδότες ἡμεῖς τῇ κοινωνίᾳ καθαγνισθῶμεν, τὸν ἴσον δὴ τρόπον καὶπὶ τῆς μακαρίας λογιστέον παρθένου· καὶ διὰ τοῦτο ταύτῃ προσλαλητέον εἰς δύναμιν, ὡς ἂν δι' ὧν αὐτὴν προσυμνοῦμεν, ὧν εἴργασται παραδόξων μεμνημένοι πραγμάτων, ἁγιασμὸν καὶ κηλῖδος ἀποφερώμεθα ἔκπλυσιν.

II. Ἔστι μὲν οὖν οὐδ' ἂν ἓν τῶν κατ' αὐτὴν, οὐδὲν, ὃ μὴ μόρφωσιν ἐντίθησιν ἁγιαστικὴν, ᾧ λόγος ταῦτα λογίζεσθαι, οὐδενὸς

[1] Ita codex, et nisi malis subesse mendum, ut ῥύπον, vel ῥύπου, vel ῥύπους legendum sit, putabimus, auctori usitatum τὸ ῥύπος pro ὁ ῥύπος fuisse.

---

quuntur, sine macula esse creditur, mundissimum illud terrenisque omnibus sublimius condigne attingere umquam videatur?): ita quisquis sermonem sibi præstituat efferre, qui purissima" illa et Dei Verbi Genitrice condignus sit, nihil enimvero a mutis piscibus distare videbitur. Verum sicut affabili Salvatoris benignitate confisi, inenarrabilem illum cibum degustamus, idque ea maxime de causa, ut a maculis, quarum conscii nobis sumus, per communionem emundemur; eumdem in modum et de Beata Virgine existimandum est; ac propterea sermo pro viribus instituendus de ipsa est, ut cum mirabilia, quæ gessit, commemoraverimus, per hæc eadem, propter quæ laudes ejus celebramus, ipsi sanctificationem et macularum ablutionem consequamur.

II. Ceterum cum eorum, quæ ad ipsam spectant, nihil omnino sit, quod, si mente diligenter volvatur, formam sanctifica-

" Vide morem in Ecclesia receptum, ut Maria antonomastice τῆς παναμώμου, *omni macula carentis,* nomine indigitaretur.

δ' ἧττον καὶ ἡ εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἅγια εἴσοδος· ὃ τῷ νῷ παραστὰν, ἐκ τούτου γ' εὐθὺς, ὃ καλεῖται, χαρίζεται, ᾧ προὔργου περιελίττειν ἔνδον αὐτό· περὶ οὗ καὶ νῦν ἡμῖν εἰπεῖν εἴη κεκινημένοις, καὶ νοῦν ἅμα καὶ γλῶτταν ἁγιασθῆναι, καί τι κατάλληλον φθέγξασθαι τῇ τούτου προσωνυμίᾳ, ἀλλὰ μὴ τῷ ὕψει παντάπασιν ἀπᾴδον τῆς παναχράντου, εἰ καὶ τοῦ πρὸς ἀξίαν, ὃ πάντως ἔσται, ἀποδεῖν συμβαίη τῷ λόγῳ.

III. Ἅγια τοίνυν ἁγίων πρὶν μὲν ὁ νεὼς δικαίως ἐκεῖνος ὑμνεῖτο, ὃς καὶ κιβωτὸν ἔφερε καὶ πλάκας, καὶ τὰ σεμνὰ πάντα ἐκεῖνα Μωσέως τρόπαια καὶ μαρτύρια, ἐν ᾧ καὶ τοῖς προσιοῦσιν ἡ κάθαρ-

---

tricem contemplanti non ingerat[a]: tum vero nihilo minus id ipsum præstat et ingressus ejus in Sancta Sanctorum. Hoc siquidem mysterium animo obversans, continuo id, quod nomine præsefert, largitur iis omnibus, qui illud idem penitius introspiciendi fuerint studiosi. De quo cum impræsentiarum quoque dicere aggrediamur, utinam nobis contingat, ut mente simul sanctificemur et lingua, et aliquid, quod ejusdem mysterii nomenclaturæ respondeat, aut saltem quod ab immaculatissimæ illius[b] celsitudine nimis non abhorreat, effari possimus; quamvis, quod certissime fiet, ab eo quod dignitas rei postulat, futurum sit, ut sermo longissime abscedat!

III. *Sancti* itaque *Sanctorum* nomine prius quidem merito sacrarium illud celebrabatur, quod et arcam et (legis) tabulas, et omnia illa veneranda Moysis trophæa ac testimonia[c] conti-

[a] Et hæc propositio postulat ut Virgo ab originali labe immunis prædicetur. Quomodo enim Mariæ conceptionem recogitanti animo sanctum quidpiam obversaretur, si in peccato concepta fingitur?

[b] En tibi rursus Mariam antonomastice τὴς παναχράντου, *immaculatissimæ*, appellatione indicatam. Hinc evincitur, commune id inter fideles fuisse.

[c] Testimonia scilicet, quæ in mentem revocabant, ac veluti oculis objiciebant miracula olim a Deo patrata, cujusmodi erant *vasculum mannæ, tabulæ legis, virga Aaron, ipsa arca*, in qua hæc continebantur. Qua de re

σις, καὶ τῶν πάλαι θαυματουργιῶν παραδόξων ἔκθεσίς τε καὶ διασάφησις ἐτελεῖτο· καὶ ἦν οὐδὲν ἀληθῶς ἕτερον, ὧν γῆς περιεῖχε κύκλος, τοῦ θείου μᾶλλον ἐκείνου τεμένους, ἁγιαστικὴν ἔξιν ἡ κλῆσιν αὐχοῦν.

Ὥσπερ δὲ λυχνιαῖον μὲν φῶς, σφόδρα φωτεινὸν καὶ χρηστόν, ἕως ἂν τὸ λειτουργικὸν ὁμοῦ καὶ ἄρχον τῆς ἡμέρας καλύπτεται σκεῦος, τοῦ δὲ μεγάλου προκύψαντος φωστῆρος, περιττή τε ἡ φωτοποιὸς ἐκείνη δαπάνη καὶ μικροῦ λόγου πάντως ἀξία, τῷ ὑπερπλήρει τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, οὕτως ἅγια ἁγίων ὁ χῶρος, ὃς τοὐτ' ἤκουεν, ἐκεῖνος νῦν ἐκρύβη τε καὶ χρῆσιν οὐδενὶ παρέχων ἀπέσβη, ὅτιπερ ἅγια ἁγίων, ἕτερος ἐκείνου μακρῷ παναγέστερος οἶκος,

---

nebat : in quo et emundatio parabatur accedentibus, ac veluti ob oculos ponebantur et, prope dixerim, enarrabantur admiranda illa prodigia, quæ olim perpetrata fuerant. Et profecto, ex omnibus quæ terræ ambitu continebantur, nil aliud reperire erat, quod præ divino illo sacrario sanctificandi vi, aut *Sancti* appellatione gloriari posset.

Verum quemadmodum lumen lucernæ valde fulgidum quidem atque utile existimatur, quousque vas illud delitescit, quod diem præstat simul et inchoat ; magno autem luminari exoriente, jam propter radii solaris exuberantiam supervacanea prorsus nec digna, cujus vel minima habeatur ratio, est lampadis impensa : ita Sancta Sanctorum, locus scilicet qui hoc nomine appellabatur, nunc et ab oculis sublatus est ac deletus, utpote nullum cuipiam commodum amplius conferens, postquam alia domus, quæ vere *Sancta Sanctorum* dicenda, priori illa longe

Exod. XVI, 32 : *Imple gomor ex eo* (*manna*), *et custodiatur in futuras retro generationes : ut noverint panem, quo alui vos in solitudine, quando educti estis de terra Ægypti.* Et Deut. XXXI, 26 : *Tollite librum istum, et ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri, ut sit ibi contra te in testimonium.* Et Num. XVII, 10 : *Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii, ut servetur ibi in signum rebellium filiorum Israel.*

ἀνηγέρθη τε καὶ ἀπήστραψεν, ἡ πάναγνός, φημι, καὶ φωτοειδεστάτη Θεοῦ νύμφη.

IV. Ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ πρώην ἅγια ἁγίων, ἐγὼ νομίζω, διὰ τοῦτ' ἔσχε τὴν πρόσρησιν ταύτην, ὅτι τὰ δεύτερα δὴ ταῦτα ἅγια ἁγίων, ἃ καὶ εἰ τοῦτο [1] τῷ χρόνῳ, ἀλλ' εἰς ἁγιότητος καὶ λόγον ἀξίας, οὐδ' ἐστὶ λογίσασθαι τὸ προσέσεῖον, εἰσοικίσεσθαι ἔμελλεν· ὥσπερ ἂν, εἴ τις τὸν δίσκον διὰ τὸ μέλλον φῶς, ἥλιον οὐκ ἀπεικότως προσεῖπεν, ἢ βασίλεια διὰ τὸν οἰκουρήσοντα βασιλέα, καὶ πρὶν τοῦτο γενέσθαι· καὶ καθάπερ, οἶμαι, τῷ τεχνητῷ τούτῳ φωτὶ, ἡ μικρὰ πρὸς τὸ μέγα καὶ ἀθάπανον ὁμοιότης, τοῦθ' ὁ νῦν προσαγορεύεσθαι δέδωκε, κἀκεῖνο πρότερον ἐγνωκότες, εἰς τοιαύτην καὶ τοῦτο κεκλήκαμεν ἐπωνυμίαν· τὸν ἴσον ἄρα τρόπον, τὰ νέα

[1] Ita codex : emendationem, qua locus iste indigere videtur, sapientiorum judicio permittere malui. Suspicio subire posset, excidisse particulam μή.

---

sanctior excitata est et refulsit, purissima scilicet ac lucidissima Dei sponsa.

IV. Quinimo priora illa *Sancta Sanctorum* hanc appellationem, ut ego quidem arbitror, ideo receperunt, quod sedem posterioribus hisce Sanctis Sanctorum præbitura erant, quæ sin minus tempore at certe ratione sanctitatis et dignitatis illis, quantum nec mente assequi licet, antecellunt : non secus nempe ac si quis solis nomine non incongrue globum vocet propter lucem solarem futuram, vel si domus quæpiam propter regem, qui in ea habitaturus est, etiam prius quam id contingat, *regia* appelletur. Et quemadmodum luminis, quod arte comparatur, exigua quædam cum magno illo et inexhausto lumine similitudo effecit, ut huic quoque eadem tribueretur (luminis) denominatio, atque ipsum hoc nomine ideo vocavimus, quia prius illud cognovimus; eadem prorsus ratione ut vetera illa *Sancta Sanctorum* sic appellarentur, nova hæc præstiterunt *Sancta Sanctorum*,

ἅγια ἁγίων, ἡ νῦν ἡμᾶς ἁγιάσασα λέγω κόρη, τὰ πάλαι ἅγια ἁγίων οὕτω φωνεῖσθαι πεποίηκε.

V. Καὶ ἦν θήπουθεν τὰ πρόσφατα ἅγια ἁγίων, καινόν τινα τρόπον, τῶν πρεσβυτέρων ἀρχαιότερα· ἐπεὶ οὐδέποτ' ἂν τοῦτ' εἶχον κληθῆναι ἐκεῖνα, εἰ μὴ τοῖς τὰ πόρρω βλέπουσιν ὀφθαλμοῖς, τὰ ὕστερα ταῦτα προὐτέθη πρὸ ὀφθαλμῶν, δι' ἃ καὶ τὸ φανῆναι καὶ ἁγιάζειν ἐκείνοις, καὶ ἡ ἐντεῦθεν προσηγορία, καθάπερ πόλις τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τοῦ κτίσαντος εἰληφυῖα· διὰ τοῦτο γάρ, ἥπερ εἴρηται, καὶ κατεσκεύαστο καὶ ἤκουσεν ἅγια ἁγίων ἐκεῖνα, ὅτι διαναπαύσειν προώριστο τὸν τοῦτ' ἀξίως ἀκούσοντα.

VI. Ἄλλως τε δὲ, καθάπερ οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ ὅσα τῶν ὁρωμένων, πρὶν ἄνθρωπον εἶναι, διὰ τὸν ἄνθρωπον πεποίηκεν ὁ Θεός· τὸν αὐτὸν ἔδει τρόπον, καὶ διὰ τὸ καινὸν δημιούργημα τοῦτο, τὸν

---

ista, inquam, puella, quæ nunc nostræ sanctificationis est auctrix.

V. Et sane recentiora hæc Sancta Sanctorum nova quadam ratione veteribus illis sunt antiquiora. Neque enim illa sortita fuissent, ut hoc nomine vocarentur, nisi is, qui a longe res futuras prospiciebat, ob oculos posteriora hæc habuisset, propter quæ illis quoque et exstrui, et sanctificandi vi pollere, et quæ inde orta est appellatio contigit, non secus ac si urbs quædam a conditore suo nomen reportet. Idcirco enim, sicut dictum est, et exstructa illa fuerunt, et appellata sunt *Sancta Sanctorum*, quod ad eam excipiendam, quæ jure merito hoc nomine essent exornanda[a], prædestinata fuerant.

VI. Sed insuper, quemadmodum Deus, antequam hominem conderet, propter hominem fecit cœlum et terram, et quotquot sunt res visibiles; ad eumdem modum oportebat, ut propter

[a] Quanto magis hæc, et alia ejusmodi per orationis decursum, Deiparæ sanctitatem exaltant, adeo ut nihil sanctius in creatis excogitari posse suadeant: eo longius suspicionem labis, qua nihil est sanctitati infensius, ab eadem Deipara sanctissima removere debent.

ὑπὲρ νόας ἄνθρωπον, κρεῖττόν τι τῶν προτέρων οἰκητήριον δημιουργηθῆναι. Γίνεται τοίνυν· καὶ ἧς οὐδέν τι τῶν προγεγονότων τετύχηκε προσηγορίας, τὴν ἐξ ἁγιωσύνης λέγω, ἐπεὶ οὐδεὶς ἱκανῶς εἶχε τῶν πάλαι, ἐργαστήριον ἁγιωσύνης κεκληρωκέναι[1], ταύτης ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος τυγχάνει σηκὸς, διὰ τὸν ἁγιώτατον ἄνθρωπον, τὸ πανάχραντον σκεῦος, τὸ παναμώμητον ἄγγος, τὸ μέγα καὶ ἀκηλίδωτον κειμήλιον, τὴν πανυπέραγνον τοῦ Θεοῦ Λόγου μητέρα.

[1] Cod. κεκληρωχέναι.

---

novam hanc creaturam[a], propter hunc hominem Angelis præcellentem (sc. Mariam) domicilium quoddam prioribus nobilius conderetur. Exstruitur itaque, et appellationem illam, a sanctitate nempe ductam, quam nulla res alia ex iis, quæ factæ prius fuerant, adepta erat, propterea quod nulla inter ædes[b], quæ conditæ olim fuerant, sanctificationis officinam[c] in se recipere meruerat, hanc, inquam, appellationem propter hominem hunc sanctissimum, propter vas illud prorsus immaculatum, urnam purissimam, ditissimum ac mundissimum cimelium, undequaque innocentissimam[d] Dei Verbi matrem, sacrum illud templum sortitum est.

[a] Quod Virgo Deipara appelletur *nova creatura*, pluries id apud Patres occurrit. Orationis autem consequentia hoc plane postulat, ut *conditio creaturæ* non aliter de Maria, ac paulo ante de primo homine, accipiatur. De prima ergo Mariæ creatione intelligenda hæc sunt. A prima igitur sui creatione Maria prædicatur uti opus plane eximium, atque angelicis ipsis spiritibus præcellens.

[b] Illud nempe οὐδείς retuli ad sequens σηκός.

[c] Notum est, Mariam sæpe a Patribus appellari ἐργαστήριον (*officinam*), propterea quod in sinu ejusdem purissimo Deus incarnationis mysterium, unde omnis sanctificatio est et salus, operatus est.

[d] Vide studium plane singulare celebrandi *Deiparæ puritatem*; vide brevissima verborum periodo Deiparam prædicatam uti πανάχραντον, παναμώμητον, ἀκηλίδωτον, πανυπέραγνον. Et facilis quidem dabo, perperam eum agere, qui ex quolibet epitheto puritatem denotante, cujusmodi plura Græci habent, privilegium immaculatæ Conceptionis evincere contendat; qua de re in Com-

VII. Ὁ πάλαι μὲν γὰρ ἄνθρωπος, ὅτι προφητικῶς εἰπεῖν, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, διὰ τοῦτο καὶ κοινὴν τοῖς ἀλόγοις ἔλαχεν οἴκησιν· εἶχον γὰρ ὅ τε ἄνθρωπος καὶ τὰ ἄλογα κοινὸν οἰκίας ἔδαφος τὴν γῆν· καὶ ἦν οὐδέν τι τῶν οἰκημάτων, ὅπερ ἀνάγκη μόνῳ μὲν προσῆκεν ἀνθρώπῳ, τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ζώων ἀπεῖργεν εἰς κοινωνίαν· εἰ γὰρ καὶ εἰς ἀνθρώπους ἐπιδιδόντας ἤδη νοῦς εἰσήει, νέμειν τι καὶ Θεῷ τῶν κοινῶν ὑψηλότερον ἐνδιαιτημάτων, ἀλλὰ διὰ τὸν μέγιστον τοῦτον νεὼν Θεὸς τὰ τοιαῦτα προμελετᾷν παρεσκεύαζε. Τοῦτο γὰρ Θεοῦ νόμος, ἀπὸ τῶν ἐλαχίστων τοῖς ὑψηλοῖς ἐντυγχάνειν ἀνθρώπους οἰκονομεῖν· καὶ τούτου σαφὴς ἀπόδειξις, ὁ παλαιὸς νόμος οἷος ἦν πάλαι, καὶ

VII. Et re sane vera, quoniam vetus homo, ut cum propheta loquar[a], *comparatus est jumentis insipientibus et similis factus est illis*; propterea habitationem quoque communem cum brutis accepit. Communem enim ad habitandum locum et homo et bruta terram habuerunt, neque ullum domicilium fuit, quod necessario solis hominibus servaretur, ac reliqua animantia a cohabitatione excluderet. Etsi enim hominibus jam multiplicatis in mentem venerat, merito locum aliquem communibus domiciliis nobiliorem Deo tribuendum esse; at hæc in consiliis divinis prorsus tamquam præludia quædam et adumbrationes templi hujus omnium maximi parabantur. Hanc enim Deus servat legem, ut homines a minimis ad sublimia ducantur; cujus œconomiæ luculentum argumentum prostat consideranti, cujusmodi olim vetus lex fuerit, cujusmodi autem sint nova Salvatoris præ-

mentario. At 1° studium tot ejusmodi epitheta accumulandi hoc saltem ostendit, de Virginis puritate Patres altissime sensisse; 2° Si unica quispiam voce puritatem efferre vellet, quæ originalem quoque labem excludat, numquid significantius aliud ac τῆς πανυπεράγνου vocabulum adhiberet? Jam enim ὑπέραγνον cum dicis, puritatem innuis quæ adeo superemineat, ut ei addi quidquam posse minime videatur. Adhibitam ergo vocem πανυπέραγνον fatebimur, quo puritas et intensive et extensive summa innueretur.

[a] *Ps.* XLVIII, 13 et 21.

οἷα τὰ καινὰ τοῦ Σωτῆρος παραγγέλματα· ἐπεὶ δὲ οὐχ ὁ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἥττων γεγένηται ἄνθρωπος, ἀλλ' ὅ γε καὶ βασιλικῷ τῷ πήχει τοὺς αὐλοὺς ἐξαίρων, ἀκολούθως ἄρα καὶ ὁ θεῖος ἐκεῖνος οἶκος, τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων ὑπέρτερος, καὶ μὴ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀνεῳγμένος τῷ βουλομένῳ παντὶ, ἀλλὰ προσήκων ὄντως τῷ οἰκήσοντι προδεδόμηται· ὃς ἵνα τοῦτο δείξῃ, μόνον δικαίως ὡς ἑαυτοῦ δεσπότην, τὴν θεόνυμφον λέγω βασιλίδα, ἐν τοῖς ἐνδοτάτοις ὑπεδέξατο, τοῖς δὲ λοιποῖς ἔμενεν ἄβατος.

VIII. Ὥσπερ γὰρ οὐ κατὰ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων ὁ ὑπερῳυέστατος οὗτος καὶ θεουργικώτατος ἄνθρωπος τὴν δίαιταν ἔσχεν,

---

cepta. Quoniam vero natus est homo, non ille quidem qui *paulo minor esset ab Angelis*[a], sed qui incorporeas substantias longissime superabat; congruenter domus illa divina, omnibus, quæ super terram essent, nobilior, in antecessum exstructa est, neque, ut aliæ domus solent, cuique ingredi volenti patuit, sed ei, qui habitaturus in ipsa erat, singulariter est reservata. Quod quidem ut ipsa ostenderet, eum solum, tamquam sui dominum, reginam scilicet Deo desponsatam, in penetralia sua recepit, reliquis vero inaccessa permansit.

VIII. Et sane quemadmodum homo iste supra naturæ modum excellentissimus et factura plane divina[b], non communi homi-

[a] *Ps.* VIII, 7.

[b] Deiparæ magnalia dupliciter Auctor commendans, eam vocat ὑπερφυέστατον καὶ θεουργικώτατον ἄνθρωπον. Atqui 1° si Deipara naturæ ordinem prætergreditur, neque qualicumque modo, sed immenso ut ita dicam intervallo ita prætergreditur, ut merito dicatur ἄνθρωπος ὑπερφυέστατος; non ergo recte illi agunt, qui ad communem hominum conditionem spectantia in Mariam, non secus ac in reliquos, transferunt; ac proinde Patrum vestigiis institisse patet Ecclesiam, cum Deiparæ Conceptionem immaculatam religioso cultu concelebrans, facto ipso edocet, Scripturarum oracula, quæ de universi humani generis lapsu legimus, non necessario ad Mariam spectare.

2° Si opus divinum est Deipara, neque opus qualecumque, sed quod maxime dignum divinis manibus censeatur, ac proinde merito θεουργικώτατος appel-

ἄγγελος γὰρ ἦν οὐρανόθεν λειτουργῶν τῇ παρθένῳ τὴν ἀπόῤῥητον ἐκείνην τροφήν, οὕτω καὶ παρὰ τοὺς λοιποὺς, ἀγγελικὴν εἶπεν ἄν τις ἑστίαν, ἢ οὐρανίαν, ἢ θείαν ἄλλην καὶ ὑψηλήν, καὶ γῆς αὐτῆς οὐχ ἁπτομένην, εἴγε ἐνῆν, ὁ σώζων ἠνάγκαζε λόγος ἀπολαβεῖν· ὡς γὰρ ἔγωγε καὶ τοῦτο νομίζω, οὐκ ἂν χοϊκῶν ἐδέησε τῇ παρθένῳ τοκέων, ἢ γῆς, ὡς ἐδάφει ταύτῃ χρήσασθαι καὶ περιπάτῳ, ἢ ὁτουοῦν, ὧν χοῦς ποικίλως διαμορφοῖ τε καὶ χρώννυσιν· ἀλλ' ἄνωθεν ἂν, εἴπερ εἰδέναι ἔδει, τὴν ταύτης ἐγνώκειμεν γέννησίν τε καὶ οἴκησιν, κατ' ἀγγέλους δημιουργηθείσης, ἢ δήπουθεν ὑπὲρ τούτους, εἴ

---

num more victum recipiebat, nam Angelus e cœlo ineffabile illud alimentum Virgini ministrabat; sic sana ratio exigebat, ut aliam præter consuetudinem reliquorum hominum, sublimemque, angelicam quispiam dixerit, et cœlestem et divinam ac terræ, siquidem fieri posset, minime attiguam, sedem sortiretur. Nam, ut mea in hoc quoque habet opinio, haud opus habuisset Virgo terrenis parentibus, aut terra quam pedibus calcaret ambulando, aut quavis alia e rebus, quæ e terra formantur et adornantur; sed siquidem inquirendum de hoc esset, facile nobis appareret, et cœlestem ejus originem et cœlum propriam ejusdem esse sedem, utpote quæ angelica conditione[a], imo supra angelicam conditionem creata sit. Nisi quod ejusmodi opus erat œconomia, quæ

letur; excellentissimis ergo prærogativis in ipsa sui formatione ditata est. Alienum igitur est, ut Deo invisa, ac peccati fœditate turpis exorta cogitetur.

[a] Jam alias Auctor disputaverat (*Orat. in Nativ. Deip.*, § VIII, sup. pag. 222), Virginem Deiparam non e terra sed e cœlo oriundam fateri oportere. Nunc vero disertius affirmat, eamdem non alia, atque Angelos, conditione fuisse creatam (κατ' ἀγγέλους δημιουργηθείσης). Porro res ipsa, et contextus aperte clamant, id de Deiparæ anima intelligendum esse. Ergo ad animam Mariæ pertinet, quod de Angelis traditur, divina scilicet gratia et charitate exornatos divinis e manibus prodiisse. Discrimen vero, quod veluti sua dicta corrigens Auctor subjicit (ἢ δήπουθεν ὑπὲρ τούτους), quin huic sententiæ repugnet, imo eam confirmat. Si enim Maria non modo par, sed potior Angelis est creata; plura ergo præ Angelis ipsis gratiæ munera in ipsa sua origine a divina bonitate recepit.

γε μὴ τρόπος οὗτος ἐπραγματεύετο σωτήριός τε ὁμοῦ καὶ κενῶν ἄληπτος ληρημάτων, ὅτι καὶ ἄνθρωπος ὁ Σωτὴρ εἵλετο δι' ἐμὲ γενέσθαι, ἄνω δὲ οὐκ ἐνῆν τὴν τοιαύτην ἀναλαβέσθαι μορφήν· καὶ ὅτι τοῖς, μὴ ὅτι τοῦτ' ἐγεγόνει, κακῶς δογματίσασιν, οὐκ ἀσθενῆ τὴν παρθένον πεποίηκεν ἔλεγχον, ἢ τοῦτον ἔτεκε·, σαφὴς δ' αὕτη πηλὸς, ὡς ἐκ γηΐνων φῦσα, καὶ τοῦ χοὸς, οἰκεῖον εἶναι καὶ τὴν πάναγνον κύημα, τρανότατα διακωδωνοῦντος, οὗπερ ἥκιστα πέπτη [1], ἀλλὰ κατὰ τοὺς ὁμοφυεῖς, ταῖς ἐκεῖθεν, ὡς εἰπεῖν, εἶκε πέδαις τοῖς κάτω προσγειτονοῦσα.

IX. Ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἦν διὰ ταῦτα, τῆς ὑπὲρ γῆν τυχεῖν κληρουχίας, ἧς, εἴπερ τις τῶν ἀγγέλων, ἡ μακαρία δικαιοτάτη, ἀπό

[1] Ita codex, ut videtur, pro ἔπτη.

---

simul salutaris foret, et nullum vanis deliramentis locum relinqueret. Etenim etiam Salvator humanam naturam propter me assumere voluit; haud par autem fuisset ejusmodi formam in cœlis induere. Præterea, adversus eos qui prave dogmatizaturi erant illum non reipsa factum fuisse hominem, invictum exhibebat argumentum, illam nempe Virginem, quæ eum genuit. Manifeste enim ipsa terrena apparebat, quippe e terrenis parentibus et ex eo limo exorta, qui vel hanc innocentissimam terrenum fœtum esse evidentissime proclamabat. E quo quidem limo haudquaquam evolavit; sed non secus ac ceteri ejusdem naturæ homines, hisce, ut ita dicam, compedibus ad hæc infima constricta tenebatur.

IX. Quoniam itaque hisce de causis non expediebat, ut Virgo sublimiorem longe a terris obtineret sedem, qua si quispiam Angelorum, certe beata illa dignissima erat[a]; saltem ut ædes vel

[a] Non semel jam advertimus, innocentiam, quæ trimulæ infanti tribuitur, singularem haberi non posse, nisi adjicias prærogativam aliis infantibus non communem, absentiam scilicet illius labis, de qua in Jobi libro secundum lectionem LXX (cap. XIV, v. 4) legitur : *Nemo mundus a sorde, nec infans,*

γε τῶν περιγείων καὶ συγγενῶν, τὰ τῶν ἀνακτόρων οἰκεῖν ὑψηλότερα τὴν παρθένον, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων φημὶ, ὁ Θεὸς ἐδικαίωσεν· ἔμεινε δ' ἂν, οἶμαι, μέχρι τῆς ἄλλης καὶ τελευταίας αὐτῆς πρὸς οὐρανοὺς εἰσόδου, τοῦ ἱεροῦ ἔνδον τερένους, ἅτε δὴ μόνῃ τῇ παναγνῳ πρέποντος ἐκείνου, δι' ἣν καὶ κλῆσιν εἴληχεν ἐκείνην καὶ τὴν φερώνυμον ἐνέργειαν, ἥπερ[1] ὁ λόγος ἔδειξεν. Ἀλλ' ἵνα καὶ ὁδὸν ἡμῖν ὑποδείξῃ, ἣν ἐνεκαίνισεν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, Παύλου τοῦτο τοῦ θείου φωνή, ἔτι δὲ καὶ γῆν ἄλλην καὶ ἀέρα προκαθαγνίσῃ, ἃ δήπουθεν μετὰ μικρὸν ὁ δεσπότης δι' αὐτῆς ἔμελλε τελεώτερον ἁγιάσειν, οὗτος δὲ, καθά μοι εἴρηται, θεῖος νόμος, ἀπὸ τῶν ἁπλουστέρων χωρεῖν ἐπὶ τὰ τελεώ-

[1] Cod. ἥπερ.

---

ipsis regalibus nobiliores, nimirum *Sancta Sanctorum*, seorsim a terrenis et cognatis incoleret, Deus æquissimum judicavit. Atque intra sacrarium illud divinum, utpote soli illi innocentissimæ conveniens, propter quam et *Sancti Sanctorum* appellationem, et virtutem huic nomini congruam, uti ostensum jam est. acceperat, mansisset ea utique, ut ego quidem arbitror, ad alterum usque ac finalem ejusdem in cœlos ingressum. Verum, ut et viam nobis ostenderet, *quam*, juxta divini Pauli vocem, *initiavit in introitu Sanctorum* in nomine Jesu[a]; tum etiam ut reliquam quoque terram atque aërem præmundaret, quæ Dominus paulo post utique per ipsam perfectius sanctificaturus erat: hæc enim, quemadmodum diximus, divina est œconomia, ut a simplicioribus gradus fiat ad perfectiora; tum denique ut obsignatus hic liber[b]

cujus est unius diei vita super terram. Quod ergo congrua Deiparæ adhuc infanti sedes, propter singularissimam ejusdem innocentiam, cœlum potius quam terra dicatur, id innocentiam denotat, quæ ab originis quoque vitio intacta permanserit.

[a] *Hebr.* X, 19, 20.

[b] Virgini scilicet ac S. Josepho, ejus sponso, Auctor applicat cum aliis Pa-

τερα, καὶ ἵν' Ἰωσήφ, τῷ σεμνῷ ἐκείνῳ καὶ εἰς πεῖραν ἥκοντι γραμμάτων, τὸ ἐσφραγισμένον δὴ τοῦτο ἐγχειρισθῆναι βιβλίον, ὃς οὔτ' ἦν ἱκανὸς τοῖς ἀδύτοις ἐνδιατρίβειν, καὶ εἶχεν ἄλλως τὸ μυστικὸν ἐξηγεῖσθαι καὶ ἀπόῤῥητον ἐκεῖνο βιβλίον· διὰ ταῦτα καὶ τοῦ νεῶ μὲν ἐξῆλθεν ἐκείνου, ναὸν δ' ἑαυτήν, ὡ ξένον θαῦμα, τοῦ ἀχωρήτου δημιουργοῦ κατεσκεύασεν· οὗ χάριν, οὐχ ἅγια ἁγίων μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τι τούτων αἰδοῦς ἀξιώτερον, τῶν εὐλόγων ἂν εἴη τὸ ἀνέκφραστον τοῦτο καλεῖν Θεοῦ κατοικητήριον.

X. Δοκῶ δέ μοι καὶ τοῦτο, ὡς οὐ τῆς ἴσης ἂν ἐνεφορεῖτο θεοπτίας ὁ ἅπαξ τὰ ἄδυτα εἰσιὼν ἱεράρχης ἐκεῖνα, τῆς τε παμβασιλίδος τοῖς οἰκείοις παρούσης βασιλείοις, καὶ ὅτε μὴ τοῦτ' ἐγίγνετο· ἀλλὰ πολλῷ κρείττονος δι' ἐκεῖνο μετειλήφει θεωρίας, ἢ τῆς δεσποίνης ἀπούσης. Ἐπεὶ γὰρ πάντων ἀνθρώπων καὶ ἱεραρχῶν

---

traderetur Josepho illi venerando ac librum legendi gnaro, qui in sacris penetralibus morari non poterat, et mysticum tamen illud et ineffabile volumen interpretari debuit; hisce de causis et e templo illo ipsa egressa est, et semet Conditoris incomprehensibilis templum (o rem plane admirandam!) præstitit. Quamobrem non modo appellatio *Sancti Sanctorum*, sed et si quæ alia veneratione dignior occurreret, merito inter nomina censeretur, quæ aptiora ad ineffabile hoc Dei domicilium designandum videri debent.

X. Illud insuper persuasum habeo, summum Sacerdotem, qui semel per annum in sacra illa penetralia pedem inferebat, haud pari mensura divinis visionibus consuevisse frui quando in sua illa regia præsens versabatur omnium regina, ac quando inde ipsa aberat; sed longe uberius domina præsente, quam eadem absente, cœlestibus revelationibus ditatum fuisse. Cum enim Virgo præ omnibus plane hominibus, ac proinde præ summis

tribus, quod apud Isaiam legitur (cap. XXIX, 11): *Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent: Lege istum; et respondebit: Non possum, signatus est enim.*

ἐξ ἀνάγκης πλησιεστέρα Θεῷ, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν ἔνεστιν, ἡ παρθένος, ἀναλόγως καὶ πάντων ἐπέκεινα θεαμάτων ἂν ὑψηλῶν ἐτύγχανεν εὐμοιροῦσα· ὃς δ' ἐκείνῃ συνῆν, τηλικούτων ἀπολαβούσῃ, βελτίων ἂν ἦν ἑαυτοῦ πάντως, καθάπερ φώτων ὑπὲρ βασιλέως προκειμένων, φωτεινότερον οἱ παρόντες ὁρῶσιν.

XI. Ἀλλ' ὑμνητέον μικρὸν ἄνωθεν τὰ περὶ αὐτὴν, ἵν' ἀπὸ τῆς

---

quoque sacerdotibus, quantum neque verbis eloqui fas est, propius ad Deum accederet; præ omnibus consequenter etiam sublimibus visionibus fruebatur[a]. Porro quisquis ejusmodi visionibus fruenti præsens aderat, prorsus se ipso aptior evadere debuit, non secus ac quando luminaria pro rege accenduntur, quotquot præsentes adsunt, clarius vident.

XI. Verum pretium operæ fuerit ea, quæ ad ipsam (Deiparam)

[a] Levioris momenti videri potuerunt, quæ Auctor habet de sancta Virgine, crebris visionibus cœlestibus, divinisque revelationibus perfruente. At non levis profecto momenti est doctrina, cui illa quodammodo superstruuntur, quamque a sanctis Ecclesiæ Patribus seu præstitutam seu præsumptam reperire est, ubi de quapiam prærogativa Virgini vindicanda agitur. Quænam vero ea est doctrina? Nimirum nullum cœleste donum, nullum gratiæ munus tam præclarum tamque eximium excogitari posse, quod eminentissima quadam ratione Mariæ collatum existimari non debeat. Quæ quidem doctrina quam late pateat, quibusve argumentis ex ipsis fidei nostræ principiis per Patres firmetur, commentarii potius quam notulæ fuerit disserere. Illud interim perpendere ne prætereas, quantopere ii et decipiantur et decipiant, qui cum de sanctæ Virginis privilegiis ac speciatim de ejusdem ab originali vitio immunitate sermo est, argumenta theologis usitata, et a decentia seu convenientia, ut aiunt, ducta, parvi adeo pendere videntur, ut tantum non ad quisquilias rejiciant. Suam ipsorum scilicet inscitiam luculenter produnt, quum subtilitatibus scholasticis illud argumenti genus accensent, quod apud sanctos Ecclesiæ Patres receptissimum fuisse ignorant, aut dissimulant. Quod si ejusdem argumenti vim ac robur vix aut ne vix quidem revera ipsi sentiunt, nihil sane æquus rerum æstimator ambiget, id non rei ipsi Patribus minus perspectæ deputandum esse, sed verius hebeti istorum menti, qui, quid sibi *Dei Genitrix* velit, quidve tremenda hæc dignitas merito postulet, ne remotissime quidem suspicando pares se exstitisse palam faciunt.

θείας αὐτῆς ἐν βίῳ προόδου εἰς τὴν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἴσοδον ἀκολούθως ὁ λόγος τὴν πάναγνον φέρῃ.

Γεννᾶται τοίνυν τὸ θεαυγέστατον τοῦτο κάλλος, τὸ θεοπτικώτατον ἔσοπτρον, τὸ θεοειδέστατον κάτοπτρον, ἡ θεολαμπὴς αἴγλη, ἡ θεοτερπὴς λαμπηδών, ἡ θεοπρεπὴς ἀγλαΐα, ἡ θεόνυμφος καὶ θεόπαις Μαρία· ἐκ στείρας μὲν καὶ ἀγόνου γαστρὸς, πολυτόκου δὲ ψυχῆς καρπῶν θεαρέστων, καὶ μάλα γονίμου γεννημάτων ἐνθέων, καὶ οἷς ἐντρυφᾷ Θεὸς τικτομένοις.

XII. Ἔδει γὰρ ἡγήσασθαι τοῦτο κἀνταῦθα, ὡς ἂν ἀπὸ μικροῦ θαύματος, τὴν παιδοτόκον φημὶ στείραν, τὸ μέγα καὶ παραδοξότατον, ὁ τῆς παρθένου καινοτομηθεὶη τόκος, ἵνα καὶ ταῖς κατὰ μητρὸς οὕτω λαμπρᾶς, οὕτω θαυματουργοῦ, φέρῃ τὰ νικητήρια·

---

spectant, paulo altius repetere; adeo ut, initium ducens a primo innocentissimæ illius in hanc vitam ingressu divino, sermo ex ordine eam ad introitum in Sancta Sanctorum deducat.

Generatur itaque pulchritudo hæc divinissime splendens[a], expressissima Dei imago, speculum Dei speciem ad vivum referens, splendor divinitus emicans, jubar Deo gratissimum, venustas Deum condecens, Dei sponsa, et Dei filia Maria; ex matre sterili quidem utero et infœcunda, verum quoad animam fructuum Deo placentium fœcundissima, et germinum divinorum, quorum partu deliciatur Deus, feracissima.

XII. Etiam heic porro, eam servari decebat œconomiam, ut e minori miraculo, sterilis videlicet parientis, magnum illud atque sensum omnem transcendens generantis Virginis novum prodigium initiaretur, quo nempe matrem quoque tam insignem,

[a] Inspice, qualis a suis ipsius primordiis Maria oculis nostris exhibeatur. An vero animæ ex primitiva labe deformi consonum fuerit, ut divina appelletur pulchritudo? an Adæ terreni imaginem gerenti congruit, ut expressissima Dei dicatur imago? an tenebris peccati obvolutæ, ut splendor habeatur divinitus emicans? an Deo invisæ, ut jubar Deo gratissimum et Dei filia nominetur?

Ἄννα γάρ, ἡ μετὰ θραχὺ καλλίπαιδος μήτηρ ἐκείνη, καὶ Ἰωακεὶμ ὁ θαυμάσιος, τὸ θεόλεκτον καὶ δικαιότατον ζεῦγος, τἄλλα μὲν πάντων εἰς εὐδαιμονίαν ἐκράτουν· πρὸς δέ γε παιδοποιΐαν, πενήτων ἠλέγχοντο δυστυχέστεροι· ἔνθεν τοι καὶ ῥεύματα μὲν ἀπέῤῥει δακρύων ὁσημέραι τῶν δικαίων ὀφθαλμῶν ἐκείνων, συχνὴ δ' ἀνεπέμπετο δέησις θολώσεως ἄμικτος, καὶ οἵαν οὔτε Θεὸς παροῤᾷ, καὶ ὡς ὀσμὴν εὐωδίας ὁρᾷ, ἐπαγγελία συμβολαίου παντὸς πιστοτέρα, τὸ τεχθησόμενον ἀντιδώσειν τῷ δεδωκότι.

XIII. Ἀλλ', ὦ δικαίας εὐχῆς, πτερὸν ἅπαν ἐλεγχούσης τῷ τάχει, ὑπὲρ οὐρανοὺς ἀνιούσης, Θεῷ προσιούσης θαῤῥούντως, καὶ παρ' αὐτοῦ προσδεχομένης ἡδέως· ὦ καρδιῶν ἐκείνων, μεστῶν καθαρότητος, καὶ διὰ τοῦτο Θεὸν ὀπτριζομένων[1], κἀκεῖθεν ἀντιδεχομένων τὴν τῶν θερμῶν ἐξαλμάτων περαίωσιν· ὦ χειλέων ἁγνῶν, διὰ Θεὸν κινουμένων, καὶ ὥσπερεὶ διὰ τοῦτο πεποιημένων,

[1] Habes ὀπτρίζω simplici voce et primitiva significatione usurpatum.

---

tamque claram miraculis filia superaret. Illa siquidem Anna, quæ deinde speciosæ hujus puellæ mater evasit, et admirandus Joachimus, par divinitus electum ac justissimum, etsi quoad cetera omnes felicitate vincerent, quoad liberos tamen gignendos quibusvis egenis infeliciores notabantur. Hinc vero quotidianus ex justorum illorum oculis lacrymarum imber defluebat, hinc assiduæ erumpebant purissimæ preces, hinc illa quoque, qualis a Deo numquam despicitur, sed in odorem suavitatis admittitur, promissio, quocumque alio pacto firmior, prolem, si quæ nasceretur, se donanti donum redditurus.

XIII. O vere justas preces, quæ velocitate sua omnem pennarum volatum superantes penetrant cœlos, ad Deum confidenter accedunt, et ab ipso, quæ postulant, cum gaudio reportant! O corda illa puritatis plena, quæ propterea Deum vident, et inde felicem ardentium votorum exitum inveniunt! O pura labia propter Deum mota, ac veluti ad hoc condita, ut præfinitum

ἵνα τὸ προωρισμένον μυστήριον τούτων αἰτουμένων ἐκβῇ· ὡ ψυχῶν ἀμώμων, ἃς ὑπερηγάσθη Θεὸς, καὶ τελέσειν εἰς τὴν τούτων ἠγάπησε συγγένειαν.

Τυγχάνουσι μάλα περιφανῶς τῆς αἰτήσεως, καὶ τίκτουσι καρπὸν, τοῦτον δὴ τὸν καινότερον, ὃς τῆς οἰκουμένης ἁπάσης καλλονὴ καὶ σεμνότης, καὶ τροφὴ μυστικὴ, μέλιτος ὑπὲρ νοῦν γλυκυτέρα, καὶ κατασκίου δένδρου παντὸς ψυχαγωγικώτερον θέαμα, καὶ ἀνθέων πᾶσαν εὐωδεστάτων κάτω τεθεὶς πέφηνε χάριν.

Ἔδει γὰρ, μήτ' ἐκείνους οὕτως εὐγενεῖς τὴν ψυχὴν γεγονότας, οὕτως εἰς ἄκρον δικαιοσύνης ἐληλακότας, οὕτω παντὸς τῶν ὑπ' οὐρανὸν Θεὸν προτιθέντας, οὕτω θεολαμπεῖς τὸν νοῦν, ἄλλης, ἢ ταύτης, χρηματίσαι πατέρας, μήτε τὴν μακαρίαν, ἧς τὸ σεμνὸν οὐκ ἔχων ὅσον εἰπεῖν ὁ λόγος ἐᾷ, ἑτέρων παῖδα παρὰ τούτους

---

mysterium ad eorum petitionem impleretur! O animas sine macula, quas Deus acceptissimas habuit, adeo ut in eorum cognatione censeri voluerit!

Splendidissime voti compotes fiunt, ac gignunt fructum, mirabilissimum illum sane, qui pulchritudo et decor totius orbis terrarum[a], et mysticum alimentum melle supra quam intelligi possit dulcius, spectaculum præ quavis arbore umbrosa recreans, atque omnem suaveolentissimorum florum gratiam exsuperans, apparuit.

Et sane decebat, ut illi qui tanta animi nobilitate præstabant, qui ad tantam justitiæ celsitudinem provecti fuerant, qui tanto studio Dei obsequium omnibus, quæ sub cœlo sunt, prætulerant, qui mentem divino lumine adeo illustratam gerebant, non aliam profecto quam istam sortirentur prolem; et rursus (decebat) ut beata illa, cujus laudes, cum ipsi pares afferre non possit, oratio prætermittit, non alios, quam istos, parentes sortiretur. Opor-

[a] Conf. quæ de hac sententia diximus in Præfatione ad fragmentum orationis Georgii Nicomediensis, sup. pag. 149.

γεγονέναι· ἔτι δὲ, μήτε τῆς ὁμιλίας ἐκείνης, ἢ τῇ παρθένῳ συλλήψεως αἴτιον, ἄλλο τι, ἢ Θεοῦ ὁμιλίαν, πρωταίτιον εἶναι καὶ προηγούμενον, ἵν', ὡς οἷόν τε ἦν, ἡ πάναγνος ἔχοι μόνη καὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο διαφυγεῖν, καὶ, οὐκ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, οὐκ

---

tebat insuper, ut ad congressum illum, unde virginis conceptio processit, non aliud quidpiam, quam congressus cum Deo, impelleret atque adduceret; ut, quemadmodum consentaneum erat, purissima illa[a] sola etiam propheticum illud[b] evitaret, ac

[a] Auctorem habemus diserte profitentem sanctæ Virginis immunitatem ab originali peccato. Duo hic animadvertam. 1° Auctor nequaquam, ut sæpe alias tum in hac tum in aliis homiliis solet, hæc se ex opinione sua affirmare ait; sed nihil hæsitans tamquam de sententia omnibus explorata ea de re disserit; 2° Certum esse debet, Auctorem, cum innocentiam, puritatem, ac sanctitatem Deiparæ aliis verborum formulis celebraturus esset, eas locutiones vigilanter selegisse, quas aptiores duxit ad puritatem, innocentiam, ac sanctitatem ab originali quoque vitio intactam significandam; cumque ambigendum non sit, eamdem fidelibus, ad quos Isidorus verba faciebat, de sanctæ Virginis puritate sententiam inhæsisse, rursus dubitare non licet, quin eodem sensu locutiones illæ a christiana plebe acceptæ fuerint, et communiter ab omnibus ad eamdem hanc puritatem ab originali quoque vitio immunem efferendam usurparentur. Cum hæc manifestissima per se sint, æque indubium illudque gravissimum inde profluit consectarium. Easdem enim, quas ab Isidoro adhibitas cernimus, verborum formulas, easdem figuras, easdemque imagines ad Virginis beatissimæ singularem puritatem celebrandam usurpatas reperimus non modo a reliquis universim Patribus, sed in ecclesiasticis quoque ac liturgicis libris Ecclesiarum omnium, Græcæ, Syriacæ, Copticæ, Armenicæ. Quis porro non videt, quid sponte hinc consequatur? Æque enim a veri specie duo hæc prorsus abhorrent, nempe, aut Patres reliquos aliter quidem de Virginis Conceptione sensisse, exquisitissimas tamen formulas ad ejusdem quoque Conceptionis puritatem significandam idoneas usurpasse, aut (siquidem quispiam contendere velit, eas formulas non eo spectare) Isidorum, qui diverse ab aliis sentiret, diversas quoque formulas nullas adhibuisse. Communis ergo omnium consonantia in Virginis puritate atque innocentia per easdem phrases, figuras, imaginesve efferendi ac celebrandi, communem omnium de eadem puritate atque innocentia sententiam luculenter patefacit.

[b] *Psalm.* L, 7.

ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με μόνην ἡ μήτηρ μου, περὶ ἑαυτῆς φάσκειν, ἐκείνῳ καὶ τούτου συμπεριειλημμένου τῷ καταλόγῳ, ὧν μοι μεγαλείων ἐποίησεν ὁ δυνατός· τοῦτο δ' ἐξ ὧν ἔπραξαν, ἔδειξαν οἱ γεννήτορες, ἀφ' οἵας ἐκ Θεοῦ καταβεβηκότες ὁμιλίας, πρὸς τὴν τῆς παιδοποιΐας αἰτίαν ὁμιλίαν συνῆλθον. Ἄριστα τοίνυν καὶ τοῦτ' εὖ ἔχον τῷ κύκλῳ τῶν περὶ αὐτῆς παραδόξων συνέδραμεν.

XIV. Ἐπεὶ δ' εἰς φῶς ἡ λαμπρὰ πεφανέρωται Θεόπαις, ἡ μᾶλλον, ἡ φῶς ἅπαν, διαυγεστέρα, ἧς χωρὶς οὔτε φῶς, οὔτ' οὐρανός, οὔθ' ἡ ποίησις πᾶσα τῶν δυναμένων ψυχὴν ἀληθῶς λαμπρῦναι καὶ

---

de se ipsa affirmare posset: *in iniquitatibus concepta non fui;* et rursus, *solam non concepit in peccatis me mater mea ;* quoniam hoc quoque comprehensum est in numero magnalium illorum quæ[a] *fecit mihi magna* (inquit) *qui potens est.* Quod quidem ostenderunt genitores ipsi per ea, quæ præstiterunt; quippe qui ad congressum, qui origo est prolis suscipiendæ, e congressu cum Deo devenerunt. Merito igitur hoc quoque faustissimum eventum inter admiranda, quæ spectant ad ipsam, connumerandum venit.

XIV. Postquam igitur in lucem Dei filia[b] prodiit splendida, immo ipsa luce splendidior, sine qua neque lux, neque cœlum, neque omnes simul creaturæ vim habent seu lumen animæ af-

[a] Luc. I, 49.

[b] In notis ad Chartam Ugonis de Summo (sup. pag. 23, not. 2) jam innuimus, titulum *Dei filiæ*, quo antonomastice Deipara apud Patres exornari solet, etiam ad prærogativam immaculatæ Conceptionis spectare. In idem facere potest, quod Auctor noster velut consequenter ad ea, quæ de purissima Virginis Conceptione dixerat, mox eam hoc nomine absolute indigitat. Sed adverte ulterius, quomodo eadem doctrina heic proponatur. Nam Dei filia dicitur *prodiisse splendida.* Quid porro est ortus splendidus, nisi splendor ipsum ortum concomitans? Ac rursus quid isthic est splendor, nisi splendor divinæ gratiæ, qua Mariæ in *peccato* (uti mox Auctor dixerat) *non conceptæ* anima refulgebat? Id vero juverit meminisse : sæpe enim alias ejusmodi sententia in veterum scriptis occurrit.

οἰκειῶσαι Θεῷ, ἐπεὶ τοίνυν ἡ τηλικαύτη γεγέννηται, καὶ τὰ ὑπεσχημένα τοῖς τοκεῦσιν ἡ μνήμη περᾶναι μηνύει [1]· οἱ δ' εἰς ἔργον ἀν, οἶμαι, ἐχώρουν, ἅμα τῷ γεννηθῆναι τῷ νεῷ τὴν παῖδα προσάγοντες, εἴγε μὴ τὸν καιρὸν προαρπάζειν, τῶν οὐκ εἰκότων ἐδόκει, καθὰ καὶ ὁ Σωτὴρ ὕστερον, πάντα κατὰ καιρὸν, καὶ θαύματα, καὶ τὸ θεῖον ἐπεδείξατο λουτρὸν, ᾧ πάντως ἔδει τελεῖσθαι ἀκόλουθα καὶ ἐπὶ τῆς ἐκείνου μητρὸς καὶ πρὶν τοῦτο φανῆναι· σφόδρα γὰρ ἄν τι τερατουργεῖν ἐδόκουν, βρέφος, πρὶν ἀποστῆναι τίτθης, ἢ λόγου καὶ ἀκοῆς εἰληφέναι πεῖραν, εἰς τὰ ἄδυτα ἐπιχειροῦντες εἰσενεγκεῖν ἐκεῖνα· ἢ, ὥς τις ἔφη τῶν πρὸ ἡμῶν, ἡ τριετία διετηρεῖτο, τὴν ἐν τοῖς ἁβάτοις εἴσοδον παρασχεῖν τῇ παρθένῳ, ἵνα τὸ μέλλον προγράψῃ, ὅτι μόνη τὸν ἄβατον καὶ ἀπερίληπτον ἕνα Θεὸν τῆς ἁγίας Τριάδος, καινότατα τέξεται, καὶ ὑπὲρ ἅπαντας ἁγίους τῆς ὅλης φρικτῆς Τριάδος μονὴ φανεῖται καὶ σεβασμιώτατον οἰκη-

[1] Cod. μυνύει.

---

fundendi, aut ipsam Deo conciliandi, postquam, inquam, talis puella nata est; de promissione implenda præsens memoria parentes monet. Ipsi autem, ut arbitror, in opus rem deduxissent, filiam, simul atque nata est, ad templum deferentes, nisi prorsus incongruum visum fuisset tempus prævertere; quemadmodum deinceps etiam Salvator omnia opportuno tempore et miracula edidit, et lavacrum divinum exhibuit; cujus exemplis etiam priusquam possent conspici, congruum erat, ut ea quoque assimilarentur, quæ in matre complebantur. Et re quidem vera portentosum quiddam visum fuisset, quod in sacra illa penetralia inferre vellent infantem puellulam, antequam ablactaretur, et aliquem seu loquendi seu audiendi usum adepta esset. Vel certe, ut quidam e majoribus dixit, triennium ad parandum Virgini in sacra adyta ingressum interponebatur, ut præsignaretur, eam solam unum e sancta Trinitate, inaccessum et incomprehensibilem Deum, ineffabili modo parituram esse, et insuper ipsam solam præ omnibus sanctis augustissimum totius tremen-

τήριον. Οὐδὲ γὰρ ἦν οἷκοι μένειν τῶν ἀναγκαίων, ὅτι θηλῆς ἡ πάναγνος ἐδεῖτο· ὡς γὰρ καὶ τριετὴς, ἐνδιαιτωμένη τῷ θείῳ περιβόλῳ ἐκείνῳ, τῆς παρ' ἀνθρώπων οὐ μετεῖχε τραπέζης, μυστικῷ

---

dæ Triadis domicilium esse. Et sane ut domi maneret nequaquam necesse ideo fuit, quod purissima[a] illa maternis uberibus indigeret. Nam sicut cum triennis in sacro illo ambitu versaba-

[a] Lectorem, ut puto, non effugit, quam sæpe ad beatissimam Mariam indigitandam absoluta τῆς πανάγνου voce, quæ juxta Hesychium valet κατὰ πᾶν ἁγνὸν, Auctor utatur. De hac autem re illud singulare nobis occurrit, quod Franciscus Combefisius in vertendis veterum scriptorum de sancta Virgine homiliis, in voces ἁγνή, vel πάναγνος de Deipara dictas cum incidit, eas *casta* aut *castissima*, vertere constanter maluerit. Nam esto, quod diffitetur nemo, ἁγνός non solum ampliori significatione pro *puro* generatim et *impolluto* accipi, sed etiam strictiori pro *casto* speciatim usurpari. At perviderit vel cæcus, castimoniam non ejusmodi esse virtutem, e qua par sit singularis laudis argumenta petere, sicubi de infanti puella laudanda agatur. Cui enim infanti hæc laus, si tamen laus in infantibus haberi potest, non competit? Eas ergo voces ad *castitatem* speciatim contrahere in illis Patrum scriptis, ubi Mariæ vel conceptæ, vel nascentis, vel trimulæ infantis ad templum adductæ encomia texuntur, nisi aperte constet, ea ad consequentia Virginis gesta referri, plane ridiculum videri debet. Verum undenam hæ strophæ repetendæ sint, nemini obscurum est. Quod nempe hominem permovit, ut in præfatiuncula ad orationes *Georgii Nicomediensis in Conceptionem Deiparæ* (Bibl. Conc. vol. VI, pag. 82) sollicite lectorem admoneret, veteres in celebrando Conceptionis festo nihil ad Conceptionem ipsam respexisse, id ipsum ad invisum *puritatis* vocabulum, sicubi fieri posset, expungendum impulit. Eadem plane causa invisum homini effecit *immaculatæ* vocabulum; atque idcirco cum græcæ voces ἄμωμος aut πανάμωμος de Maria usurpatæ occurrerent, non *immaculata*, aut *plane immaculata*, quæ cujusvis reatus absentiam generatim indicant, sed vocabula prælegit *irreprehensibilis* aut *plane irreprehensibilis*, quæ scilicet ad absentiam reatus per actus proprios inducti significandam aptius adhibentur. At rursus quænam, quæso, laus foret Mariæ aut nascentis aut adhuc infantis, quod nullo per actus suos reatu se pollucrit? Hæccine tam præclara Mariæ erant encomia, quæ sanctorum Patrum sapientiæ ope istarum e græco versionum tribuerentur? Adeo scilicet ineptire vel magni viri solent, ubi potius quam veritati, privatis præjudiciis studiisque deservire animum inducunt!

δὲ λόγῳ οὐρανίας ἡ ἐπουράνιος μετελάμβανε τροφῆς, οὕτως, εἰ καὶ γάλακτος ἔτι δεομένη, τὰ ἄβατα οἰκεῖν εἰσήγετο, κατὰ τὸ ἴσον ἐκεῖνο θαῦμα, ὑπερφυεῖ τινι ἂν ἐστηρίζετο καὶ ἀῤῥήτῳ τρόπῳ.

XV. Ἀλλ' ἢ χάριν ὧν εἴρηταί μοι, τοῦτ' ἐγεγόνει, ἢ ὅτι καὶ πρὸς βραχὺ βρεφικῆς ἦν εἰκὸς τοῖς τοκεῦσι κἂν ἀπολαῦσαι χάριτος παρὰ τῆς παιδὸς, ἣ μετ' ὀλίγον ἐκποίητος μὲν ἔμελλεν ἔσεσθαι Θεῷ, τοῖς δὲ φιλτάτοις τούτοις ἀόρατος πατράσιν· ὑπὲρ ἧς ἐνὸν τρυφᾶν, εἵλοντο κακοπαθεῖσθαι, καὶ τῶν καμάτων ἐκείνων καὶ πολυῤῥύτων δακρύων ταύτην ἔλαβον ἔπαθλον· ὧν, ἔμοιγε δοκεῖ, τῶν τοσούτων ἐκείνων λέγω πόνων ταύτην Θεὸς ἀξίαν διέγνω τὴν ἀμοιβὴν, τὴν ἄχρι τριετίας ἀπόλαυσιν τῶν τῆς λαμπροτάτης χαρίτων παιδός.

Ὅσην γὰρ ἔχουσι τῶν παίδων ἄλλοι καὶ κάλλιστοι ἡδονὴν τοῖς πατράσιν ἐνθεῖναι ἀπό γε τῆς συνοίκου πολυετίας, ταύτην εἶχεν ἡ

---

tur, haud humana alebatur mensa, sed arcana quadam ratione cœlestem cibum, quippe quæ supercœlestis esset, accipiebat; ita siquidem ad inhabitanda sacra adyta adducta fuisset, cum adhuc lacte indigebat, modo quodam supernaturali atque ineffabili haud dissimili miraculo enutrita fuisset.

XV. Vel ergo ita factum est propter illas causas, quas dixi, vel etiam quia æquum erat, ut parentes quoque saltem ad breve tempus infantili venustate filiæ, quæ paulo post Deo dedicanda erat, nec ultra charissimis genitoribus conspicienda, fruerentur; e qua cum maximum haurire solatium liceret, præ hoc tamen mœrorem privationis elegerunt, licet ipsam ceu præmium laborum illorum ac multarum lacrymarum recepissent; pro quibus, ut mihi quidem videtur, nempe pro tantis illis laboribus dignam hanc Deus vicem reddendam judicavit, ut ad triennium tam eximiæ filiæ gratiis jucundarentur.

Quantum enim voluptatis afferre parentibus alii filii utut speciosissimi valent per multorum annorum convictum, tan-

πάναγνος καταθεῖναι τῇ τριετίᾳ· φαίην δ' ἂν καὶ δαψιλεστέραν καὶ μείζω ὅσῳ καὶ γεννητῶν ὑπέρκειται πάντων· αἱ γὰρ παρὰ τῶν μεγίστων ἀντιδόσεις, φιλότιμοι καὶ τῷ μεγέθει τῶν χορηγούντων κατάλληλοι· δικαίους δὲ ὄντας ἐκείνους καὶ καλουμένους, οὐκ ἦν ἂν τῶν ἀκολούθων, τὴν στάθμην ὑπερβῆναι τῆς ἐπωνυμίας· διὰ ταῦτα τὸ τοῦ ἔτους δίκαιον μέτρον ἀπειληφότες, τοῦτο δὲ ἦν ἡ τριετία, μὴ διαπεσεῖν εὖ πεποιήκασι καὶ τὴν ἐπαγγελίαν.

XVI. Ἐπεὶ δὲ μετὰ μικρὸν τῶν τῆς οἰκουμένης ἐπιβήσεσθαι περάτων ὁ τῆς βασιλίδος καὶ θεόπαιδος ἔμελλε κρότος, φθάνει τὰ Ἱεροσόλυμα πάσης γῆς ἄλλης προπλέξαντες τὴν εὐφημίαν, καὶ τὸν ἱερὸν ὕμνον ἐπάσαντες τῇ παρθένῳ, καὶ σεμνῶς τερετίσαντες [1]· καὶ τοῦτο εἰκότως· ὅτι καὶ τὸν ἐμὸν Ἰησοῦν ἀνήγαγόν, φησιν, εἰς Ἱεροσό-

[1] Cod. τερεττίσαντες.

---

tumdem triennii spatio innocentissima illa præbere potuit, immo dixerim voluptatem eo uberiorem atque excellentiorem, quo eminentius cuicumque proli ipsa præcellebat. Principum enim retributiones magnificæ sane sunt, et largientium magnificentiæ respondentes. Cum autem justi illi essent ac justi vocarentur, haud consentaneum fuisset, ut normam cognomento significatam prætergrederentur. Quapropter, cum justam temporis mensuram assequuti fuissent (æquum autem spatium triennium erat), recte de promissione implenda curaverunt.

XVI. Quoniam vero fama reginæ ac Dei filiæ paulo post per fines universæ terræ pervagatura erat, Jerusalem ante alias omnes regiones coronam laudationis texere, et sacrum Virgini hymnum canere, ac decenter modulari properat; idque jure optimo. Nam et *Jesum meum*, inquit[a], *tulerunt in Jerusalem ut*

[a] Luc. II, 22.

λυμα παραστῆναι Κυρίῳ, οὗ τοὺς χαρακτῆρας ἡ μήτηρ ἐν ἑαυτῇ προέφαινε.

Καὶ γοῦν ὅσοι τῶν ἐκκρίτων τὴν πόλιν οἰκοῦντες ἐκείνην ἐτύγχανον, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ νεανίδων παρθένων, τὸ μὲν διὰ τὸν πατέρα, τὸ δὲ διὰ τὴν μητέρα, τὸ λοιπὸν δὲ διὰ τὴν πανύμνητον, τὴν εἰς τὸ ἱερὸν ἧσαν συνελθόντες, μετὰ λαμπάδων ἐνταῦθα τὴν πάναγνον ἄγοντες, καὶ μέλος ὑπὲρ ταύτης ἐπὶ γλώττης, καὶ μετ' εὐφροσύνης ἄσματα φέροντες, τὰ εἰκότα τῇ θεονύμφῳ πάντως διαπραττόμενοι. Περὶ ὧν, μοὶ δοκῶ, διὰ τοῦτο καὶ τὸν μακαρισμὸν προειρῆσθαι ἐκεῖνον· μακάριος ὁ λαὸς, ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν· καὶ τοῖς προοιμίοις δὴ τούτοις τὸ μέλλον διασημαίνοντες, ὅτι καὶ πάντα κρύψει πυρσὸν τὸ τῆς ἐμψύχου ταύτης λαμπάδος φῶς ἀπαστράψον, καὶ ἀσμάτων αὕτη πλήσει ψυχὰς ταύτην ὑμνούσας καὶ τὰ σωτήρια μελῳδούσας.

Οἶμαι δὲ, καὶ ὁ νοητὸς ἅπας τότε διάκοσμος τοῖς λαμπαδοφό-

---

sisterent eum Domino; cujus utique characteres mater in semetipsa præferebat.

Quotquot ergo e nobilioribus urbem illam incolebant, et viri. et mulieres, et puellæ virgines, illi quidem intuitu patris, istæ in gratiam genitricis, reliquæ vero propter laudatissimam puellam, in unum convenientes ad templum ascenderunt, cum lampadibus innocentissimam illuc deducentes, ac modulos de ipsa et cantica cum lætitia promentes, officia scilicet, quæ Dei sponsæ dignitati consentanea erant, plenissime illi exhibentes. Et idcirco de his arbitror prænuntiatam illam beatitudinem[a]: *Beatus populus qui scit jubilationem.* Quibus sane præludiis futurum significabant, ut hujus animatæ lampadis jubar effulgens reliquas omnes faces obtenebraret, easque animas jubilo cumularet, quæ eam celebrarent hymnis, ac salutaria canerent.

Præterea Angelorum quoque universos ordines cum iis, qui

[a] *Ps.* LXXXVIII, 15.

ροις ἂν ἐκείνοις καὶ συνῆδε καὶ συνεφώτιζε, καὶ συνεβάδιζε τοῖς προπομποῖς, ὅσον τῆς προαγομένης δεικνύντες τὸ σέβας τοῖς τῷ σαρκίῳ τούτῳ, οἱονεί τινι νέφει, τὴν αἴγλην τῆς παρθασιλίδος ὁρᾶν διαρραττομένοις, εἰ μὴ καὶ ἀγγέλους ἀγνοεῖν τὸ μυστήριον τοῦτο προώριστο, δι' οἰκονομίαν, ἥ με διέσωσε, καὶ τῆς αἰσχρουργοῦ καὶ τυραννικῆς ἁρήρπασε χειρός.

XVII. Ἐν τῷ ναῷ τοίνυν, ἥπερ εἴρηται, φέρουσι τὸ ἱερώτατον ἔμψυχον σκεῦος ἐκεῖνο, τὸ θεοποίητον ἄγγος τῶν θεουργικῶν λαμπηδόνων, τὸ πολυτίμητον καὶ θεῖον ἀνάθημα, οὗ πᾶσα ἡ ποίησις ἥττων ὁμοῦ πρὸς λόγον ἀξίας· ὁ δ' ἀρχιερεὺς ἀπό γε τῶν ὁρωμένων τότε, ὅτι πλέον ἐκεῖνα ἢ ἐδείκνυτο τὰ εἰωθότα, καὶ θείας ἔνδον αὐτὸν συναισθήσεως, ἐγὼ νομίζω, περιλαμψάσης, ὑψηλότερον

---

lampades ferebant, suos puto conjunxisse cantus suosque splendores, et comitantibus illam socios sese addidisse, videlicet ut hominibus, qui hac carne quodam quasi intersepto velo impediebantur, ne splendorem præcelsæ reginæ intueri possent, ipsi ostenderent, quanta illi, quæ deducebatur, reverentia deberetur; nisi forte et illud dicendum sit, hoc mysterium Angelis tunc incompertum eam servasse providentiam, quæ me salvum fecit, atque a fœdifica ac tyrannica (diaboli) potestate eripuit.

XVII. Eo igitur, quo diximus, modo sacratissimum illud animatum vasculum, deificorum splendorum receptaculum a Deo constructum, urnam a Deo confectam[a], honore dignissimum ac divinum donarium, cujus dignitati enarrandæ omnis pariter creatura impar invenitur, ad templum adducunt. Cum autem summus Sacerdos tum ex iis, quæ tunc cernebantur, utpote quæ vel ipsa novitate majus quidpiam innuebant, tum etiam divina intus luce, ut puto, mentem ipsius splendidius quam an-

[a] Ecce frequentissimum illud apud Patres encomium, quo Deipara uti a Deo ædificata singulariter celebratur, quodque ad ejusdem originem spectare alias jam animadvertimus. Conf. *orat. Johan. Eubœensis*, § XXIII, sup. pag. 103-104.

τῶν φθασάντων, ἔτι δὲ καὶ τῶν ἐσομένων, τὴν ἐπέλευσιν αἰσθόμενος τῆς θεονύμφου, οὐδὲν ἦν, ὃ τοῦ ἱεροῦ μὴ τῇ παρθένῳ ἀνέῳξε, καὶ οἰκεῖν αὐτὴν οἰκειότερον ἑαυτοῦ, εἴ τι καὶ ἄβατον, διεψηφίζετο· ἐκ δὲ τούτου δῆλον, ὡς καὶ χαρᾶς ἂν ἦν ἔμπλεως πάντως, προορῶν ὥσπερ τὴν περιελευσομένην τὰ σύμπαντα χαρὰν διὰ τῆς ἐπιδημησάσης ἄρτι τῷ νεῷ κόρης.

XVIII. Καὶ τοῦτ' ἂν προσεφώνει τῇ παναγνῳ, ὃ καὶ ἡ ἄδολος πληθὺς ἔπειτα πρὸς τὸν κτίστην· εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλὶς ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. Ἀλλὰ καὶ τὴν χαροποιὸν δὴ ταύτην ἂν προσεῖπε φωνήν, ἣν ὁ βλέπων Σοφονίας προεφθέγξατο· χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών, δι' ἧς ὁ κτίστης καὶ νῦν μὲν χαίρει, σὲ τὸν λαμπρότατον οἶκον περικαλλῶς

---

tea vel postea collustrante, animadvertisset jam advenisse Dei sponsam; nulla templi pars fuit, quam Virgini perviam non faceret, et locum, si quis erat in quem inferre pedem aliis fas non esset, hunc illi potius quam sibi ad inhabitandum designabat. E quibus palam sane ostenditur, quam ingenti ipse lætitia præterea perfunderetur, quasi præsentiens videlicet, quantum gaudii universis pararetur per eam puellam, quæ modo ad commorandum in templo advenerat.

XVIII. Insuper crediderim, ad puellam purissimam id illum inclamasse, quod deinceps etiam innocens (puerorum) turba ad Creatorem : *Benedicta quæ venit regina in nomine Domini*[a] : *Pax in cælo et gloria in altissimis*[b]. Quin et illam sane lætissimam (ut puto) vocem addidit, qua olim usus est propheta Sophonias[c] : *Lætare valde, filia Sion,* de qua Creator et nunc quidem gaudet, te jam cernens splendidissimam sibi domum

[a] Johan. XII, 13.

[b] Luc. II, 14.

[c] Soph. III, 14. Sic Versio LXX edita ab Aldo : Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών. Vulgatus noster : *Lauda, filia Sion.*

ὁρῶν ὑψούμενον ἤδη καὶ συναρμολογούμενον πρὸς οἴκησιν ἑαυτοῦ· χαρίσεταί δ' ἐναργέστατον, ὅτε τοῦθ', ὅτι χαίρει τῇ σῇ συνοικήσει, δεικνύων, τὴν χαράν σοι δι' ἀγγέλου μηνύσει, δι' ἣν καὶ νόες ἀγαλλιάσονται καὶ ἄνθρωποι σκιρτήσουσι, καὶ πᾶσα λαμπρυνθήσεται κτίσις.

Ἔτι δὲ καὶ οἷον ὁ θεοδόχος Συμεὼν ὕστερον πρὸς τὸν Σωτῆρα, τοιοῦτον κἀνταῦθα καὶ ὁ τὴν θεοτόκον ὑποδεχόμενος ἱεράρχης, κατὰ καιρὸν εἴρηκεν ἄν· νῦν εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριον, ὃ ἡτοίμασται κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ Ἰσραήλ· σὺν τούτῳ τε καὶ τὸ παρὰ τοῦ θείου Ἡσαΐου διὰ τὸν δεσπότην· νῦν ὄψεται, κόρη, πᾶσα σὰρξ διὰ σοῦ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· εἴσελθε οὖν θαῤῥούντως εἰς ναὸν ἅγιόν σου, τοῦτο δὴ τὸ σὸν ὑπὲρ πάντας ἀληθῶς καταγώγιον, καὶ

---

felicissime assurgere, et ad inhabitandum apte concinnari; gaudebit vero vehementius, quando ad id palam faciendum, gratissimum scilicet sibi esse in te inhabitare, gaudium tibi per Angelum denuntiabit; propter quod et Angeli lætabuntur, et homines exsultabunt, et universæ creaturæ hilaritatem explicabunt.

Ulterius quæ postea ad Salvatorem Deum ulnis suis receptum affatus est Simeon, hæc sane et Hierarcha Deiparam excipiens opportunissime dixit[a]: *Nunc viderunt oculi mei salutare, quod paratum est ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel.* Quibus et illud adjecit, quod divinus Esaia propter Dominum dixerat[b]: Nunc, o puella, per te *videbit omnis caro salutare Dei.* Ingredere igitur confidenter in templum sanctum tuum; vere enim tuum potius

[a] Luc. II, 30-32.

[b] Isai. XL, 5, sec. LXX: Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Vulgatus juxta hebraicum textum legit: *Et videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est.* Lucas tamen (III, 6) græcæ versioni suffragatur.

ἐπιλάθου τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, ὅτι ὁ βασιλεὺς τοῦ σοῦ κάλλους ἐπιθυμήσει.

Καὶ νῦν ἐγὼ μὲν τὰς τοῦ νεῶ τοῦδε μόνῃ σοι πύλας ἀνοίγνυμι πάσας, καὶ μετ' ἐλευθερίας τῶν ἀδύτων ἔνδον χωρεῖν, ὅποι βούλει, παραχωρῶ· σὺ δὲ μόνῳ τῷ πλάστῃ τὰς πύλας τῆς σῆς ἀναπετάσεις καρδίας, καὶ ἔνδον ἐλευθερίως ἐνοικεῖν σοι παρασκευάσεις, ἐν ᾗ κατοικεῖν ἡρετίσατο μόνῃ, καὶ ἣν ἐκ τῶν θυγατέρων Σιὼν ἁπασῶν ἐξελέξατο.

Νῦν, εἰ καὶ ξένον, καὶ παρὰ τὸ εἰωθὸς, ὅτι σοι κλειδὸς ἐλευθέρα τοῦ ἱεροῦ πᾶσα καθίσταται πύλη, ἀλλά τι μεῖζον ὑπὲρ σοῦ καὶ νῦν ἄνω θεὸς διατίθεται, καὶ τὰς οὐρανίους αἴρειν σοι προστάττει πύλας, ἵνα πρὸς τὸν μόνον αὐτὸν ἄβατον, μηδενός σοι προσισταμένου, φθάσῃς, καὶ κάτω πείσῃς διὰ τὴν σὴν ἀγλαΐαν

---

quam alterius cujuslibet est hoc domicilium[a], *et obliviscere domum patris tui, quia concupiscet rex pulchritudinem tuam.*

Et nunc ego quidem omnes hujus templi portas tibi soli aperio, et ut libere intus sacra penetralia pedem inferas, quo libeat, permitto. Tu vero uni conditori tuo cordis tui portas reserabis, efficiesque, ut libere morari intra te possit, in qua sola inhabitare statuit, et quam ex omnibus filiabus Sion sibi delegit.

Quod si et novum modo et omnino præter morem accidit, ut reseratæ omnes tibi pateant templi januæ; at nunc pariter majus aliquid de te Deus in cœlis disponit, et cœlestes tibi portas attolli jubet, ut ad illum ipsum inaccessibilem, nemine tibi obsistente, accedere properes, et pulchritudine tua efficias[b], ut in

[a] *Ps.* XLIV, 11, 12.

[b] Frequens apud Patres occurrit sententia, sanctæ Virginis pulchritudinem effecisse, ut ad ipsam in terras Dei Verbum descenderet. Sic, ut nonnulla eorum loca innuam, Auctor Homiliæ *in Annunt. Deiparæ* inter Opera Chrysostomi (tom. XI, pag. 840. Edit. Paris., 1728): *Supra omnem creaturam ornata es, super cœlos decorata, plus quam sol fulges, supra Angelos exaltata es, non assumpta es in cœlos, sed in terris manens cœlestem*

τοῦτον φανῆναι, καὶ ὑπὲρ ἥλιον λαμπρῦναι τὴν γῆν· νῦν μὲν κατοικεῖν σε ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν, ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἐνδίδωμι, ἔνθα τοῦ ἐνιαυτοῦ ἅπαξ εἰσιέναι τὸν ἀρχιερέα νομίζεται· σὺ δὲ μετ' ὀλίγον τὸν μέγαν ἀρχιερέα Χριστὸν ἔνδον ἕξεις σαυτῆς, καὶ τοῦτον βαστάσεις παραπολύ. Ἴθι τοίνυν, ὦ θύγατερ, εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἅγια, ἡ τῶν ἁγίων ἁπάντων ἁγιώτατον ὑποδεξομένη, καὶ τὸ πᾶν ἁγιάσουσα· πρόσιθι, βασιλίς, τὰ λαμπρὰ δὴ ταῦτα καὶ τὰ βασίλεια δεχομένη, ἡ τὸν τοῦ παντὸς βασιλέα βασιλικὰς τοῖς ἐν γῇ παρασχεῖν χάριτας ἀναπείσουσα.

---

terris sese conspiciendum ipse exhibeat, et luce sua universum orbem præ luce solari illuminet. Ecce domum Domini, intra quam semel tantum in anno summo Sacerdoti pedem inferre per legem licet, tibi trado, ut juxta Psaltis vocem[a] *in ea inhabites in longitudinem dierum.* Tu vero non multo post intus temetipsam magnum Pontificem Christum habebis, ipsumque ad multum temporis gestabis. Abi igitur, o filia, in Sancta Sanctorum, quæ sanctorum omnium Sanctissimum es exceptura, et sanctitatem omnibus largitura. Accede, Regina, et hanc sane splendidam ac regiam sedem tu accipe, quæ Regem universorum ad regias gratias terrestribus large impertiendas permovebis.

Dominum ac regem omnium ad te attraxisti (ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς ἱσταμένη τὸν οὐράνιον δεσπότην καὶ βασιλέα τῶν ἁπάντων ἐπεσπάσω πρὸς ἑαυτήν).

Andreas Cretensis (*In Nativ. Deip.* apud Combefis. Auct. vol. I, col. 1324-1325) : *Cujus animæ quidem venustas usque adeo in immensum provecta est, ut Christus ipse, immensa illa pulchritudo, ejus desiderio exarserit, secundamque ex ipsa nativitatem elegerit* (ἧς τὸ μὲν τῆς ψυχῆς κάλλος ἀπειράκις ἀπείρως εἰς τοσοῦτον ἐξήρηται, ὅπως καὶ Χριστὸν αὐτὸν τὸ ἀμήχανον κάλλος εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ ταύτης κάλλους ἐλθεῖν...). Id centies et in Menæis Græcorum legitur. Sic ad diem 29 Febr. Ode ϛ′ : *Cum te utpote pulchram, utpote venustam, o cujusvis labis penitus expers, dilexisset Jesus pulchritudinis donator, ex te secundum carnem natus est, et propter immensam pietatem suam me ad deitatem evehit* (ὡς καλὴν, ὡς ὡραίαν πεθήσας σε ὁ καλλοποιὸς Ἰησοῦς, παναμώμητε, ἐκ σοῦ σαρκὶ γεγέννηται, καὶ θεοῖ με δι' οἰκτον ἀμέτρητον).

[a] *Ps.* XXII, 6.

XIX. Τούτοις οὖν ἡ θεόπαις λόγοις ὑποσχοῦσα τὴν ἀκοήν, καὶ ὡσανεὶ πειθομένην ἑαυτὴν παρασχοῦσα, τῶν εὐγενῶν νεανίδων ἐκείνων, αἱ ταύτην λαμπαδουχοῦσαι περιίσταντο, ἠρέμα διαστᾶσα, καὶ ὅλη χαρίεσσα σεμνῷ φανεῖσα καὶ σχήματι καὶ φρονήματι, πρόσεισιν ἀσμένως τῷ ἱεράρχῃ, περιχαρῶς προσλαλοῦσα, καὶ κινήμασιν, οἷς εἶχε, καὶ ψελλίσμασι, τῇ τούτου ψήφῳ συνᾴδειν ὑποδεικνῦσα· καὶ ἀντὶ τῶν πατέρων καὶ τῆς κατ' οἶκον θεραπείας ἄλλης, τὴν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων οἴκησιν αἱρεῖσθαι προθύμως ἐμφαίνουσα· καὶ, εἰσελεύσομαι, εἶπεν ἂν τὸ τοῦ θείου Δαβίδ, πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸν Θεὸν τὸν εὐφραίνοντα τὴν νεότητά μου· ὅτι σὺ ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου· ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας, ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου, Θεός μου εἶ σύ.

XX. Διὰ τοῦτο καὶ εἴσεισιν εἰς τὰ ἄδυτα μόνη τοῦ ἱεροῦ καταλιποῦσα γεννήτορας, καὶ πατρῴας ἑστίας συνήθειαν, ἧς οὐδ'

XIX. His itaque dictis aurem porrigens Dei filia, ac velut obsequentem se exhibens, e nobilibus illis puellis, quæ lampades tenentes eam circumstabant, lente digrediens, et tota gratiosa, gravem præferens et habitum et sensum, cum gaudio adit Pontificem, hilaris eum alloquitur, et nutibus verbisque, prouti poterat, infantilibus, assentiri se illius sententiæ declarat, seque parentibus ac domesticis reliquis commodis præferre moram in Sanctis Sanctorum prompte significat, et utique illud divini Davidis usurpans, *Introibo*, inquit, *ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam*[a], *quoniam tu es spes mea ab uberibus matris meæ; in te projecta sum ex utero, de ventre matris meæ Deus meus es tu*[b].

XX. Ingreditur proinde sola in templi adyta, ac parentes et paternæ domus consuetudinem, e qua ægre avelli se sinunt vel

[a] *Ps.* XLII, 4.
[b] *Ps.* XXI, 10, 11.

εἰς ὡρονοῦσαν ἡλικίαν τελοῦντες ὑπεριδεῖν ἔχουσι, τρία οὖσα καὶ ταῦτα ἡ πάναγνος ἔτη, ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας δηλαδὴ ταύτης, οὐκ ἂν ἱκανὸς εἰπεῖν εἴη τοῦ θαύματος τὴν ὑπερβολήν, εἴ τις λογίσαιτο, οἵων ἄτε δὴ βρέφος δεομένη, οἷα ἠλλάξατο.

Ἐκεῖσε γοῦν, εὐαγγελικῶς εἰπεῖν, ἠὔξανε καὶ τὸ παιδίον τοῦτο, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτῷ· ἡ, ἵνα καὶ τοῦτο προσθείην, προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις· περὶ οὗ μόνου προσφυῶς ἔχειν, εἰπέ τις ἂν, ἣν εἴρηκε φωνὴν ὁ Σωτὴρ ὕστερον· ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

XXI. Ἔδει δὲ ἄρα καὶ τὸ τῆς εἰσόδου τοῦτο καινὸν ἐπὶ τῇ παρθένῳ γενέσθαι, ἵνα ἀκόλουθον εἴη, τῇ τε παραδόξῳ ταύτης εἰς βίον προόδῳ, καὶ τοῖς ἔτι παραδοξότερον ἐσομένοις αὐτῇ, ὡς ἂν

---

qui jam matura sint ætate, adhuc trimula innocentissima relinquit; cujus sane ætatis ratio si habeatur, vix effari quispiam poterit miraculi magnitudinem, qui nempe perpenderit, quibus rebus utpote infans indigeret, et quodnam vitæ genus nihilominus sibi assumpserit.

Illic igitur, ut verbis utar evangelicis[a], hæc quoque puella *crescebat, et confortabatur spiritu, et implebatur sapientia, et gratia Dei erat in illa.* Seu, ut ista quoque adjiciam[b], *proficiebat sapientia et ætate et gratia apud Deum et homines.* Ac in ipsam solam apte quadrare quispiam dixerit voces, quas deinceps Salvator protulit[c]: *Sinite parvulos venire ad me, et ne prohibueritis eos; talium est enim regnum cœlorum.*

XXI. Porro etiam insolens iste Virginis in templum ingressus prorsus conveniens erat, ut responderet cum admirabili ejusdem in vitam ingressui, tum iis, quæ adhuc admirabiliora fu-

[a] Luc. II, 40.
[b] *Ibid.* v. 52.
[c] Marc. X, 14.

ἀπ' ἀρχῆς θαυμαστὰ μὲν ἦ τὰ κατ' αὐτὴν ἄχρι καὶ πέρατος, τὰ δ' ἐπιόντα, τῶν πρὸ αὐτῶν ὑψηλότερα.

Καὶ γὰρ γεγέννηται μὲν καινότερον, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων· τούτου δὲ θαυμαστότερον καὶ μὴ κατὰ τὰς ἄλλας παρθένους, ὅτι περ τριετὴς ἐπεδήμησε τῷ νεῷ· ἡ δὲ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα εἴσοδος, ποῖον οὐ κάτω τίθησι θαῦμα; πάντα μὲν πάντως τἄλλά,

---

tura de ipsa erant; adeo ut ab initio ad finem usque omnia in ea miranda essent[a], posteriora autem prioribus usque sublimiora forent.

Et sane singulari prorsus ratione ac præter reliquorum hominum consuetudinem ipsa progenita fuit. Illud vero majori admiratione dignum, et a ceterarum virginum usu alienissimum, quod adhuc trimula ad inhabitandum in templo concesserit. Ingressus vero in ipsa quoque sacrarii inaccessa penetralia, quodnam aliud, quæso, portentum non vicerit? Prorsus reliqua

[a] Si a Francisco Combefisio sciscitaris, quid demum mirum *in primordiis* Mariæ Patres suspexerint ac venerati fuerint, prompte reponit (*in Præf. ad Orat. Georgii Nic. in Concept. Deip.* Biblioth. Concion. vol. VI, pag. 82), *non aliud antiqua religione colendum eos suscepisse, quam quod concepta oraculo, divinoque miraculo ex sterilibus suscepta Deipara fuerit.* Atqui superius (§ XIII) vidimus, Isidorum, inter mira quæ ad initia Mariæ pertinent, illud potissimum recensuisse, quod sola de se enuntiare potuerit: *In peccatis non concepit me mater mea;* et id ad ea magnalia pertinere, de quibus Virgo cecinit (Luc. I, 49): *Fecit mihi magna qui potens est.*

Sed et aliud heic occurrit animadversione dignum. Plures scilicet invenies ita mente comparatos, ut sanctæ Virginis immunitatem ab hereditario Adæ peccato habeant ceu prodigium omnium maximum, quod in matris suæ gratiam divina virtus ac largitas perpetraverit. E converso habes heic Isidorum, qui portenta ad originem Deiparæ spectantia longe inferiora iis proclamat, quæ deinceps subsequuta sunt. Duo concludi hinc possunt: 1° immunitatem Deiparæ a primævo illo reatu ex sanctorum Patrum mente adeo rerum naturis consentaneam esse, ut vix aut certe minus præ reliquis ejus prærogativis hæc mira videri debeat; 2° hinc forte peti rationem posse, cur Patres alia præ isto Virginis prodigia fusius celebrare consueverint.

μόνων δὲ δίχα τῶν παρ' ἑαυτῆς ἐφεξῆς, ὧν ἡττώμενον, οὐκ αἰδεῖται τὴν ἧτταν.

XXII. Ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ, τοῦτο καὶ θεμέλιον καὶ ῥίζαν τῶν ἐσχάτων καὶ ὑψηλῶν, οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, καλέσας· οὐδὲν μὲν γὰρ ὑψηλότερον, ἤ τι τῶν κατ' αὐτὴν, ἤ τι τῶν ἁπάντων ἕτερον, ἢ θεὸν καθ' ἡμᾶς ἐξ αὐτῆς μορφωθῆναι· πρὸς δὲ τοῦτο, ἐκεῖθεν ἡ πάναγνος ἔσχε τὴν ἐπιτηδειότητα.

Ἐν γὰρ τοῖς ἀβάτοις ὁ πάνσεμνος διατρίβουσα, ἐπεὶ οὐκ ἦν τι τῶν ἀνθρωπείων ἰδεῖν, ᾧ ἂν ἑαυτὴν ὁμοιώσειεν, ἀεὶ δὲ Θεὸν ἦν μόνον φανταζομένη, Θεῷ μόνῳ προσλαλοῦσα, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας αὐτῆς, κατὰ τὸν προφήτην φάναι Δαεὶδ, ἐνώπιον Θεοῦ διαπαντὸς, θεόθεν μόνη τυγχάνουσα τροφῆς, καὶ πρὸς ὁμοίωσιν Θεοῦ ὑπὲρ ἅπαντας, ἀνθρώπους φημὶ καὶ ἀγγέλους, ἔφθασε μορ-

---

omnia. his tamen solum exceptis, quæ deinceps peracta in ipsa sunt, quibus cum inveniatur inferius, primas eisdem cedere haud veretur.

XXII. Verumtamen neutiquam a vero, mea quidem opinione, ille abluderet, qui hoc et fundamentum et radicem sublimiorum, quæ deinde consequuta sunt, appellaret. Nihil enim, sive in iis quæ ad ipsam spectant, sive in reliquis omnibus majus reperire est, quam quod Deus ex ipsa formam nostram assumpserit. At vero ut ad id idonea evaderet, inde innocentissima adepta est.

Cum enim sacratissimæ illi in templi recessibus degenti, nihil ex humanis in oculos incurreret, ad quod semet forte effingeret, sed Deum solum jugiter menti obversantem haberet, Deum solum alloqueretur, *et meditatio cordis ejus*, ut cum David propheta loquar[a], *in conspectu Dei semper* esset, ac sola cibo divinitus parato aleretur; proinde ad Dei similitudinem excellentius quibuscumque aliis, et hominibus scilicet et Angelis,

[a] *Ps.* XVIII, 15.

φωθεῖσα, τούτῳ δὴ μόνῳ τῷ συγγνὰ προσομιλουμένῳ, καὶ οἷον εἰπεῖν γνωριζομένῳ, ἑαυτὴν, ὡς οἷόν τε ἦν, ἐμφερῆ ποιησαμένη σαφῶς.

Διὸ καὶ ὁ πλάστης εἰς τοσοῦτον ὑψηλοῦ τε καὶ θείου κάλλους ἑωρακὼς τὸ οἰκεῖον λαμπρυνθὲν ποίημα, οὐδὲν ἀνάξιον ᾠήθη καὶ αὐτὸς τὴν τοῦ πλάσματος περιθέσθαι μορφήν, δίκαιον μᾶλλον ἡ, ἵν' οἰκειότερον εἴπω, φιλάνθρωπον ἐγνωκὼς, ἵν' ὅπερ, ὅσον ἐξῆν, ἀνῆλθεν, ὡς κατ' αὐτὸν γενέσθαι, τούτῳ χαρίσηται τὸ κατελθεῖν, τῆς τε εἰκόνος αὐτῷ κεκοινωνηκέναι, καὶ τῆς ἄλλης διαίτης· ἔνθεν καὶ γέγονε, διὰ τὴν τῆς παρθένου πρὸς Θεὸν ὁμοίωσιν, Θεὸς ἡμῖν ἐξ αὐτῆς ὅμοιος.

XXIII. Εἰ γὰρ καὶ τοσοῦτον τῇ πανάγνῳ περιῆν εἰς ἁγνείαν, ὥστε ὅπῃ περ ἂν παρῆν, ἅγια εἶναι τὸν τόπον ἁγίων εὐθὺς, καὶ

---

formam induta est, illi quippe soli cum ipsa jugiter conversanti, et, quantum dici potest, ab ipsa cognito, semet, quoad fieri posset, plane similem efficiens.

Hinc vero et Creator, cum opus hoc suum [a] cerneret tam sublimi divinaque pulchritudine nitescere, haud indignum duxit, ut vel formam facturæ suæ ipse indueret, sciens æquitatis esse, immo magis proprie dixerim, benignitatis, ut illi, quæ quidem, quantum creaturæ licuit, eo ascendit, ut maximam cum eo similitudinem gereret, hanc gratiam invicem rependeret, ut et ipse descenderet, et eamdem cum ea formam, et quæcumque alia ad vitam spectant, communia cum ipsa haberet. Et exinde propter Virginis cum Deo similitudinem, Deus quoque ex ipsa factus est nobis similis.

XXIII. Quod si purissimæ illi tantum innocentiæ suppetebat, ut ubicumque demum versaretur, locum ipsum in Sancta San-

[a] Jam sæpe alias innuimus, Mariam ideo singulari quadam laude uti *Dei opus* celebrari consuevisse, quod singulari prærogativa in ipsa sua conditione fuerit exornata.

βραχέα ἢ οὐδὲν ἀναχωρήσεως ἢ τῆς ἐκ τόπου δεῖσθαι συνεργείας ἑτέρας, ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τις καὶ ἀπὸ τῆς ἀβάτου καὶ τῶν ἀνθρωπείων ἐρήμου διατριβῆς ἐκείνης μὴ πρὸς θείαν ὕψωσιν δοῦναι συνεργεῖν τῇ παρθένῳ, ἕως οὗ καὶ τῇ γῇ παρὼν ὁ Σωτὴρ ἀναχωρήσει δείκνυται χαίρων καὶ ὄρει, τῆς πρὸς τὸν πατέρα καὶ Θεὸν εὐχῆς χάριν καὶ ὁμιλίας.

Ἐκεῖνα τοίνυν ὄντως τὰ ἄβατα τῇ μακαρίᾳ παρέσχον, φρονίμως οἰκονομῆσαι καὶ ταῖς θεραπαινίσι, τὰς σεβασμίους λέγω ταύτης αἰσθήσεις, ἐν καιρῷ, κατὰ τὸν θεῖον Λουκᾶν, δοῦναι τὸ σιτομέτριον· τὸ δὲ σιτομέτριον, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, ἡ εὐκαίρως ἑκάστη τῶν κινήσεων διανεμηθεῖσα μελέτη ἂν εἴη καὶ τήρησις· ὃ δὴ καὶ ὡς σοφῶς οὕτω καὶ θαυμασίως ἡ πάναγνος οἰκονομήσασα, ἐφ'

---

etorum converteret[a], et vix aut ne vix quidem secessu aut quovis alio, quod locus præbeat, præsidio indigeret; nequaquam tamen concedere quispiam poterit, nihil prorsus mansionem illam, inaccessam et ab humana consuetudine remotam, ad divinam ascensionem Virgini profuisse, quando ipse quoque Salvator, in terris cum versaretur, recessu et monte, ubi Patrem ac Deum oraret et alloqueretur, delectatus cernitur.

Re ipsa igitur sacra illa penetralia Beatæ contulerunt, ut domum suam administraret sapienter, et suis ancillis, venerandis inquam sensibus suis, prouti divinus habet Lucas[b], *daret tritici mensuram in tempore*. Tritici porro mensura, ut opinor, consideratio fuerit ac custodia ad singulos motus opportune adhibita. Quam sane administrationem cum innocentissima illa tum prudenter, tum etiam excellentissime gessisset, Domina

[a] His consona ea sunt, quæ in S. Germani homilia ejusdem argumenti legimus (§ X, sup. pag. 341), cum Sacerdos puellulam alloquens ait: *Non enim te altare sanctificat, imo vero a te uberrime sanctificatur*. Vides autem hæc ad *puritatem et innocentiam* puellulæ spectare, quæ singularissima ideo fuit, quia, ut inquiebat § XIII Isidorus ipse, *non in iniquitatibus concepta ipsa fuerat*.

[b] Luc. XII, 42.

ἅπασι τοῖς ὑπηργμένοις Θεῷ δέσποινα δέδεικται. Πρὸς τοῦτο γὰρ ἐκεῖνα βάλλειν τοῦ Σωτῆρος, δοκῶ μοι, τὰ ῥήματα· τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει ὁ Κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ δοῦναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον; μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ Κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως· ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν.

Περὶ ταύτης, ἔμοιγε δοκεῖ, καὶ ὁ θεῖος ἐκεῖνο προεῖπε Δαβίδ· σὺ, Κύριε, καταμόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με· ἐκείνη γὰρ ἡ μόνωσις τῇ παρθένῳ γέγονε πρόξενος τῆς ἀληθινῆς ἐλπίδος τυχεῖν· κἀκεῖ τοῦτο προφητικῶς ἂν εἶπεν ἡ πάναγνος, ὡς ἐμαυτὸν πείθω· ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ φωνῆς μου· καὶ ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ.

---

constituta est super omnia quæ Deo subsunt. Huc enim spectare mihi videntur illa Salvatoris verba[a] : *Quis, putas, est fidelis dispensator et prudens, quem constituet Dominus super familiam suam, ut det in tempore tritici mensuram? Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus ejus, invenerit sic facientem. Vere dico vobis, quoniam supra omnia, quæ possidet, constituet illum.*

De ipsa præterea et illud puto Davidem prædixisse[b] : *Tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.* Illa enim solitudo Virgini contulit, ut veræ spei effectum consequeretur ; adeo ut ibi purissima (prout mihi persuadeo) propheticum illud usurpare potuerit[c] : *Exaudivit de templo sancto suo vocem meam : et clamor meus in conspectu ejus introibit in aures ejus.*

[a] Luc. XII, 42, 43.

[b] *Ps.* IV, 10. Quod Vulgatus vertit *singulariter*, LXX legunt καταμόνας (*seorsim*), idque Isidorus, uti patet, transfert ad solitudinem Virginis : attamen juxta vim contextus hebraici vox לְבָדָד (*solitarie* seu *solus*) referenda potius videtur ad Deum, qui solus in spe constituit.

[c] *Ps.* XVII, 7, sec. LXX. Nam ubi Vulgatus habet *introivit*, Græca versio legit εἰσελεύσεται.

XXIV. Ἐγωγε δὲ καὶ τὴν μυστικὴν ἐκείνην καὶ κρυφιωδεστάτην ἐν τοῖς ἱεροῖς οἴκησιν τῆς παρθένου, καὶ πρὸς τὴν εἰκόνα ταύτην οἶμαι φέρειν τοῦ υἱοῦ καὶ σωτῆρος αὐτῆς. Καθάπερ γὰρ ὁ δεσπότης, ὅτι μὲν ἄνθρωπος παρ' αὐτῆς, κοινωνῶν ἦν καὶ ὁρώμενος τοῖς ἀνθρώποις, ἀθέατος δ' ὡς Θεὸς, καὶ συναυλίας ἄμοιρος ἀνθρωπείας, οὕτως ἡ τῶν μεγαλείων τυχοῦσα τοῦ δυνατοῦ, ὁρωμένη τε ἐτύγχανε καὶ ἀόρατος· καὶ ὡς μὲν ἀνθρώπων καὶ καθ' ἡμᾶς, ὡράθη τε τοῖς πολλοῖς μέχρι τριετίαν, καὶ μετὰ τὴν τοῦ ἱεροῦ ἔξοδον. ἄχρι τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου· ὡς δὲ τὴν ἀρετὴν ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ τὸ καινὸν τῆς ψυχῆς κάλλος, καὶ, οἷον εἰπεῖν, Θεὸς ἐπίγειος, ἀθέατος οὐκ ἐπ' ὀλίγον κατέστη, τὸ ἄβατον οἰ-

---

XXIV. Illud insuper plane existimo, mysticam illam, secretissimamque virginis in templi penetralibus mansionem pertinere ad imaginem, quam gerebat, filii ac Salvatoris sui. Quemadmodum enim Dominus, quatenus homo ex ipsa genitus, cum hominibus consuetudinem habebat, ac se videndum præbebat, quatenus autem Deus, invisibilis et humani contubernii exsors manebat; ita et illa, quæ *magnalia potentis*[a] nacta est, videbatur simul et invisibilis erat. Nimirum, quatenus ex hominibus orta est, et nobis similis fuit, visa quoque est a multis usque ad triennium, et deinde post egressum e templo usque ad suam adscensionem in cœlos; quatenus vero virtute superhumana et nova animi pulchritudine præcellebat, atque, si ita loqui fas est, divinitas erat terrestris[b], ideo haud breve tempus invisibilis

[a] Luc. I, 49.

[b] Finge, Auctorem nihil sermoni inseruisse, quod puritatem Deiparæ in sua ipsius origine expresse vindicaret. Nonne ad hanc opinionem auditoribus ingerendam satis ea erant, quæ hoc loco de Virginis pulchritudine brevissime tangit? Nedum enim pulchram, sed *pulchritudinem* ipsam Mariam appellat, et quidem *pulchritudinem novam*, et talem cujus gratia divinitati exæquanda quodammodo videatur. Quæ quidem fideles dum audirent, numquid locus reliquus erat suspicandi, hanc quoque *pulchritudinem* turpissima peccati macula, non secus ac ceteros homines, fœdatam exstitisse? Atqui hæc virginea-

κοῦσα καὶ θεῖον ἔδαφος· ὡς ἂν, ὃ προϋπέγραψεν ἐν ἑαυτῇ ὁρατὴ φανεῖσα καὶ ἀόρατος, ἥπερ ἔφην, τοῦτο τοῦ φανέντος παρ' αὐτῆς ἀοράτου τε καὶ ὁρατοῦ Θεοῦ εἰκὼν ἐναργὴς προτεθείη.

XXV. Ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ παρθένῳ τὰ ἄβατα ἀνεῳχθῆναι, καὶ ἄγγελον οὐρανόθεν κατιόντα συνεῖναι, τοῦ δείπνου χάριν ἐκείνου τοῦ παραδόξου, ἐκεῖνό μοι προγράφειν ὑπαγορεύει, τὸ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳχθῆναι, καὶ καταβῆναι σωματικῷ εἴδει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καταδεχομένου τὸ θεῖον ἐν Ἰορδάνῃ λουτρὸν τοῦ δεσπότου· οὔτε γὰρ ὡς τῇ παρθένῳ, ἑτέρῳ τῳ τῶν ἁπάντων ἀνέῳγε τὰ ἄβατα, καὶ ὑπὲρ μόνου τοῦ Σωτῆρος, γυμνὸν οὐρανὸς τότε προϋθηκεν ἑαυτόν.

Τὸ δέ γε μόνῳ τῷ ἱεράρχῃ, ἅπαξ εἰσιόντι τὰ ἄδυτα, ὁρᾶσθαι

---

latebat, inaccessum ac divinum illud domicilium incolens: adeo ut quod in semetipsa in antecessum expressit, visibilis et invisibilis, ut dixi, apparens, hoc Dei ex ipsa geniti, visibilis et invisibilis apparentis, vivida fuerit imago.

XXV. Verum et quod pervia Virgini sacra adyta patuerint, et quod Angelus e cœlo descendens ad parandum cibum illum mirabilem adstiterit, hoc mihi prænotasse videtur, cœlos deinde aperiendos esse, ac Spiritum Sanctum corporali specie, divinum lavacrum in Jordane Domino suscipiente, descensurum. Quemadmodum enim uni Virgini, non vero cuipiam alteri ex universis mortalibus, reserata fuerunt penetralia sacra; sic uni quoque Salvatori cœlum semet apertum tunc exhibuit.

Quod vero ab uno Summo Sacerdote, semel per annum in

pulchritudinis encomia passim apud Patres et in libris ecclesiasticis recurrunt. Ergo, etiamsi doctrinam de sancta Virginis origine explicite traditam reperire non esset, germina tamen, e quibus sponte efflorescceret, passim in deposito traditionis prostarent. Ceterum, cum eamdem illam doctrinam Auctor diserte profiteatur, inde nobis certissimum suppetit argumentum, hasce atque alias plures laudes, quibus Mariæ et puritas, et sanctitas, et innocentia, et venustas commendatur, ab ea sententia proficisci.

τὴν πάναγνον, οὐκ ὀλίγον αὐτῇ καὶ τοῦτο πρὸς θείαν ὁμοίωσιν εἰκονίζεσθαι δίδωσιν· ὥσπερ γὰρ ἀνθρώπων μόνον τῶν ἱερῶν Θεὸν ὁρᾶν, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώποις, οὐκ ἀεὶ δὲ καὶ τοῦτο, ἀλλ' ὅταν τῆς κάτω χωριζόμενοι πολυειδοῦς καὶ σκιώδους πληθύος, καὶ μόνοις, ὡς οἷόν τέ ἐστιν, ἑαυτοῖς συνόντες, εὖ ἔχωσι, τοῖς θείοις ἐνδιατρίβειν καὶ ὑψηλοῖς, καὶ ἃ μὴ βάσιμα τοῖς πολλοῖς, οὕτως ἵνα τὸ πρὸς Θεὸν ἐοικὸς κατὰ τοῦτο δειχθῇ τῆς παρθένου, διὸ καὶ Θεὸν ἤνεγκεν, ὦ φρικτοῦ μυστηρίου, καὶ ἅπαξ ἦν θεατὴ, καὶ μόνῳ τῷ ἱεράρχῃ.

XXVI. Ἀλλ' οὐδέ γε καὶ ὁρωμένης συνορᾶν εἶχεν ὁ θεατὴς ὅσον τὸ κατ' αὐτὴν μεγαλεῖον. Καθάπερ γὰρ, ᾧτινι θεοπτείας τυχεῖν ἐξεγένετο, οὐ πᾶν ὅσον περὶ Θεὸν ἐνενόησεν, οὕτως οὐκ ἦν ἂν, ὃς ἐκείνην ἑωρακὼς, τὸ κατ' ἐκείνην εἶχεν ἅπαν ὕψος καταληπτόν· οὕτω γέγραφεν ἑαυτὴν ἡ παρθένος, χρώμασιν, ὡς εἰπεῖν, θείοις·

Sancta Sanctorum introeunte, innocentissima conspiceretur; id rursus haud parum confert, ut expressiorem præferat cum Deo similitudinem. Nam sicut ad Dei aspectum, quantum fas est mortalibus, admitti, electis tantummodo contingit hominibus, neque vero id semper, sed quando a turbarum multiplici ac tenebricosa confusione semet proripientes, sibique unice, quantum liceat, vacantes in divinis ac cœlestibus, quo utique non ascendunt turbæ, conversari probe didicerint; pari modo, ut etiam in hoc ostenderetur Virginis cum Deo similitudo, propter quam (o tremendum mysterium!) et Deum gestavit, ipsa quoque semel in anno fiebat visibilis et a solo Summo Sacerdote videbatur.

XXVI. Verum enimvero neque dum ipsa conspiciendam se præberet, quidquid in ea erat excellentiæ, comprehendere spectator valebat. Quemadmodum enim si cui concessum fuerit, ut in Deum obtutum defigat, non ideo omnia quæcumque in Deo sunt, iste perviderit; haud aliter, si quis Virginem intueretur, nequaquam hic assequebatur, ut quidquid sublime ipsi inerat, perspectum haberet. Adeo nempe Virgo divinis, ut ita dicam,

οὕτω κατὰ τὸν Δαβὶδ, ἐπ' αὐτὴν ἀληθῶς ἐσημειώθη τὸ φῶς τοῦ προσώπου Κυρίου, ὥστε σαφεῖς ἐν ἑαυτῇ σώζειν θεοειδεῖς ἐμφερείας.

Λέγω δὲ, ἀπερινόητα μὲν καὶ ἀνθρώποις σχεδὸν ἄφραστα θεουργικὰ καὶ ταύτῃ προσεῖναι πλεονεκτήματα· Θεῷ δ' ἐξ ἴσης οὐδέποτε· ἀλλά γε πρὸς μὲν ἡμᾶς, Θεὸν ἂν εἴποις τὴν πάναγνον, τῇ καθ' ὑπερβολὴν αὐτῆς ἀρετῇ· πρὸς δὲ Θεὸν, τοῦτ' αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν, ἄνθρωπος ἡ παρθένος.

XXVII. Πλὴν, ὅπερ ἔφην, κτίσεως ἁπάσης ὑπερκειμένη, καὶ μόνην ἔχειν ἴδοι τις ἂν ἀτεχνῶς, πρὸς δόξαν ἄγειν ἀνθρώπους Θεοῦ, μεῖζον ἢ πᾶσα ἡ ποίησις δύναται· εἴπερ γὰρ ἄγγελοι, οὐ-

---

coloribus semetipsam expressit, adeo, juxta illud Davidis [a], *signatum fuerat super eam lumen vultus Domini*, ut vivam in se Dei speciem manifestissime præferret.

Verumtamen affirmo quidem, menti incomprehensibiles et humanæ linguæ propemodum ineffabiles ac deificas ipsi prærogativas inesse; absit tamen ut parem unquam eam Deo habueris. Sed purissimam illam Deum utique dixeris propter virtutis ejus eminentiam, si nobis eam comparaveris [b]; si vero eamdem cum Deo conferas, hoc, quod re ipsa est, Virgo apparuerit, nempe homo.

XXVII. Attamen sublimior est, ut dixi, universis creaturis; et facile ac sine errandi metu cernere quispiam poterit, ipsam solam plusquam res creatas simul omnes, hominibus ad Dei gloriam evehendis parem esse. Et sane licet ab initio neque Angeli [c],

[a] *Ps.* IV, 7.

[b] Si ineffabiles adeo ac menti imperviæ celebrantur beatissimæ Virginis prærogativæ; si comparata ad reliquos homines beatissima Virgo instar numinis habenda dicitur; præpostere ergo agunt, qui pertinentia ad Sanctæ Virginis originem eodem palmo dimetiri præsumunt, quo cum ceteris hominibus utuntur.

[c] Argumentatio auctoris postulat, ut eminentiori quadam ratione splendeant in Deipara, quæcumque gratiæ munera Angelis collata fuerint. Atqui

ρανός τε καὶ ἥλιος ἡ χορὸς ἀστέρων, καὶ γῆ καὶ θάλασσα, καὶ φυτῶν παντοδαπὴ καὶ παράδοξος ἱστουργία, ταῦτα δὲ μὴ τὴν πρώτην ὑπέστη, οὐκ ἂν ἔλαττον ἢ νῦν, φρονεῖν ἦκον ἄνθρωποι Θεοῦ, τῆς ἀπαραμίλλου μόνης φανείσης παρθένου.

Τὰ κρείττω δὲ μάλιστα, λαμπρὰ μὲν καθ' αὑτὰ, καὶ θαύματος οὐ μικρὰν ἀφιέντα φωνήν· πρὸς δέ γε τὴν βασιλίδα, ἣ τὸν τῶν παντὸς ἔτεκε βασιλέα, καὶ τὰ λυσιτελέστατα πᾶσι παρέσχεν, οὐδ' ὅσον ὑποβέβηκεν, ἔνεστι συνιδεῖν· ὃς δ' ἂν μείζονος ἔργου καθ' ὑπεροχὴν εἴη δημιουργὸς, οὐκ ἄρ' ἀνάγκη, καὶ ἧττω ποίησιν εἰς ἔπαινον τούτῳ προσεῖναι· τῷ γὰρ μεγάλα τεκνουργεῖν δυναμένῳ, καὶ τῶν ἐλαχίστων ἅπας ἂν εἶναι ποιητὴν συγχωρήσειεν. Ἥρκει τοίνυν ἡ πάναγνος, ὡς εἴρηται, μόνη, καὶ μηδενὸς τῶν γενητῶν

---

neque cœlum, neque sol aut astrorum corona, neque terra ac mare, plantarumque tam varius ac stupendus ornatus, licet, inquam, hæc omnia condita ab initio non fuissent; nihilo tamen minus quam modo homines, hac sola virgine incomparabili ostensa, ad intelligenda quæ Dei sunt pervenire potuissent.

Præsertim vero quæ nobiliores in creaturis habentur, splendidæ illæ quidem inter reliquas sunt, ac voce non tenui admirandam Creatoris gloriam deprædicant; attamen si ad reginam, quæ universorum regem progenuit atque universis summum bonum adduxit, comparentur, næ illæ vilescunt, quantum nec cogitatione assequi fas est. Porro qui præstantissimi cujusdam operis auctor exstiterit, hic profecto non indiget, ut ex ignobilioribus facturis sibi laudes accedant. Facile enim quisque dabit, eum qui magna potuit efficere, etiam minima præstare posse. Ergo etiamsi nulla alia e creatis rebus exstitisset, sola puris-

illud Angelis æque ac primis hominibus donum collatum fuit, ut gratiam divinam simul cum natura a Dei gratuita liberalitate acciperent. Ergo hoc donum Deiparæ negare nefas est : immo cum et Angelis et protoparentibus longissime Virgo præcelleret, uberius illud idem et nobilius impertitum ipsi fuisse plane existimandum.

ὑποστάντος ἑτέρου, τὴν μεγαλουργικὴν τοῦ Θεοῦ κηρύττειν δόξαν, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα παρῆσαν.

Γέγονε δὲ διὰ τοῦτ', ἂν φαίην, κἀκεῖνα, ἵν' ὅπως εἴη πολλῶν καὶ τηλικούτων καὶ ἐς ὅσον κρείττων αὕτη φανείη· ἔτι δὲ καὶ ἵν' ἔχοι Θεὸς δι' αὐτῆς, οἷς ἂν περιφανεστέραν χορηγήσειε τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἀγαθότητα· ἧς πᾶσα μὲν ἔργον ἡ κτίσις, αὐτὴ δ' εἴτι σεμνόν, τοῦτ' εἴληφε διὰ τῆς παρθένου· οὕτω θαῦμα θαυμάτων ἡ πάνσεμνος, καὶ τῶν ὄντων οὐδέν, Θεοῦ δίχα, μεγαλοπρεπέστερον ταύτης.

XXVIII. Ὅθεν εἰ κἀκεῖνο θαύματος οὐ μικροῦ, ὃ νῦν ἡμᾶς θαυμάσαι κεκίνηκε, λέγω δὲ τὴν κατ' ἐκεῖνο τῆς ἡλικίας ἐν τοῖς ἀδύτοις παράδοξον εἴσοδον τῆς πανάγνου, ἐμοὶ δὲ οὐ τοσοῦτον τοῦτο δοκεῖ θαυμαστὸν, ὅσον εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τοῦτ' ἐγεγόνει·

---

sima, uti dictum est, ad prædicandam divinæ magnificentiæ gloriam, non secus ac si et reliqua omnia adessent, plenissime sufficeret.

Verum hæc idcirco condita dicerem, ut apparere posset, quot et quantis et quam magno intervallo ipsa omnibus hisce excelleret[a]; vel præterea hac etiam de causa, ut alia quæpiam adessent, in quæ Deus bonitatis suæ effectus splendidiores effundere per eamdem posset. Et hujus quidem bonitatis opus est omnis quæcumque exstat creatura; verum si quid augusti in ipsa relucet, hoc per Virginem assecuta est : adeo augustissima illa miraculum est miraculorum, ac nihil eorum quæ exsistunt, excepto Deo, est ipsa magnificentius!

XXVIII. Proinde etsi haud leviter stupendum illud sit, quod nunc in admirationem nos rapuit, innocentissimæ scilicet tenella adeo ætate in sacra adyta ingressus; mihi tamen non adeo stupendum hoc videtur, ac si ne id quidem factum fuisset. Neque

[a] Si Deus alia condidit, ut ex comparatione elucesceret, quanto Deipara ceteris omnibus undequaque excelleret; ignobilem ergo sortiri non potuit originem, quam nobilem adeo et splendidam tum Angeli tum primi homines sortiti sunt.

οὐ γὰρ τὰ μέγιστα ἐνδεικνυμένου τοῦ δυνατοῦ, θαυμάζειν χρή· ἀλλὰ τοὐναντίον, εἰ καινὰ πράττειν ἐξὸν τῷ ἰσχυρῷ, ὁ δὲ τὴν αὐτὴν τοῖς πολλοῖς βαδίζειν αἱρεῖται.

Ἐπεὶ δὲ οὐδ' ἂν, εἴ τι καὶ φαῖμεν ἄνθρωποι περὶ αὐτῆς, τὸν εἰκότα ἄν ποτε πλέξαιμεν κρότον, ἐπὶ δὲ τῶν μεγίστων ἡ σιγὴ θαύματος ἐνίοτε μήνυμα γίνεται, καὶ νῦν, τὰ τῆς ὑμνουμένης ὅτι θαύματος πέρα, σιγὴν ἡμᾶς αἱρετέον· εἴη δὲ ἡμῖν καὶ φθέγγεσθαι περὶ αὐτῆς, καὶ σιγᾷν ὅτ' ἄμεινον, τῇ τῆς πανυμνήτου δὴ ταύτης χάριτι, ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον εἰπεῖν, ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς· ᾧ τό τε κράτος καὶ ἡ προσκύνησις σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

enim est cur miremur, quod maxima ostendat opera qui potens est; illud potius admiratione dignum, quod communem ceteris viam terere is malit, cujus virtuti paratissimum est stupenda peragere.

Ceterum cum quidquid demum de ipsa dicere homines valeamus, numquam parem meritis coronam laudum texere possimus, in rebus vero maximis quandoque silentium indicium sit admirationis; propterea cum etiam in præsenti prærogativæ illius, quæ collaudanda est, qualibet admiratione sint majores, præstat ut eas silentio veneremur. Utinam vero nobis contingat, ut et loquamur de ipsa, et taceamus, prouti tempus exigit, idque per gratiam ejusdem omni laude dignissimæ, *quam*, ut cum beato Paulo loquar [a], *sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, et incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introivit Jesu*, cui et imperium et adoratio cum Patre et Spiritu Sancto per infinita sæcula sæculorum. Amen.

[a] Hebr. VI, 19, 20.

ΚΑΝΩΝ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΟΡΤΗΝ ΤΗΣ ΣΥΛΛΗΨΕΩΣ

ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ

ΟΥ Η ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΣ ΚΑΤΑ ΑΛΦΑΒΗΤΟΝ [1]

ΩΔΗ α΄.

Ἀγνὴν παρθένον Θεόπαιδα, μητέρα ἐσομένην τοῦ κτίσαντος. γαστρὶ δεξαμένη ἔχαιρεν ἡ Ἄννα ἀναβοῶσα· τοῦ Ἰσραὴλ πᾶσαι αἱ φυλαί, μοὶ συνευφράνθητε, ἰδοὺ κἀγὼ συνέλαβον.

[1] Hunc canonem e veteribus Menæorum editionibus depromptum censui heic subjiciendum, quia cum in recentioribus editionibus per schismaticos curatis omissus fuerit, recitatum tamen a catholicis olim fuisse consuetudo Monasterii Cryptoferratensis luculenter testatur.

IN FESTIVITATEM

CONCEPTIONIS SANCTISSIMÆ DEIPARÆ

CANON

CUJUS ACROSTICHIS ALPHABETUM SEQUITUR.

Ode I.

Virginem innocentem Dei filiam, futuram Creatoris matrem, cum Anna in utero concepisset, lætitia gestiens exclamabat : Congratulamini mihi, omnes tribus Israel; ecce et ego concepi.

Βιβλίον, ὅπερ προέφησε προφήτης σφραγισθὲν θείῳ πνεύματι, λαγόσιν αὐτῆς κατέχουσα Ἄννα, πᾶσιν ἐβόα· ἣν αἱ γραφαὶ πᾶσαι προδηλοῦσι, μεγαλύνομαι ἐγὼ φύουσα σήμερον.

Γαστρὶ χωρεῖται καὶ πλάττεται ναὸς ὁ θεϊκὸς καὶ σωτήριος· λαγόσι μητρὸς φυτεύεται κλίμαξ, ἡ πρὸς τὰ ἄνω πάντας βροτοὺς ἐπαναγαγοῦσα· ἧς τὴν σύλληψιν πιστῶς πανηγυρίσωμεν.

ΩΔΗ γ΄.

Δέχεται ἐξ ὕψους προσεδρεύσων κυρίῳ ὁ Ἰωακεὶμ πεποθημένην ἀγγελίαν, ἐπιστάντος τοῦ ἀγγέλου αὐτῷ, καὶ λέγοντος· ἄπιθι, τὰς σὰς ἐντεύξεις ὁ πάντων Θεὸς, δίκαιε, ἐπλήρωσεν.

Ἐπικαλουμένη τὸν Θεὸν τῶν ἁπάντων ἡ Ἄννα, ποτὲ ἐν παραδείσῳ ἱσταμένη, ἐπιστάντα ἑώρα αὐτῇ ἄγγελον καὶ λέγοντα· μὴ ἀθυμήσῃς· μητρὸς γὰρ Θεοῦ μήτηρ μέλλεις ἔσεσθαι.

Cum Anna in sinu suo illum, quem Propheta prædixerat, divino obsignatum spiritu, librum contineret, clamans ad omnes inquiebat : Summam ego adipiscor gloriam, quippe hodierna die eam progermino, quam Scripturæ omnes præsignant.

Divinum ac salutare templum utero recipitur ac formatur; in matris visceribus plantatur scala, quæ mortales omnes ad superna reducet; fideliter hujus Conceptionem solemni conventu celebremus.

Ode III.

Dum Domino Joachimus vacat, desideratum e cœlis nuntium accepit; quippe illi se Angelus sistit et inquit : Abi, postulationes tuas, o juste, universorum Deus ratas habuit.

Cum Anna in horto aliquando commorans Deum universorum deprecaretur, astantem sibi cernit Angelum ac dicentem : Animum ne despondeas; mox enim mater matris Dei eris.

Ζηλοῦσα τὴν Ἄνναν τὴν πρὸ σοῦ, ἱκεσίας προσῆξας Θεῷ· καὶ τὴν ἀσπόρως δεξαμένην τὸν ἀχώρητον λόγον ἀγνὴν ἐν μήτρᾳ συνέλαβες, τῇ εὐτεκνίᾳ σου πάντας ἡμᾶς χαριτώσασα.

ΩΔΗ δ΄.

Ἤνοικται ἡ μήτρα σου, τὸ πρὶν ἡ ἄγονος, καὶ δέδεκται, Ἄννα, νεφέλην τὴν οὐράνιον· ἐξ ἧς ἡμῖν ὁ φαιδρὸς ἀνατείλας ἥλιος, πάντας φωτισμῷ τῆς ἀληθείας κατηύγασε, καὶ βαθὺ σκότος ἀθείας ἐξήλασεν.

Θρόνος ὁ πυρίμορφος Θεοῦ λαγόσι σου ἐνίδρυται· ἐν ᾧ καθίσας ἀναπέπαυται, καὶ πάντων τῶν εὐσεβῶν τὸν κόπον ἀφείλετο, καὶ τὴν καθαρὰν θεογνωσίαν ἐνίδρυσεν ἐπὶ γῆς, Ἄννα μακαρία θεόληπτε.

Ἴδε, ἣν προέφη Σολομών, ἐν μήτρᾳ κλίνην εἴληφας, τετηρημένην

Antiquæ illius Annæ æmula, preces, o Anna, obtulisti Deo; et eam, quæ incomprehensibile Dei Verbum sine semine conceptum continuit, immaculatam in utero concepisti, et de nobis omnibus fœcunditate tua es optime merita.

Ode IV.

Apertus est, o Anna, uterus tuus, generandi antea impos, et cœlestem excepit nubem; e qua splendidus nobis sol exoriens, fulgore veritatis universos illuminavit, et profundas impietatis tenebras disjecit.

Igniformis thronus Dei tuis, o beata Anna a Deo vocata, visceribus infunditur; in quo ille sedens requievit, laboresque piorum omnium abstulit, atque cœlestem erroris expertem scientiam effudit.

Ecce lectulum, quem vero Regi in generis humani restauratione ad divinitus discumbendum prorsus servatum Salomon

ἀληθέστατα τῷ ἀληθεῖ βασιλεῖ θείαν πρὸς ἀνάκλισιν[1] γένους τῶν βροτῶν ἐπ' ἀνακλήσει· διό σε χαρμονικῶς, Ἄννα, οἱ πιστοὶ μακαρίζομεν.

ΩΔΗ ε'.

Κατῆλθεν ἐξ ὄρους ὁ Ἰωακεὶμ, οὐχὶ πλάκας τοῦ νόμου δεξάμενος, ἣν νόμος δὲ προέγραψε, καὶ πᾶσαι προφητῶν ἐδήλωσαν αἱ ῥήσεις, Θεοῦ ἄγνὴν μητέρα· καὶ σκιρτῶν ἐνεβόα· ἐμεγαλύνθη ἡ καρδία μου.

Λαγόσιν ὡς ἤσθετο Ἄννα ποτὲ φυτευθεῖσαν τὴν εὔκαρπον ἄμπελον, ἐξ ἧς ὁ βότρυς[2] ἤνθησεν ὁ πέπειρος ἡμῖν οἶνον, ἀθανασίαν, πλουσίως ἀποστάζων· Τί σοι ἀνταποδώσω, εὐσπλαγχνε κύριε; ἐφθέγγετο.

Μὴ φέρων τὴν κτίσιν ὁ Ἰωακεὶμ καθορᾶν εὐσεβείᾳ στειρεύουσαν,

[1] Edit. ἀνάκλησιν. Deinde ἐπανακλήσει.
[2] Edit. Βότρις.

---

prædixit, sinu tuo, o Anna, concepisti; propterea quotquot sumus fideles te prædicamus beatam.

Ode V.

E monte descendit Joachimus, non jam legis tabulas, sed quam lex præmonstrabat, quamque omnes prophetarum prædictiones indigitabant, immaculatam Dei matrem adeptus; et exsultans exclamabat : Exaltatum est cor meum.

Ubi Anna tandem aliquando persensit, visceribus suis illam insitam esse vitem fructiferam, e qua racemus effloruit, qui ad maturitatem perductus vinum nobis, videlicet immortalitatem, copiose stillat, Quid tibi, exclamabat, misericors Domine, retribuam?

Cum pietate sterilem naturam cernere Joachimus non ferret,

τὴν στείρωσιν ἱκέτευε τῆς Ἄννης παρελθεῖν, καὶ ταύτην ἔξειν παῖδα, ἐξ ἧς υἱὸς ἐδόθη πάντας υἱοθετήσας τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ ὁ ὕψιστος.

ΩΔΗ ς΄.

Νόμου αἱ σκιαὶ σαφῶς παρατρέχουσιν. Αὐγὴ γὰρ ἰδοὺ τῆς θείας χάριτος ἐμφανίζεται, ἡ παρθένος, νεφέλη, ἐξ ἧς ὁ φαιδρὸς τῆς θεότητος ἀντίσχει ὄντως ἥλιος· Ἄννα γηθομένη ἔκραζε, τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ μεγαλύνουσα.

Ξένον, εἰ κἀγὼ συλλήψομαι, θέαμα, ἡ ἄγονος πρὶν, καὶ ἡ οὐ τίκτουσα, Ἄννα ἔλεγε, φθεγγομένου ἀγγέλου ὡς ἤκουσεν, ὅτι τέξεται παιδίον, καὶ ἐκραύγαζεν· εὖγε, τοῦ καλοῦ ἀκούσματος, εἰ τῶν λόγων ἔκβασις γένηται.

Ὄρη καὶ βουνοὶ, πεδια καὶ θάλασσα, ἀγγέλων πληθὺς καὶ πᾶσα φύσις βροτῶν, εὐφραινέσθωσαν· τοῦ δεσπότου τὸ θεῖον γὰρ τέμενος

---

effundebat preces, ut Annæ sterilitas auferretur, eamque prolem ipsa sortiretur, e qua daretur filius ille altissimus, qui universos mortales patri suo filios efficeret.

Ode VI.

Magnificans Anna Israelis Deum clamabat lætabunda : prætereunt procul dubio umbræ legis; ecce enim splendor divinæ gratiæ apparet, Virgo scilicet, nubes illa, e qua fulgidus sol Deitatis vere enascitur.

Ubi Angelum Anna audivit nuntiantem se parituram esse infantem, novum sane, inquit, spectaculum, si et ego, prius infœcunda et partus nescia, jam concepero; hinc exclamabat : Euge, proh felix nuntium, si verba exitus sequatur.

Ubi Anna se concepisse persensit, exclamabat : Lætentur montes et colles, campi et mare, Angelorum multitudo et uni-

ἀπαρχὴν ἀναδομήσεως ἐδέξατο. Ἄννα ὀπηνίκα ᾔσθετο ἑαυτὴν συλλαβοῦσαν, ἐφθέγγετο.

ΩΔΗ ζ.

Πυρφόρον πάλαι βάτον Μωϋσῆς ἐν Σινᾷ ἣν ἑώρακεν, Ἄννα συνέλαβε γαστρὶ, ἀπαιδίας πῦρ σβεννύουσα, ὡς ἐσύστερον δυσσέβειαν τοῖς μέλπουσιν· Ὁ τῶν πατέρων Θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Ῥανὶς [1] τῇ σῇ νηδύϊ παραδόξως νῦν, Ἄννα, ἐξέβλυσεν· ἥτις τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς ὅλον ἔνδον εἰσεδέξατο, τὸ δροσίζον τοὺς πιστῶς αὐτῷ κραυγάζοντας· Ὁ τῶν πατέρων Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Στρουθίων ὡς ἑώρας καλιὰν [2], ἀνεπτερώθης πνεύματι, καὶ προσευχῇ περιστερὰν ἐκομίσω τὴν ἀμίαντον, κάρφος φέρουσαν Χριστὸν ἐλαίας, Ἄννα, ἡμᾶς κατακλυσμοῦ νοητοῦ ἐλευθεροῦντα.

[1] In Edit. Ῥαννίς.
[2] Edit. καλλιάν.

---

versum mortalium genus : divinum enim Domini delubrum initium novæ ædificationis sumpsit.

Ode VII.

Quem Moyses olim in Sina vidit rubum flammiferum, hunc Anna sinu concepit, et infœcunditatis ignominiam, qua urebatur, quemadmodum deinde impietatem exstinguit eorum, qui canunt : Benedictus es Deus Patrum nostrorum.

Mirum in modum, o Anna, nunc illa depluit in sinum tuum stilla, quæ totam intus se excipiet aquam vitæ, irrorantem eos, qui fide accensi ad eum clamant : Benedictus es Deus Patrum nostrorum.

Passerculorum nidum, o Anna, cum aspiceres, spiritu sursum evolasti; et precibus immaculatam assecuta es columbam, quæ ramum olivæ, Christum nempe, e spirituali cataclysmo nos liberantem gerit.

ΩΔΗ η.

Τί μοι μήτραν ἀπειργάσω ἀτεκνοῦσαν, καὶ μαστοὺς ξηροὺς, καθὼς προέφης ἐν προφήταις, δέσποτα; ἀνεβόα Ἄννα ποτέ· ἀτεκνίας μου τὸ ὄνειδος διάλυσον, καὶ δός μοι καρπὸν, μεθ' οὗ βοήσομαι· Εὐλογείτω ἡ κτίσις πᾶσα τὸν κύριον· καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ὑπῆλθε τὴν σὴν, Ἄννα, μήτραν λυχνία, τὸ λαμπάδιον, ἥτις τὸ θεῖον μυστικῶς ἐχώρησε τὸ φωτίσαν πᾶσαν πνοὴν φρυκτωρίαις μυστικαῖς τῆς θείας γνώσεως· διὸ γηθοσύνως ἀνεκραύγαζες· Εὐλογείτω ἡ κτίσις πᾶσα τὸν κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φέρουσιν ὡς ὡραιότατον νῦν ζεῦγος θείαν δάμαλιν, ἐκ ἧς ὁ μόσχος ὡραῖος ἔλαμψεν, ὑπὲρ πάντων σφαγιασθείς, ὁ κλεινὸς Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα μέλποντες· Εὐλογείτω ἡ κτίσις πᾶσα τὸν κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ode VIII.

Clamabat aliquando Anna : Quid mihi, Domine, uterum sobolis infœcundum atque arentia fecisti ubera, quemadmodum in prophetis prædixisti? Solve sterilitatis meæ opprobrium, et fructum mihi tribue, cum quo clamabo : Benedicant Domino creaturæ omnes, et superexaltate eum in omnia sæcula.

Sinum tuum, o Anna, candelabrum subiit, quod mystice divinam lampadem, omni spiritui divinæ scientiæ lumen mysticis facibus affundentem, in se excepit; propterea cum gaudio clamabas : Benedicant Domino creaturæ omnes, et superexaltate eum in sæcula.

Inclytus Joachimus cum Anna, quippe conjugum par nobilissimum, divinam nunc gignunt juvenculam, e qua ortus est Filius in omnium salutem mactatus; atque adeo concinunt : Benedicant Domino creaturæ omnes, et superexaltate eum in sæcula.

ΩΔΗ Θ΄.

Χορεύσατε πᾶσαι ψυχαὶ καὶ σκιρτήσατε· γῆ νῦν πεπλαστούργηται, ἥτις καρπογονεῖ ἀνηρότως στάχυν ζωηφόρον, ἐξ οὗ φαγόντες οὐ πεινάσουσί[1] ποτε, μεγαλύνοντες αὐτοῦ τὴν ἀγαθότητα.

Ψαλτήριον μετὰ κιθάρας ἀνάλαβε Δαυΐδ, μελῴδησον· ἰδοὺ κιβωτὸς ἀνεφάνη Θεοῦ, ἣν προέφης σαφῶς ἐσομένην εἰς ἀνάπλασιν, δι' ἧς ἐξανέστημεν ἡμεῖς τοῦ παραπτώματος.

Ὡς μέγιστοι δύο ἀστέρες ἠνέγκατε τὴν αὐγὴν τὴν πάμφωτον· ἥτις ἐξανατείλῃ τὸν μέγαν ἥλιον τῷ κόσμῳ· διὸ εὐφημοῦμεν καὶ δοξάζομεν ὑμᾶς, Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα, ὡς θεόφρονας.

[1] In edit. πεινάσουσι.

Ode IX.

Lætamini omnes animæ, et exsultate; nunc condita illa est terra, quæ nescia aratri fert spicam vitæ; e qua quotquot manducaverint, magnificantes bonitatem ejus non esurient amplius.

Sume, o David, psalterium cum cithara, et concine : ecce apparuit arca Dei, quam futuram in restaurationem perspicue prædixisti, per quam nos e lapsu resurreximus.

Velut bina maxima astra auroram totam lucidam attulistis, quæ magnum mundo solem afferat; propterea vos, Joachim et Anna, tamquam divina mente præditos celebramus et glorificamus.

IN DUOS SEQUENTES

PHOTII CANONES

MONITUM

Auctor horum hymnorum, seu, ut Græci dicunt, canonum, Photius est, non ille quidem, e quo nomen accepit photianum schisma, sed monachus, quem inter Græcos melodos recenset Leo Allatius [1], et post eum Jo. Alb. Fabricius [2]. Canones porro exhibeo, quales in Vat. Palat. Cod. 138 reperi, altera nempe ode deficientes, prouti liquet ex collatione acrostichidis, quam uterque habet, cum primis tropariorum elementis. Ac scio quidem, quod Cangius inquit [3], *nullibi secundam canonum oden apparere, sed remanere in pectore componentis.* Verum canonibus, quos videre mihi contigit in codicibus Cryptoferratensibus, plus semel sua secunda ode non deest. Hinc suspicio oboriri non immerito potest, num et canones isti sic primitus fuerint concinnati, an vero ode secunda, ut communis lex servaretur, detracta iis posterius fuerit. Atque inde etiam suspicio augetur, quod in canonibus, qui ad communem morem servandum ode secunda ex scribentis proposito carent, tot omnino reperiamus troparia, quot elementis acrostichidis exacte respondeant, quemadmodum cernere est et in præcedenti canone *in*

[a] *De Libris et rebus eccl. Græcorum Dissert.* I, pag. 82.
[b] *Biblioth. Græc.* Vol. XI, pag. 82, edit. Harl.
[c] *Apud Bolland.* Tom. II mens. Junii, pag. XIX.

Deiparæ conceptionem, cujus acrostichis est alphabetica; in his vero duobus ob secundæ odes defectum acrostichidem plane mancam habemus. Accedit, quod ode quinta primi canonis deficiat primo tropario, quod a littera A incipere deberet; hinc non habes vocem πανάγνῳ, quam acrostichis postulat, sed πνάγνῳ. Verumtamen, utcumque se habeant, canones, quos et Emin. A. Maius[a] ineditos dixit, haud inutile vulgare censui.

[a] *Prolegomen. ad Vol. I Nov. Collect. Vet. Scriptor.*, de Photio n. VII, pag. XXIII.

ΚΑΝΩΝ ΠΑΡΑΚΛΗΤΙΚΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΠΕΡΑΓΙΑΝ ΘΕΟΤΟΚΟΝ,

ΠΟΙΗΜΑ ΦΩΤΙΟΥ,

ΟΥ Η ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΣ·

ΥΜΝΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ ΤΗ ΠΑΝΑΓΝΩ ΠΑΡΘΕΝΩ, ΦΩΤΙΟΥ.

ΩΔΗ α΄.

Ὑμνῶ σου, πανάχραντε, τῆς δυναστείας τὸ μέγεθος· ὅτι ἐλυτρώσω με ποικίλων θλίψεων. Ἀλλὰ καὶ νῦν με διάσωσον κινδύνων, φρουροῦσα καὶ σκέπουσα τῇ προστασίᾳ σου.

CANON PARACLETICUS[a]

IN SANCTISSIMAM DEIPARAM,

OPUS PHOTII.

Ode I.

Magnitudinem potentiæ tuæ hymnis extollo, o pura ab omni labe; quoniam e multiplici angustia eruisti me. Verum et nunc, tutela tua me custodiens ac protegens, serva a periculis.

[a] Cum *Paracleticus* penes Græcos dicatur Canon, seu etiam Liber canones aliasve preces continens, quasi *consolatorius*, aut *invocatorius*, aut *imploratorius*, quia, utar enim verbis Allatii (*de Libr. Eccles. Græc.* Diss. I, p. 68), *hæc eo spectant, ut peccatorem consolentur, hortentur, et quasi vi quadam compellant, ut de commissis pœnitentiam agat, et Deum, quem pec-*

Μορφὰς καὶ ἰνδάλματα ἀπειρημένα ὁ δόλιος ἐτύπου[1] τῇ ψυχῇ μου, ἀτόπως ἐπαγαγὼν, ταύτην μολῦναι πειρώμενος· παρθένε, τῆς τούτου με λύτρωσαι κακίας καὶ μηχανῆς.

Νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ σε παρακαλῶ, καὶ προσπίπτω σοι, εὑρεῖν ἐν ἀσθήσει[2] με τὴν σὴν ἀντίληψιν. Σὺ γὰρ ἀπείργεις πονηρᾶς γλωσσαλγίας, ἐχθρῶν ἀποτρέπουσα τὴν σκολιότητα.

Οὐδεὶς καταπέφευγεν ἐπὶ τὴν σὴν ἀγαθότητα, καὶ οὐκ ἐκομίσατο[3] ταχὺ τὸ ἔλεος· οὐ προσέδραμεν τῇ σκέπῃ σου, καὶ λύσιν οὐχ εὗρεν ὧν ᾔτησε, πάναγνε δέσποινα.

[1] Cod. ἐτύπει.
[2] Cod. αἰσθήσει.
[3] Cod. ἐκομήσατο.

Species ac phantasmata nefanda in animam meam imprimere seductor solet, hanc studens, proterve ea inferendo, contaminare; ab hujus improbitate ac fraudibus libera me, o Virgo [a].

Noctu diuque invoco te, ac supplex ad pedes tuos me prosterno, ut tuum in infirmitate mea præsidium inveniam. Tu enim pravas suggestiones arces, et inimicorum versutias avertis.

Nemo ad bonitatem tuam confugit, quin cito misericordiam consecutus sit; neque ullus sub patrocinium tuum, o Domina plane immaculata [b], se recepit, quin compos eorum, quæ postularet, factus fuerit.

cando offenderat, pœnitentia ac precibus sibi propitium reddat; canon, quem subjicimus, ea appellatione plane dignus est.

Cum autem in acrostichide hymnus dicatur *quartus* (τέταρτος), conjici potest, Photium pro singulis octo tonis (Græci vocant ἤχους) canones scripsisse. Id ipsum cernimus in acrostichide aliquorum canonum, qui in vulgata Paracletice leguntur ad quartum tonum. Sic in Officio Dominicæ habes istas canonum acrostichides : Τέταρτος ὕμνος τῷ Θεῷ. — Τέταρτος ὕμνος τῇ πανευκλεεῖ Κόρῃ.

[a] Secundum hoc troparium, inverso ordine, primum in codice locum obtinet; præcedens vero tenet secundum. Verum acrostichis suum cuique locum manifeste assignat.

[b] Videsis Virginem Deiparam per hymni decursum antonomastice appella-

ΩΔΗ γ.

Ἁγία παρθένε Θεοτόκε, ἁγίασον ὅλον μου τὸν νοῦν, τὸν ἐναγέσι πάντοτε λογισμοῖς ῥυπαινόμενον, ἐννοίας[1] ἐκδιώκουσα ἐπιβλαβεῖς τε, καὶ ὁρμὰς ῥυπαράς.

Ῥῦσαί με ἐκ στόματος λεόντων, τῶν ὠρυομένων κατ' ἐμοῦ, καὶ ἐπανισταμένων μοι ἀναιδῶς, παναμώμητε, καὶ τὴν ἐμὴν ἀπώλειαν ἐπιζητούντων ἑκάστοτε.

Τῆς σῆς ἱκεσίας παντευχίᾳ, καὶ ὅπλοις δεήσεως τῆς σῆς, περίφραξόν με, δέσποινα, καὶ τῶν ἀντιπάλων θραύουσα ἐπιβουλὰς καὶ ἔνεδρα καὶ μηχανὰς καὶ συῤῥεύματα.

Ὁ βίος μου ὅλος ἐφθαρμένος, ὁ τρόπος σαπρὸς καὶ πονηρός. Ἀλλὰ ἡ σὴ, πανάμωμε, συμπάθεια ἀνείκαστος νικάτω, ἡ χρηστότης σου τὴν τῆς ψυχῆς μου φαυλότητα.

[1] Cod. ἐννοίαις.

Ode III.

O sancta Virgo Dei Genitrix, mentem meam, quæ impuris nunquam non sordet cogitationibus, totam sanctifica, tum noxia phantasmata, tum immundas affectiones ab ea expellens.

O purissima ab omni labe, libera me de ore leonum, qui adversus me rugiunt, inque me impudenter insurgunt, ac jugiter ruinam meam anhelant.

Armatura intercessionis tuæ, ac precum tuarum scuto, circumda me, o Domina, et inimicorum consilia, et insidias, et machinationes, et aggressiones infringe.

Corrupta est tota vita mea, mores mei fœdi sunt et improbi. Sed immensa commiseratio tua, o plane immaculata, bonitas tua animæ meæ pravitatem vincat.

tam modo πάναγνον, modo παναμώμητον, modo πανάμωμον, etc., et fac advertas, quo pacto summa Virginis Deiparæ puritas et innocentia nunquam ante oculos scribentis non obversetur.

ΩΔΗ δ΄.

Σὺ τῆς εὐσπλαγχνίας σου, μῆτερ Θεοῦ, διεῖσα τὰς πτέρυγας, δέξαι με, ἠπορημένον, καὶ ἀσθμαίνοντα πυκνῶς, ἐκ τῆς πικρᾶς διώξεως τῶν ἐπιζητούντων θηρεῦσαί με.

Ταύτην τὴν ἱκέσιόν σοι προσφωνῶ δέησιν ἐκ βάθους καρδίας μου· ἐλέησόν με, Θεοτόκε ἀγαθή· βοήθησόν με, δέσποινα, καὶ ῥῦσαι πυρὸς αἰωνίζοντος.

Ἡ τὸν θεῖον ἄσταχυν, τὸν τὰς ψυχὰς τρέφοντα, παρθένε, κυήσασα, λιμώττοντά με ἐργασίας ἀγαθῆς ἔμπλησον, τὴν καρδίαν μου τὴν ἀγαθωσύνην τῆς δόξης σου.

Πάντες καταφεύγομεν ἐπὶ τὴν σὴν σκέπην τὴν σωτήριον, ἄχραντε, καὶ ἐβοῶμεν· Ἴδε, δέσποινα ἁγνή, καὶ πρόσεχε ταῖς δεήσεσι τῶν εἰλικρινῶς προστρεχόντων σε.

ΩΔΗ ε΄.

Νάματα πηγάζουσα ἀθάνατα τῆς χάριτος ἐκ πηγῆς ἀπλέτου,

Ode IV.

Misericordiæ tuæ, o Mater Dei, alas protendens, me trepidum crebrosque anhelitus ducentem protege ab acerba eorum insectatione, qui me student irretire.

Supplices hasce preces ad te attollo ex imo cordis mei; miserere mei, bona Dei Mater; adjuva me, Domina, et ab igne sempiterno fac me liberes.

O quæ divinam spicam, animas alentem, protulisti, imple me boni operis fame laborantem, imple, o Virgo, cor meum gloriæ tuæ bonitate.

Omnes, o intemerata, sub salutare tuum præsidium confugimus, et exclamamus : Vide, Domina immaculata, et attende precibus nostris, qui sincero ad te corde recurrimus.

Ode V.

O quæ immortales gratiæ undas ex fonte inexhausto deducis,

συμπάθει· τὴν χερσωθεῖσαν ψυχήν μου παίσμασιν ἄρδευσον, παρθένε ἀγαθή, ὅπως ἐκβλαστήσειε τὰ φυτὰ τὰ τῆς χάριτος.

Ἀλόχευτε, ἄνανδρε, ἄφθορε παιδοτόκε, σεμνή, σὺ ἐπιφανεῖσα ἀράτως, ἐπίσκεψαί με τὸν εὐφημοῦντά σε, καὶ παρακαλοῦντα ἐκτενῶς, καὶ τὴν εὐλογίαν μοι τῆς σῆς χάριτος δώρησαι.

Γινώσκω σου, δέσποινα, τὸ ἔλεος τὸ ἄμετρον· οἶδα τὴν πολλὴν φιλανθρωπίαν· ἐπίσταμαί σου τὴν ἐπιείκειαν. Ὅθεν σοι[1] κραυγάζω ἐκτενῶς· σῶσόν με τὸν ἄθλιον, τὸν ἀσώτως βιώσαντα.

ΩΔΗ ς΄.

Νυκτομαχοῦσαν τοῖς παίσμασι, καὶ βάθη ἀπωλείας εἰσδύνουσαν, τὴν ταπεινήν μου ψυχὴν τῇ κυβερνήσει τῆς χάριτος πρὸς σωτηρίας ὅρμον, ἁγνή, κατεύθυνον.

Ὦ θαυμασίων τὸ πέλαγος, ὦ βλύσις τοῦ ἐλέους ἀνείκαστος,

[1] Cod. σῶ.

---

tangat te cura mei; animam meam ob noxas arescentem irriga, o bona Virgo, ut gratiæ germina producat.

Tori virique nescia, incorrupta Mater veneranda, tu invisibiliter astans, aspice me tibi canentem laudes, et te impense deprecantem, ac mihi gratiæ tuæ benedictionem impertire.

Novi, o Domina, immensam tuam misericordiam; novi multam in homines charitatem tuam; novi tuam clementiam. Quocirca ferventer clamo : salva me miserum, me qui perditam vitam duxi.

Ode VI.

Miseram animam meam, quæ densa nocte cum vitiis pugnat, et in profundum perditionis mergitur, ad salutis portum gubernatione gratiæ, o immaculata, fac dirigas.

O mirabilium pelagus, o immensa et nunquam exhausta mi-

καὶ ἀνεξάντλητε. παρθενομῆτορ πανάμωμε· σῶσόν με τῇ ὥρᾳ, ἁγνὴ, τῆς κρίσεως.

Προσπίπτω κράζων σὺν δάκρυσιν· ἐλέησον, ἐλέησον, δέσποινα· καὶ μὴ ἀπώσῃ με κατῃσχυμμένον τὸν ἄθλιον· ἀλλὰ σῇ εὐμενείᾳ ἐπίβλεψον, σῶσόν με.

ΩΔΗ ζ΄.

Ἀφθαρσίας στολισμῷ με καταφαίδρυνον φανοτάτῳ, σεμνὴ, καὶ τῆς παστάδος Χριστοῦ δαιτυμόνα ἄξιον εὐχαῖς ἀνάδειξον, τὴν δυσείμονα τῶν πταισμάτων ἀμφίασιν ἐξ ἐμοῦ διαῤῥηγνύουσα.

Ῥυπωθεῖσαν ἡδοναῖς σαρκὸς καὶ πάθεσι, τὴν ταπεινήν μου ψυχὴν ὑσσώπῳ καθαρτικῷ τῆς φιλανθρωπίας σου κάθαρον, λάμπρυνον, καὶ ἀνάδειξον, παρθένε παναμώμητε, λευκοτέραν τῆς χιόνος.

Θυμοφθόρου ἀπωλείας με ἐξάρπασον, ἀειμακάριστε, τὸν συνωθοῦντα δεινῶς, καὶ καταναγκάζοντα ὁρμαῖς τοῦ ὄφεως πρὸς ἀθέμιτον, καὶ ἐργασίαν ἄτοπον, λογισμὸν καταναρκοῦσα.

---

sericordiæ scatebra, o Virgo Mater omni labe carens; salva me, immaculata, hora judicii.

Pronus humi clamo cum lacrymis: miserere, Domina, miserere, et miserum me pudore suffusum ne repellas; sed respice ex clementia tua, salva me.

Ode VII.

Sordidum peccatorum amictum e me discerpens, lucidissima incorruptionis stola, o Augusta, splendide me exorna, ac precibus tuis dignum effice nuptialis cœnaculi Christi convivam.

Voluptatibus carnalibus et cupiditatibus corruptam animam meam miseram charitatis tuæ hyssopo purificante, o Virgo labis cujusvis expers, emunda, clarifica, et nive effice candidiorem.

Ab interitu, qui animam perdit, eripe me, o semper prædicanda beata, cogitationes cohibens, quæ ex serpentis impulsu in vetitum, et in opus improbum compellunt et adigunt.

Ἐν ἀπαθεῖ ἀβύσσῳ, παντευλόγητε, τὸ[1]... τῆς ψυχῆς καταποντίσασα, δεῖξόν με ἀτάραχον, ἀπεριδόμητον, καὶ ἀσάλευτον, ἐρριζωμένον πέτρᾳ με Θεοῦ τῶν θελημάτων.

ΩΔΗ η΄.

Νῦν καιρὸς ἐφέστηκεν ἐξόδου, καὶ πάντως[2] ἐξηπόρημαι ὁ ἄθλιος. Ὅλον γὰρ τὸν βίον μου ῥᾳθύμως διήνυσα, καὶ οὐχ εὑρίσκω ἄνεσιν· Τί διαπράξομαι; Κριτά μου, ποιητά μου, καὶ κτίστα, δωρεάν με σῶσον, εὐχαῖς τῆς σε τεκούσης.

Ὦ τῆς ἀπορίας τῆς ἐσχάτης τῆς νῦν ἐπιπεσούσης τῷ ταλαιπώρῳ μοι. Δέσποινα, βοήθει μοι· δέσποινά μου, πρόφθασον, μνησθεῖσά

[1] Inter codicem olim resarciendum ita abrasum est folium, ut legi hæc vox non possit. Nam secundum, quartum, et sextum elementum utique clare noscuntur ρ, μ, ρ; quintum aut α aut ε dicendum certe est: primum vero et tertium ex ejusdem scripturæ comparatione esse non posse videntur nisi vel γ, vel ι, vel τ. Hæc autem elementa dictionem, quæ ad rem faciat, non suppeditant. [Fortasse τρομερόν, evanida supra ρ lineola ον indicante. Deinde leg. ἀπεριδόνητον.]

[2] Cod. πάντων.

In tranquillitatis abyssum animæ meæ *curas* demergens, o undequaque benedicta, imperturbatum me effice, invictum, inconcussum, in petra divini beneplaciti fundatum [a].

Ode VIII.

Jam tempus adest decedendi, et miser prorsus nescio, quo me vertam. Universos enim dies meos desidiose exegi, et consolationem non invenio. Quid faciam? Judex meus, Creator ac Plasmator meus, gratis salvum me fac illius precibus, quæ te genuit.

O extremæ, quæ me miserum nunc deprehenderunt, angustiæ! Domina, succurre mihi; propera, o Domina, in auxilium meum,

[a] In hoc tropario supplevi vocem *curas*, quia id sententiæ congruum duxi.

μου τῆς πίστεως καὶ πόθου τοῦ[1] ἀκλινοῦς· καὶ λύτρωσαι τῶν λογοθετούντων, καὶ τῶν πεπραγμένων τὴν δίκην εἰσπραττόντων.

Φωτὸς οἰκητήριον, παρθένε, ἐκ σκότους με αἰωνίου ἀπολύτρωσαι. Ἔχεις γὰρ τὸ δύνασθαι, ἔχουσα πειθόμενον τὸν σὸν υἱὸν καὶ κύριον ταῖς σαῖς δεήσεσι. Θέλησον τὴν ἐμὴν σωτηρίαν, καὶ ἀκολουθήσει τῷ νεύματι τὸ ἔργον.

Ὦ δέσποινα πάντων τῶν κτισμάτων, ὦ θείων ἀγγέλων ὑμνολόγημα, πάντας νῦν διάσωσον, τοὺς εἰς σὲ προστρέχοντας, ἐκ πειρασμῶν καὶ θλίψεων καὶ περιστάσεων, τηροῦσα ἀβλαβεῖς ἐπηρείας τῆς ὁρωμένων ἐχθρῶν καὶ ἀοράτων.

ΩΔΗ Θ΄.

Τὴν τῶν μοχθηρῶν ἔργων ἐνθυμούμενος πληθὺν ὧν ἔπραξα, τρέμω δειλιώμενος τῆς καταδίκης τὸ ἀσυμπάθητον· ἀφ' ἧς, παρθένε

[1] Cod. τῆς.

---

meæ memor fidei et constantissimi in te amoris; et ab exactoribus et a gestis, pœnam reposcentibus, salvum me fac.

O Virgo, lucis domicilium, eripe me de tenebris æternis. Suppetit enim tibi posse, quæ Filium tuum ac Dominum precibus tuis obsequentem habes. Salutem meam fac velis, et voluntatis tuæ nutui respondebit effectum.

O Domina creaturarum omnium, o supernorum Angelorum cantici argumentum, e tentationibus, et afflictionibus, et periculis incolumes tuere eos omnes, qui ad te confugiunt, ab incursionibus hostium visibilium et invisibilium illæsos eos servans.

Ode IX.

Cumulum recogitans malorum operum, quæ perpetravi, inexorabilem damnationem timens, contremisco; e qua tu, o

ἄχραντε, σύ με ἐξάρπασον, τῶν πταισμάτων τὴν ὀφειλήν μου λύσασα μετανοίᾳ θερμῇ πρὸ ἐξόδου ψυχῆς.

Ἴδε τὴν ἐμὴν ταπείνωσιν, ἄχραντε· ἴδε τὴν θλῖψιν μου· ἴδε καὶ τὴν κοπήν μου· ἴδε τὸν πόνον τῆς ταπεινῆς μου ψυχῆς· καὶ μὴ ἐάσῃς, δέσποινα, τοῦ ἀπολέσθαι με· ἀλλὰ σῶσον καὶ ῥῦσαι καὶ λύτρωσαι τῆς μελλούσης φρικτῆς κατακρίσεως.

Ὅλην τὴν ζωὴν, ἀμελῶς διήνυσα ἐν παραπτώμασι· καὶ πρὸς τέλος ἤγγισα νῦν τὸ τοῦ βίου, καὶ ἀσυγχώρητον τὴν ἔξοδον ἐπείγουσιν οἱ κατεπείγοντες. Διὸ, Κόρη, πρόφθασον τοῦ σῶσαί με καταδίκης πικρᾶς ἁφαρπάζουσα.

Ὑπὲρ οἰκετῶν ἀχρείων προσάγαγε πρεσβείαν, ἄχραντε, ἐξαιτοῦσα λύτρωσιν τῶν ὀφλημάτων, καὶ τὴν συγχώρησιν τῶν ἐγκλημάτων. Οἶδας γὰρ τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς, καὶ πρὸς πᾶσαν κακίαν εὐόλισθον. Ὅθεν δίδου συγγνώμην τοῖς δούλοις σου.

---

immaculata Virgo, libera me, debitæ peccatis meis pœnæ, per fervidam ante vitæ exitum pœnitentiam, solutionem tribuens.

Vide humilitatem meam, o immaculata; vide afflictionem meam; vide et contritionem meam; vide angustias miseræ animæ meæ; neque me sinas, o Domina, perire; sed salva, et libera, et redime a tremenda, quæ impendet, damnatione.

Totam vitam meam per incuriam in peccatis absolvi; et ecce ad finem vitæ appropinquavi, et inexorabilem exitum urgent insectatores mei. Quocirca cito, o Virgo, ad salvandum accurre, ex amara me damnatione eripiens.

Offer, o immaculata, preces, pro servulis inutilibus, remissionem debitorum, et peccatorum veniam exorans. Scis enim infirmitatem carnis, et in omne malum pronitatem. Tuis igitur servulis indulgentiam tribue.

ΦΩΤΙΟΥ ΚΑΝΩΝ ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΠΕΡΑΓΙΑΝ ΘΕΟΤΟΚΟΝ,

ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΔΑ ΤΗΝΔΕ·

ΤΟΝ ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΝ ΑΙΝΟΝ, ΑΓΝΗ, ΠΡΟΣΔΕΧΟΥ.

ΩΔΗ α΄.

Τῆς φιλανθρωπίας σου, Χριστὲ, τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον ὑπέδειξας, δοὺς τῇ ἀσθενείᾳ τῶν βροτῶν βοήθειαν καὶ στήριγμα τὴν ὑπερφυῶς σε σαρκὶ τεκοῦσαν, ὡς εὔσπλαγχνος.

Ὁ παλαιωθεῖσαν τὴν ἡμῶν φύσιν, ἁγνὴ, καινουργήσας, Χριστὸς

PHOTII CANON EUCHARISTICUS[a]

IN SANCTISSIMAM DEIPARAM.

Ode I.

Incomparabiles divitias tuæ in homines charitatis, o Christe, ostendisti, cum infirmitati mortalium, utpote misericors, præsidium et firmamentum dedisti illam, quæ te supra ordinem naturæ genuit.

Qui labefactatam naturam nostram, o pura, innovavit, ipse

[a] Ita quidem titulus, qui canoni in codice præfigitur; at si sententiarum rationem habeas, *paracleticus canon*, non secus ac præcedens, dicendus videbitur.

ὁ Θεὸς ταύτης τὰ συντρίμματα καὶ νῦν τῇ σῇ ἀνορθοῦται, παν-
άχραντε, θείᾳ ἱκεσίᾳ, ὡς εὐεργέτης καὶ κύριος.

Νεφέλη ὑπάρχουσα φωτὸς, ἡ τὸν τῆς δόξης κυήσασα[1] ἥλιον,
νέφη ἀποσόβησον τὰ τῶν παθῶν ἐκ τῆς ψυχῆς μου, ἄχραντε, καὶ
αἴγλῃ με θείᾳ τῆς ἀπαθείας καταύγασον[2].

ΩΔΗ γ΄.

Ῥυσθέντες, Χριστὲ σωτὴρ, τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης, ἀνυμνοῦ-
μέν σου τὴν ὑπὲρ νοῦν ἀεὶ συγκατάβασιν. Διὸ κινοῦμεν τήν σε τε-
κοῦσαν, Χριστὲ, εἰς πρεσβείαν, εὔσπλαγχνε, λυτρωθῆναι θλίψεων,
καὶ παθῶν, καὶ δεινῶν περιστάσεων.

Ἰλύος[3] παθῶν τὸ τῆς ψυχῆς μου ὄμμα ἀποκάθαρον τῇ τρητικῇ,

[1] Cod. κύησα.
[2] Tres priores litteras, ubi codex corrosus est, supplevi.
[3] Cod. ἰλύως.

Christus Deus, divina tua, o integra ab omni labe[a], intercessione, etiamnum ruinas illius, utpote beneficus et Dominus, reparat.

O quæ, lucis nubes exsistens, solem justitiæ peperisti, dispelle, o immaculata, ab anima mea cupiditatum caliginem, ac cœlesti internæ tranquillitatis lumine fac me collustres.

Ode III.

Ab idolorum errore liberati, tuam, Christe Salvator, incomprehensibilem clementiam jugi laude extollimus. Idcirco illius, quæ te, misericors Christe, genuit, intercessionem imploramus, ut ab angustiis et calamitatibus ac gravibus periculis eripiamur.

Oculum animæ meæ salutari precum tuarum opere e sordibus

[a] Videsis et in hoc hymno studium summam Deiparæ puritatem celebrandi.

παρθένε, πρεσβεία σου· καὶ ἀπαθείας τῇ θείᾳ αἴγλῃ με[1] ἀτενίζειν ποίησον, καθαρῶς δεχόμενον τοῦ υἱοῦ σοῦ τὴν θείαν ἔκλαμψιν.

Σὲ τοῦ ἀσθενοῦς τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας προεστήσατο ὁ σαρκωθεὶς ἐκ σοῦ, Θεονύμφευτε, ἰσχὺν καὶ κράτος καὶ θείαν δύναμιν, δυναμοῦσαν χάριτι, ἰωμένην ἅπαντας, τοὺς πιστῶς Θεοτόκον τιμῶντάς σε.

ΩΔΗ δ'.

Τῷ πλήθει τοῦ θείου σου ἐλέους, φιλάνθρωπε, ἐπικαμφθείς, ὡς ἀγαθός, ἐν ἀμετρήτοις τοῖς ἡμῶν, χριστέ, παραπτώμασι τὴν εὐμενῆ τῆς εὐσπλαγχνίας συμπάθειαν ἐπιδεικνύς, τοῖς ἐν θλίψει βοήθησον.

Ὅλην σε ταῖς χάρισι θείαις ἐκόσμησε, καὶ τῶν θαυμάτων δω-

[1] Cod. μαι.

---

cupiditatum, o Virgo, expurga; et fac, ut Filii tui divinum splendorem excipiens, superna animi tranquilli luce purum intuitum defigam.

Qui carnem ex te assumpsit, o Deo desponsata, fragilitatis naturæ nostræ fortitudinem, roburque, ac divinam virtutem te constituit, ut gratiæ vires subministres, cunctisque te fideliter ut Dei Genitricem honorantibus medearis.

Ode IV.

Misericordiæ tuæ divinæ multitudine motus, o hominum amator, inter immensa delicta nostra, utpote clemens, ostende, o Christe, benignæ commiserationis viscera, inque angustiis nobis succurre.

Divinis gratiis totam[a], o Virgo, exornavit te Christus, mune-

[a] Perpende vim sententiæ, qua nihil in Virgine Deipara divinæ gratiæ luce non refulgens habendum est.

ρεαῖς τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν Χριστὸς, παρθένε, ἐδόξασε· καὶ διὰ σοῦ εὐεργετῶν τὸ ἀνθρώπινον, τὴν δυναστείαν σου πᾶσιν ὑπέδειξεν.

Νάμασιν, ὡς δρόσῳ εὐφροσύνης, πανάχραντε, τοῖς τῆς πρεσβείας σου ἀεὶ κατασβεννύουσα ἡμῶν τὴν φλόγα τῶν θλίψεων, καὶ τῶν παθῶν, καὶ νοητῶς ἀναψύχουσα, πρὸς ψυχικὴν εὐθυμίαν μετάγεις ἡμᾶς.

Ἄγρυπνον τὸ ὄμμα τῆς πρεσβείας ὡς ἔχουσα, τῇ ἀνυστάκτῳ σου, ἁγνὴ, φιλανθρωπίᾳ συνετῶς[1] ἡμᾶς περιέπουσα, καὶ νοητῶν θηρῶν λύτρωσαι[2], πανάχραντε, καὶ[3].... πολέμων καὶ θλίψεων.

ΩΔΗ ε΄.

Ἰσχύϊ σου τῇ ἀμάχῳ, Χριστὲ, συστρατήγησον τῷ λαῷ σου, πο-

[1] Cod. συνετεῖς.

[2] Cod λυτρεῦσαι.

[3] Ita codex corrosus heic est a blattis, ut ante vocem πολέμων appareant solum litteræ μένων, nec satis liqueat, utrum una an duæ voces desiderentur.

ribusque portentorum, quæ transcendunt mentem, glorificavit; ac bona humano generi per te præstans, potentiam tuam omnibus manifestam effecit.

Fluentibus intercessionis tuæ, ceu lætitiæ rore, calamitatum nostrarum cupiditatumque ignem exstinguens, ac spiritualiter recreans, ad spiritus alacritatem, o pura ab omni labe, nos adducis.

Vigili charitate in nos tua, o immaculata, quippe quæ non dormitantem intercessionis oculum intentum habes, nos rite custodiens, tum a ferarum spiritalium incursu, tum ab *ingruentibus*[a] bellis et a calamitatibus nos sartos tectosque serva, o labis cujusvis expers.

Ode V.

Inexpugnabili virtute tua præliare, o Christe, cum populo

[a] Codicis lacunam utcumque hac voce supplevi.

λεμίων τὰ θράση τροπούμενος· καὶ τὰ νικητήρια τοῖς σε Θεὸν ὁμολογοῦσιν, ὡς ὑπεράγαθος, δώρησαι.

Νενέκρωται τῶν καλῶν τῇ ἀργίᾳ ἡ δύναμις τῆς ψυχῆς μου· ἀπραξίας ἀθέσμους ἐγείρουσα, ἀλλὰ σὺ, Θεόνυμφε, ζωοῦσα ταύτην ἱκεσίαις τῇ μετανοίᾳ ἀνάκτησαι.

Ὁ τόκος σου τοὺς ἀγγέλους ἀνθρώποις συνήρμοσεν· ἡ πρεσβεία καταλλάττει Θεῷ τοὺς προστρέχοντας, καὶ θανάτου ῥύεται, καὶ πειρασμῶν καὶ τῶν κινδύνων τοὺς Θεοτόκον τιμῶντάς σε.

ΩΔΗ ς΄.

Νοήσεως, Χριστὲ, πάσης ὑπέρκειται τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου· ὃ ὑπέδειξας ἡμῖν, ὡς ἀγαθὸς, σάρκα προσλαβὼν ἐκ τῆς παρθένου μητρός. Ὅπερ καὶ νῦν μὴ ἀντανέλῃς[1] αὐτῆς ἐντεύξεσιν.

Ἁπάσης ἐκπεσὼν τῆς ἐκ τῶν ἔργων, ἁγνὴ, ἐλπίδος, πρὸς τὴν

[1] Cod. ἀντανέλης, voce minus usitata.

---

tuo, hostium audaciam in fugam vertens; et Deum te confitentibus victoriam, ut summe benignus, tribue.

Præ socordia in bonis interiit animæ meæ virtus; at tu, o Dei sponsa, a prava eam inertia excutiens, tuisque precibus eam vivificans, fac ipsam per pœnitentiam reficias.

Angelos cum hominibus partus tuus sociavit; intercessio tua confugientes ad te reconciliat Deo, et a morte ac tentationibus, periculisque te ut Dei Genitricem honorantes eripit.

Ode VI.

Misericordiæ tuæ, o Christe, magnitudo cogitationem omnem prætergreditur; hanc palam fecisti nobis cum carnem ex Virgine Matre, utpote bonus, assumpsisti; hanc et modo per ejusdem preces, quæso, ne subtrahas.

Omni fiducia meritorum meorum destitutus, ad securam

ἄψευστον προστασίαν νῦν προσέφυγον· δι' ἧς τὰς τῆς σωτηρίας προσδοκίας ἀεὶ ἀναπτερῶν πρὸς εὐθυμίας ὕψος ἀνάγομαι.

Γαλήνην νοητὴν χειμαζομένοις Χριστὸς παρέσχετό σε, πάναγνε, τρικυμίας πειρασμῶν καὶ τῶν παθῶν· δι' ἧς πρὸς τὸν ἄκλυστον λιμένα αὐτοῦ χειραγώγῃ τοὺς Θεοτόκον πιστῶς ὑμνοῦντάς σε.

ΩΔΗ ζ'.

Νεοποιεῖς θείῳ σου βουλήματι, καὶ μεταπλάττεις, ὡς Θεός, τῶν πραγμάτων φύσεις, Χριστέ. Διὸ μεταποίησον τὴν ἡμῶν κατήφειαν εἰς εὐφροσύνην, μόνε φιλάνθρωπε· μόνος γὰρ εἶ θλιβομένων λιμὴν καὶ καταφύγιον.

Ἡ ὑπὲρ νοῦν τοῦ δεσπότου πρόνοια ὑπὲρ ἐλπίδα τοῖς πιστοῖς προστασίαν σε ἀσφαλῆ δέδωκε, πανάχραντε, πᾶσι τοῖς ἐν θλί-

---

protectionem tuam, o immaculata, modo confugi; per quam salutis spei jugiter addens alas, in sublime hilaris confidentiæ feror.

Jactatis tempestate te Christus, o immaculata, dedit spiritualem a tentationum cupidinumque fluctibus malaciam; per quam ad portum suum securum adducat, quotquot te hymnis ut Dei Genitricem celebrant.

Ode VII.

Divina voluntate tua, o Christe, rerum naturas, utpote Deus, renovas ac refingis. Idcirco converte mœrorem nostrum in lætitiam, o qui solus es hominum amator; solus enim afflictorum portus es, et refugium.

Ineffabilis providentia Domini fidelibus omnibus, qui in ærumnis tuum, o plane immaculata, auxilium ex corde implo-

ψεσι τὰς ἐκ ψυχῆς αἰτήσεις [1], παναμωμε. Σὺ γὰρ πηγὴν τῶν χαρισμάτων, υἱὸν ἐγέννησας.

Περιπεσὼν ἐν ἀφύκτοις [2] θλίψεσι, καὶ ἀδοκήτοις πειρασμοῖς διὰ πλῆθος ἁμαρτιῶν, σὲ εἰς ἐξιλέωσιν, δέσποινα, προβάλλομαι τοῦ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος Θεοῦ. Καὶ γὰρ αὐτὸς εὐμενὴς καὶ χρηστὸς τοῖς ἀσθενοῦσίν ἐστι.

Ῥώμην, ἀγνή, ἀσθενοῦσι δέδωκε [3], καὶ θλιβομένων σε χαράν, ἀθυμοῦσί τε ἀψευδῆ εὐθυμίαν, ἅπασι πλέουσι κυβέρνησιν, καὶ ἀποροῦσι πόρον εὐπόριστον ὁ αἰνετὸς τῶν πατέρων (Θεὸς καὶ ὑπερένδοξος [4]).

[1] Aliqua vox hinc excidisse videtur.

[2] Cod. ἀφίκτοις.

[3] Cod. δέδεκε.

[4] Addendas has voces censui, quia pertinent ad formulam, qua claudi ejusmodi troparia solent, et omissas licet existimare utpote notissimas, non secus ac in fine orationum missalia nostra habent formulas, *per Dominum*, *qui vivis*, reliquis omissis.

---

rent, supra omnem spem te, o pura ab omni labe[a], securum præsidium dedit; tu enim Filium, gratiarum omnium fontem, genuisti.

In angustiis citra spem effugii, et improvisis tentationibus deprehensus, propter multitudinem peccatorum, te, o Domina, mediatricem adhibeo ad Deum propter nos incarnatum placandum; clemens enim ipse est, et infirmitate laborantibus benignus.

Languidis robur, et afflictis gaudium, despondentibus animum securam alacritatem, omnibus per vitæ pelagus navigantibus gubernaculum, et ad incitas deductis facile effugium, te, o immaculata, laudabilis et supergloriosus patrum Deus concessit.

[a] Viden, quomodo excellentissimæ puritatis Deiparæ prærogativam defixam menti scriptor gerebat?

ΩΔΗ η΄.

Ο νοσοῦντας, μόνε ἀγαθὲ, ἐλθὼν θεραπεῦσαι, καὶ λύτρον ἀντὶ πολλῶν τὸ σὸν ὑπέρτιμον, Χριστὲ, αἷμα παρεχόμενος, ἰάτρευσον πάθη ψυχῶν τε ἡμῶν καὶ σωμάτων, καὶ τῶν συνεχόντων, σῶτερ, ἡμᾶς κινδύνων.

Σὲ γέφυραν τέθεικεν Χριστὸς, μετάγουσαν, παρθένε, ἐκ ζάλης τῶν θλιβερῶν καὶ τρικυμίας πειρασμῶν πρὸς ὅρμον εὐφρόσυνον τοὺς βοῶντας· πάντα τὰ ἔργα (κυρίου, τὸν κύριον ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας [1]).

Δονούμενον θλίψεσιν, ἀγνὴ, καὶ πλήθει πολλῶν πταισμάτων, εἰς βάθος τε ἀπογνώσεως τρεπόμενον, αὐτὴ στήριξον ἐλπίδι με εὐθυμίας θείας καὶ μόνης τῆς σῆς ἐπικουρίας, ἀνυμνολογοῦντα ἀεί σε Θεοτόκον.

[1] Has pariter voces subdendas censui, quia ad notissimam formulam spectant.

Ode VIII.

O qui advenisti, ut ægrotis salutem dares, et sanguinem tuum pretiosum redemptionem pro multis offers, o ex periculis urgentibus Salvator, tu, qui solus es bonus, tum animarum nostrarum tum corporum morbis medere.

Te Christus, o Virgo, pontem constituit, qui ex afflictionum procella, et tentationum tempestate traducat ad lætitiæ portum clamantes : Benedicite omnia opera Domini Domino, et superexaltate eum in omnia sæcula.

Me jactatum calamitatibus, et ingenti multitudine peccatorum in profundum desperationis adductum, ipsa, o immaculata, me ut Dei Genitricem te jugi laude celebrantem, divinæ spe benignitatis, tuique, quod unum mihi superest, auxilii confirma.

ΩΔΗ Θ.

Ἔχων, ἀγαθὲ, τὸ ἄμετρον τῆς συμπαθείας φύσει καὶ θεῖον ἔλεος, τοῦτο διανέμοις τοῖς ὑμνοῦσί σε χάριτι. Διὰ γὰρ τοῦτο σάρκα ἀνείληφας, ἵνα φιλανθρωπίᾳ, Χριστὲ, ὑψώσῃς [1] τὸ ἀνθρώπινον.

Χάριν διὰ σοῦ παρέσχετο τὴν ὑπὲρ λόγον πᾶσι, Θεοχαρίτωτε, τὴν τῆς ἐπιγνώσεως Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ τηρεῖν σου τὰ θεῖα γνωρίσματα, ταῖς σαῖς εὐεργεσίαις χαροποιῶν τούς σε δοξάζοντας.

Ὅπλων ἀρετῆς γυμνώσας με ὁ πολεμήτωρ ἐχθρὸς [2] εὐάλωτον· ἀλλὰ καθοπλίσασα ἐνθέοις με πράξεσι, τῇ αὐτοῦ παρατάξει ἐνίσχυσον γενναίως ἀντιστῆναι, καὶ νικηφόρον μεγαλύνειν σε.

[1] Cod. ὑψώσεις.

[2] Illinc quoque vocem aliquam excidisse haud minima suspicio est.

Ode IX.

Commiserationis immensæ et infinitæ misericordiæ es, o benigne, ex natura tua; per gratiam tuam fac, illam impertiaris iis, qui hymnis te collaudant. Propterea enim carnem assumpsisti, o Christe, ut ex tua in homines charitate mortalium genus sublime erigeres.

Christus Deus noster per te, o Dei gratia plena, omnibus exhibuit ineffabilem cognitionis gratiam, simulque ut tuas divinas prærogativas contemplentur, tuis eos muneribus lætificans, qui te laudibus efferunt.

Me, facilem sane prædam, hostis oppugnans, armis exspoliavit virtutis. At tu divinis me armans operibus, tribue vires, ut contra illius aciem obsistam strenue, victoriaque potitus te exaltem.

Ὕπνον τῶν ψυχῶν ἀπέλασον, Θεογεννῆτορ, θείᾳ ἐπιφανείᾳ σου, καὶ ἐγρηγορεῖν με νοητῶς παρεσκεύασον, εἰς μελέτην καὶ πρᾶξιν ἀνύστακτον τῶν ἔργων τῶν ἐνθέων ἀεί σε πόθῳ μεγαλύνοντα.

Soporem animarum præsentia tua dispelle, o superna Dei Genitrix, atque effice, ut ad meditationem atque alacrem divinorum operum exsecutionem spiritu evigilem, qui amoris canticis indesinenter magnalia tua concelebro.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΣΤΟΥΔΙΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ ΤΗΣ ΕΝΣΑΡΚΟΥ ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣ [1] ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ;

ΚΑΙ ΟΤΙ ΔΕΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΩΣ ΕΟΡΤΑΖΕΙΝ [2]· ΡΗΘΕΙΣΑ ΕΝ ΤΗ ΗΜΕΡΑ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΥ.

Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες· ὁ εὐαγγελισμὸς πάρεστι, καὶ τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν ἐστιν ἡ πρώτη· καὶ ὀφείλομεν ἑορτάζειν, οὐχ ἁπλῶς,

[1] Cod. οἰκονομίας.
[2] Cod. ἑωρτάζειν, et sic infra.

THEODORI STUDITÆ

IN ANNUNTIATIONEM INCARNATIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,

ET QUOD OPORTEAT IN SPIRITU FESTUM DIEM AGERE, SERMO IN IPSA DIE ANNUNTIATIONIS HABITUS [a].

Fratres ac patres : adest Annuntiatio, et prima hæc est inter dominicas festivitates; eamque opus est celebremus, non, ut

[a] E Theodori Studitæ sermonibus catecheticis, quos majores vocant, quatuor tantummodo habemus græce editos, ut tradit præcl. Angelus Maius (*N. PP. Biblioth.*, tom. V, part. III, pag. 77). Duos alios visum est heic instar appendiculæ producere, ut ejusdem Auctoris homiliam in Annuntiationem Deiparæ, quam nancisci datum nondum fuit, utcumque suppleant. Codices adhibui Vaticanos ac Barberinianos : ubi absolute *Codicem* appello, intellige Vaticanum Græc. 2029. Reliquos vero sermones edere alterius erit loci ac temporis.

κατὰ τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ μετὰ κατανοήσεως καὶ σεβάσματος τοῦ μυστηρίου. Τί δὲ τὸ μυστήριον; Ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἀνθρώπου γίνεται, μεσίτῃ ἁγίᾳ παρθένῳ χρησάμενος, ἐν αὐτῇ τε οἰκήσας, καὶ ἐξ αὐτῆς ἑαυτῷ[1] ναὸν[2] ἀναπλάσας, καὶ τέλειος γενόμενος ἄνθρωπος. Διὰ τί; Ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ[3], καθὼς γέγραπται· Ἵνα τὴν υἱοθεσίαν[4] ἀπολάβωμεν· ἵνα μηκέτι ὦμεν δοῦλοι, ἀλλ' ἐλεύθεροι· μηκέτι ἐμπαθεῖς, ἀλλὰ ἀπαθεῖς· μηκέτι φιλόκοσμοι, ἀλλὰ φιλόθεοι· μηκέτι κατὰ σάρκα περιπατοῦντες, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα περιπατοῦντες[5] τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος· τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη. Διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἐχθρὸν[6] εἰς Θεόν· τῷ

[1] Cod. ἑαὐτῳ.
[2] Cod. ναιὸν.
[3] Cod. ἐξαγοράσει.
[4] Cod. ὑιωθεσίαν.
[5] Rom. VIII, 5, ὄντες.
[6] Rom. VIII, 7, ἔχθρα.

---

plerique solent, incogitanter, sed cum diligenti consideratione et reverentia mysterii. Quodnam vero est hoc mysterium? Quod Filius Dei fit filius hominis, sequestra utens sancta Virgine, et in ipsa inhabitans, et ex ipsa templum sibi ædificans, et perfectus evadens homo. Quam ob rem? *Ut eos, qui sub lege erant, redimeret,* sicut scriptum est[a], *ut adoptionem filiorum reciperemus;* ut non amplius simus servi, sed liberi; cupiditatibus non amplius servientes, sed exempti; non amplius amatores mundi, sed Dei; non amplius secundum carnem ambulantes, sed secundum spiritum. *Qui enim secundum carnem ambulant, quæ carnis sunt, sapiunt; qui vero ambulant secundum spiritum, quæ sunt spiritus, sentiunt. Nam prudentia carnis mors est : prudentia autem spiritus, vita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica*

[a] *Gal.* IV, 5.

γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ[1] ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται. Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται.

Αὕτη ἐστὶ, ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν, τοῦ μυστηρίου ἡ δύναμις· καὶ διὰ ταῦτα ὀφείλομεν[2] πνευματικῶς ἑορτάζειν, καὶ πνευματικῶς ἀναστρέφεσθαι, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἐν ἀγαπῇ, ἐν πραότητι, ἐν εἰρήνῃ, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ὡς ἂν μὴ κενὴν καὶ ἄπρακτον τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν[3] τὸ καθ' ἑαυτοὺς δεικνύωμεν.

Οὐ μὴν ἀλλὰ ὀφείλομεν καὶ προσεύχεσθαι, καὶ λυπεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ κόσμου. Διὰ τί; Ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἦλθεν, ἵνα σώσῃ[4] τὸν κόσμον, καὶ ὁ κόσμος ἀθετεῖ αὐτόν. Ἀθετοῦσιν αὐτὸν φυλαὶ καὶ γλῶσσαι· ἀθετοῦσιν αὐτὸν τὰ βάρβαρα ἔθνη· ἀθετοῦσιν αὐτὸν οἱ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικεκλημένοι τὸ ἅγιον· οἱ μὲν διὰ πίστεως ἐν-

[1] Cod. οὐκ.
[2] Cod. ὀφείλωμεν.
[3] Cod. οἰκονομίαν.
[4] Cod. σώσει.

---

est Deo : legi enim Dei non est subjecta : nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt".

Hæc, ut breviter dicam, est vis mysterii; et idcirco debemus in spiritu festum agere, et spiritualiter conversari in sanctitate et justitia, in dilectione et suavitate, in pace, in longanimitate, in bonitate, in Spiritu sancto, ut non vacuam vanamque, quantum in nobis est, dispensationem Domini nostri Jesu Christi efficiamus.

Verum et pro mundo tum precari tum tristari debemus. Qua de causa? Quia Filius Dei venit, ut mundum salvum faceret, et mundus eum spernit. Ipsum spernunt tribus et linguæ; ipsum spernunt barbaræ gentes; ipsum spernunt, qui sanctum nomen ejus invocaverunt, alii per depravatam fidem, alii per malam

" *Rom.* VIII, 5-8.

διαστρόφου, οἱ δὲ διὰ πονηροῦ βίου. Τί δ' ἔδει ποιῆσαι, καὶ οὐκ ἐποίησεν; Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος γέγονεν[1]· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι[2] θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· ἔδωκεν ἡμῖν ἐσθίειν τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ πίνειν τὸ αἷμα[3] αὐτοῦ· ἠξίωσεν ἡμῶν καλεῖσθαι πατὴρ, ἀδελφὸς, κεφαλὴ, διδάσκαλος, νυμφίος[4], συγκληρονόμος, τὰ ἄλλα πάντα ἃ οὐκ ἔστιν εὔκαιρον λέγειν. Καὶ ὅμως ἀθετεῖται· καὶ ὅμως φέρει· οὐ γὰρ ἦλθον, φησὶν, ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλὰ ἵνα σώσω τὸν κόσμον.

Τί οὖν ἔστιν ἐν τούτοις εἰπεῖν ἀδελφοί; Ὅτι οἱ γνήσιοι μαθηταὶ ἐν ταῖς ἀθετήσεσιν τῶν συμμαθητῶν λυποῦνται, δεικνύντες τό τε πρὸς τὸν διδάσκαλον, καὶ τὸ πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀγαπητικόν· ὡσαύτως καὶ οἱ γνήσιοι δοῦλοι ἐν ταῖς ἀποστασίαις τῶν ὁμοδούλων τὸ αὐτὸ πάσχουσιν.

[1] Cod. γέγωνεν.
[2] Cod. μέχρι.
[3] Cod. αἷμα.
[4] Cod. νύμφιος.

---

vitam. Porro quid facere ipse debuit, et non fecit? Cum esset Deus, factus est homo, *humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*[a]; corpus suum dedit nobis ad vescendum, et sanguinem suum ad bibendum; non dedignatus est noster dici pater, frater, caput, magister, sponsus, cohæres, et cetera alia, quæ nunc enumerare non vacat. Et tamen spernitur! Et ipse nihilominus sustinet! *Non enim*, inquit[b], *veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum.*

Ecquid ergo, fratres, in his dicendum? Sinceros videlicet discipulos de condiscipulorum defectione dolere consuesse, tum in magistrum tum in discipulos affectum suum sic palam facientes, non secus ac etiam servi sinceri in conservorum rebellione afficiuntur.

[a] *Philip.* II, 8.
[b] *Joh.* XII, 47.

Διὰ τοῦτο προστάσσει ὁ μέγας Ἀπόστολος ποιεῖσθαι ἡμᾶς δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας[1], ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν[2] ὑπεροχῇ ὄντων. Αὐτὸς τοῦτο περὶ αὑτοῦ ἀλλαχοῦ λέγων· Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης τῆς συνειδήσεώς μου ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ὅτι λύπη μου ἐστὶ μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου· εὐχόμην[3] γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν[4] κατὰ σάρκα. Εἶδες ἀγάπης δύναμιν; Εἶδες ὕψος φιλίας; Τοῦτο καὶ ὁ Μώσης φαίνεται πρὸς τὸν Θεὸν λέγων· Εἰ μὲν ἀφεῖς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μή, κἀμὲ ἐξάλειψον[5] ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας.

[1] Cod. εὐχαριστείας.
[2] Cod. abest prop. ἐν, quæ legitur I Tim. II, 2.
[3] Addi hic codex pluribus illis potest, qui hoc loco legunt εὐχόμην pro ηὐχόμην.
[4] Abest μου, quod penes Paulum legimus.
[5] Cod. ἐξάλιψον.

Propterea magnus Apostolus nos jubet[a] *obsecrationes* peragere, *orationes*, *postulationes*, *gratiarum actiones*, *pro omnibus hominibus*, *pro regibus et pro omnibus qui in sublimitate sunt*; idemque alibi[a] de semetipso hæc inquit : *Veritatem dico in Christo; non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto : quoniam tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo : optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem.* Viden vim amoris? Viden amicitiæ summum? Id ipsum et in Moyse cernimus, ubi sic Deum alloquitur[b] : *Si quidem dimittis illis peccatum, dimitte; sin vero, dele et me de libro quem scripsisti.*

[a] I *Tim.* II, 1–2.
[b] *Rom.* IX, 1–3.
[c] *Exod*, XXXII, 31.

Οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς, ὡς γνήσιοι μαθηταὶ, οὐ νόθοι, οὐ μόνον ὀφείλομεν τὸ καθ' ἑαυτὸν σκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ λυπεῖσθαι, καὶ προσεύχεσθαι. Οὕτω γὰρ τὰ ἀρεστὰ κυρίῳ ποιοῦντες κληρονόμοι γενησόμεθα ζωῆς αἰωνίου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Sic igitur nos quoque tanquam sinceri, non autem adulterini, discipuli, non solum debemus, quod suum est, quisque spectare, sed et pro fratribus ac pro toto mundo tum dolore affici tum preces offerre. Sic enim accepta Deo præstantes, hæredes evademus vitæ æternæ in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium cum Patre et Sancto Spiritu nunc et semper in sæcula sæculorum. Amen.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΣΤΟΥΔΙΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ

ΛΟΓΟΣ Β΄ ΠΕΡΙ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ.

Ἀδελφοί, καὶ πατέρες· Ἐπειδὴ ὁ εὐαγγελισμὸς πάρεστι, τοῦ εὐαγγελισμοῦ ὑμῖν βραχέα τινὰ πειράσομαι[1] διαλεχθῆναι, δεικνὺς ἐντεῦθεν, ὡς μέγιστόν ἐστι τὸ τῆς παρθενίας ἐπάγγελμα, ὅπερ ἀσπάσασθαι κατηξιώθημεν. Τίνι γὰρ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἴρηκε· χαῖρε, κεχαριτωμένη[2]· ὁ κύριος μετὰ σοῦ; Οὐχὶ τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ Μαρίᾳ; Καὶ ἐκ τίνος σαρκωθεὶς ἐνηνθρώπησεν αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ λόγος; Οὐκ ἐξ αὐτῆς τῆς μακαρίας παρθένου;

[1] Cod. Βράκεα et πειράσωμαι. Post πάρεστι deest περί.
[2] Cod. κεχαριτομένη.

THEODORI STUDITÆ

IN ANNUNTIATIONEM SERMO SECUNDUS,

DE VIRGINITATE.

Fratres, ac patres : Quandoquidem Annuntiatio adest, pauca quædam vobis de Annuntiatione fari conabor, inde ostendens, sublimissimam esse, quam amplecti meruimus, virginitatis professionem. Cuinam enim Gabriel angelus dixit[a] : *Ave, gratia plena, Dominus tecum?* Nonne sanctæ Virgini Mariæ? E quanam vero ipse Deus ac Verbum carnem sumpsit, cum naturam humanam indutus est? Nonne ex eadem Virgine beata?

[a] *Luc.* I, 28.

Παρθενία τοιγαροῦν ἐστιν ἡ βλαστήσασα τὴν ζωὴν τῶν ἁπάντων. Παρθενία ἐστὶν [1] ἡ βασίλισσα [2] τῶν ἀρετῶν. Παρθενία ἐστὶν ἡ νύμφη καὶ νυμφεύτρια [3] Χριστοῦ· καὶ εἰ βούλεσθε [4], ἀκουσώμεθα τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ· ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ [5] καὶ ἡ παρθένος· ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. Ὁρᾶτε τοῦ λόγου τὴν δύναμιν· πῶς οὐκ ἄγει σχολὴν ὁ γάμος μεριμνᾶν τὰ τοῦ κυρίου, ἀλλὰ τὰ τοῦ κόσμου; Τῇ παρθενίᾳ οὖν ἡ ἀγαθὴ μερὶς ἀποκεκλήρωται.

[1] Cod. ἔστιν et sic porro.
[2] Cod. βασίλεισσα.
[3] Cod. μεριμνητρία.
[4] Cod. βούλεσθαι.
[5] Norunt eruditi, multiplicem esse tum apud Græcos tum apud Latinos et legendi et interpungendi hujus loci rationem. Retinendam porro heic eam censui, quam in codice reperi.

Virginitas ergo est, quæ omnium vitam protulit. Virginitas est regina virtutum : virginitas est Christi sponsa, ac pronuba. Et, si lubet, audiamus beati Pauli verba[a] : *Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino; qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. Divisa est et mulier et virgo; innupta cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu; quæ autem nupta est, cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.* Percipitisne vim sermonis, quomodo conjugio non vacat cogitare quæ Domini sunt, sed quæ sunt mundi? Virginitas ergo optimam partem sortita est.

[a] I *Cor.* VII, 32-34.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν παρθενία[1] τὰ πρωτεῖα φέρεται· καὶ γοῦν γέγραπται ἐν τῇ Ἀποκαλύψει τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τάδε· Οὗτοί[2] εἰσιν οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι γάρ εἰσι· οὗτοί[3] εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ ὅπου ὑπάγει. Βαθαὶ τῆς παρεδρίας, ἧς ἠξιώθησαν οἱ τὴν παρθενίαν ἑλόμενοι[4], οἱ συνεπόμενοι Χριστῷ καὶ συνευφραινόμενοι.

Ἀλλὰ σκοπήσωμεν, ἀδελφοί, ὅτι κάθοσον μέγα, καὶ ὑπερφυὲς τὸ κατόρθωμα, κατὰ τοσοῦτον καὶ ὁ λυμεὼν[5] τῆς ζωῆς ἡμῶν διάβολος ὑπὲρ πάντα τὰ πάθη ἐν τούτῳ πειρᾶται ἡμᾶς καταβαλεῖν. Καὶ ὅσους μὲν κατέβαλεν ἐξ αἰῶνος, τίς ἂν καὶ ἐξαριθμήσειεν; Ὡς δὲ ἐγὼ ἤκουσα παρὰ τοῦ εὖ εἰδότος, ὅτι καὶ νῦν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἄνδρα πολλοῖς ἔτεσιν ἐξησκηκότα καὶ θαυμαστὸν τῷ βίῳ τοσοῦτον ἴσχυ-

[1] Cod. παρθενεία.
[2] Cod. heic et infra, οὗτοι εἶσιν.
[3] Cod. Barber. omittit voces, οὗτοί εἰσιν.
[4] Cod. ἑλώμενοι.
[5] Cod. ὁλυμαιῶν: Barberin. omittit artic. ὁ.

Atqui etiam in regno cœlorum virginitas primas obtinet. In Apocalypsi enim sancti Johannis hæc scripta leguntur[a] : *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt; hi sequuntur agnum, quocumque ierit. Papæ! quam nobilem locum promeruerunt, qui virginitatem amplexi sunt, qui Christum comitentur, et simul cum eo congaudeant!*

Verumtamen consideremus oportet, fratres, quo nobilior ac præcelsior ista est conditio, eo etiam impensius diabolum, nostræ perditorem vitæ, conari, ut in hujus præ reliquis cupiditatis barathrum protrudat. Et quidem quot a sæculo jam prostraverit, quisnam queat vel enumerare? Sed et nunc, quemadmodum ipsemet ab eo accepi, qui rem probe norat, in Asia virum, qui a pluribus annis divinarum rerum contemplatione sese exercuerat, vitaque mirabilis erat, eousque dejicere dracon

[a] *Apoc.* XIV, 4.

σεν ὑποσκελίσαι ὁ δράκων, ὡς μὴ μόνον ἔξαρνον αὐτὸν γενέσθαι τοῦ ἁγίου σχήματος, ἀλλὰ καὶ γυναῖκα περιάγειν μοιχικῶς. Οὗ τί ἂν γένοιτο ἐλεεινότερον; Καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ παρὰ τοῦ διαβόλου τεχνάσματά τε καὶ ἀποτελέσματα.

Ἡμεῖς δὲ, παρακαλῶ, ἀδελφοὶ, φυλάξωμεν αὐτοὺς, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, αἰδούμενοι τὸν νυμφίον ἡμῶν Χριστόν· μὴ προδιδόντες τὸν ἐμπιστευθέντα θησαυρὸν τῆς παρθενίας· μηδὲ ταὐτὸν πάθοιμεν τοῖς ἰχθύσιν, οἳ δελεάσματι σαρκὸς τὸ ἄγκιστρον καταπίνοντες, τὸν θάνατον εὑρίσκουσιν· ἄγκιστρον γάρ ἐστιν ἡ ἡδονὴ, φθείρουσα, οὐχ ἡδύνουσα, θανατοῦσα, οὐ ζωογονοῦσα· ἧς ῥυσθείημεν [1] δυνάμει Θεοῦ δυναμούμενοι, καὶ πρὸς τὸ ἑξῆς ὠφθείημεν εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι, ἕως ἂν ἐμπνέωμεν, ἵνα νικητικῶς τῶν ἐνθένδε μεταχωροῦντες τύχωμεν βασιλείας οὐρανῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεί, κ. τ. λ.

[1] Cod. ρυσθήημεν.

---

potuit, ut non modo sanctum habitum is abnegaverit, sed et mulierem per adulterium circumducat. Quo quid miserabilius esse possit? Et hujusmodi quidem a diabolo sunt tum insidiæ tum rerum exitus.

Nos autem, fratres, custodiamus, quæso, nosmetipsos ceu pupillam oculi, Christum sponsum nostrum reveriti; non prodamus concreditum virginitatis thesaurum; neve eamdem vicem subeamus ac pisces, qui carnis illectamento deglutientes hamum, mortem inveniunt : instar hami enim est voluptas, quæ corruptionem affert, non suavitatem; mortem, non vitam; atque utinam illam virtute divina corroborati effugiamus, et puri integrique et in posterum nos exhibeamus, quousque detur spiritum ducere, ut invicti hinc abeuntes, regnum cœlorum assequamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium cum Patre et Spiritu Sancto nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

DE

VETERI GALLICO CANTICO

MONITUM.

Subjectum canticum gallice conscriptum debeo egregio viro *Gustavo Servois*, qui cum illud reperisset in Vaticano ms. codice n. 1468 ex iis, qui *a Regina* nomen habent, meque edendis nonnullis de B. V. Deipara monumentis operam impendere audiisset, humanitate sua illud mihi ultro obtulit.

Desumptum autem est hoc Canticum ex opusculo, cui titulus hic præfigitur [a] : *Ci cet le Doctrinal de la secunde Retorique fait par Bauldet Herenc l'an de grace mil quatre cent trente et deux.* De quo opusculo ut nonnulla innuam, occurrit in primis quoddam veluti lexicum seu vocum elenchus alphabetico ordine conscriptus cum hac epigraphe [b] : *Premierement s'enfuit ung a, b, c, sur le G royeulx pour aprendre a espeler en la dite secunde Retorique.* Dein sequitur alia vocabulorum sylloge, quæ ad componendos similiter cadentes versus parata videntur : sunt enim similiter desinentia. His autem ista præmittuntur [c] : *Cy s'ensuit une regle de mos plains sonnans, equivoques et resonnans selon les lettres de l'a, b, c, finissans et premierement en*

[a] *Cod. Vat.* 1468, *Reg.* fol. 73 rect.
[b] *Ibid.*
[c] *Ibid.* fol. 83 rect.

forme d'a. Pergit postea Auctor ad describenda varia Canticorum genera, quæ in antecessum sic enumerat [a] : *Cy s'ensuit plusieurs et diverses tailles de* (sic) *laornure de la dite secunde Retorique. Et est nommée secunde Retorique pur ce que que* (sic) *la premiere est prosayque. Lesquelles tailles et oeuvres sont mises chacune par ordre, comme lays amoureuses, sernentais, chant royal..... [b] amoureuse, pastourelle, balade en plusieurs fassons, rondaulx aussi en plusieurs et diverses faissons tant de vielle taille comme de nouvelle, flatras possibles et impossibles, vers dauzains, lignes alexandrines et lignes daublettes.*

Cantico autem, quod subjicimus, ista præeunt : *Cy s'ensuit la forme e taille d'ung chant royal, qui se font à Dieppe en Normandie, et s'appelle chant royal pour ce que l'on commence et fine en telle manière que l'on veult, et doibt parler de la Nativité Notre Dame et la passion notre Seigneur et de l'assumption Notre Dame.*

Quod quidem canticum cum non ipse Bauldet, uti patet, concinnaverit, sed ex iis selegerit, quæ in Normannia cani solebant, incerti igitur auctoris dicendum est. Ætatem autem, qua scriptum fuerit, ad eos pertinet conjicere, qui pares sint ad hoc judicium ex philologicis indiciis ferendum. Illud, prouti in codice jacet, edimus, licet non levis sit ratio dubitandi, veteris amanuensis incuria minus emendate exaratum fuisse. Ipsum vero edendi causa sufficiens nobis hæc adfuit, quod cum beatissimæ Deiparæ animam describat ceu elegantem turturem e paradiso in sinum Annæ delabentem, communem per vetus illud tempus plebis christianæ sententiam de mundissima ejusdem S. Virginis origine aperte testatur.

Ceterum quod superius allatis verbis tradit Bauldet, ejusmodi cantica, quæ *regalia* appellabantur, in Normanniæ Provincia fuisse usitata, id memoratum reperio et in Leonis X Constitutione [c] data apud S. Petrum IX Kal. April. an. 1520, qua Sum-

[a] *Ibid.* fol. 105 recto.

[b] Vox heic omissa est, cujus elementa omnia nosse datum non fuit.

[c] Legitur in Bullario Carmelitar. tom. I, pag. 500, Rom. 1715.

mus Pontifex Confraternitatis in *Deiparæ Conceptæ* honorem in Rothomagensi Civitate erectæ Statuta confirmat, amplissimaque Confratribus privilegia, ac spiritualia beneficia largitur. Nam ubi Statutum exponitur, quo decernebatur, singulis annis habendum poetarum conventum, quibus cura esset laudes Deiparæ Virginis celebrandi, inter poeticas lucubrationes etiam *regales cantus* recensentur. Et prorsus gratum lectori me facturum arbitror, si eam Constitutionis partem heic subjiciam, e qua et singulares illius ætatis mores, et mirum laudandæ Virginis Conceptæ studium nosse licet.

Inter illa itaque, quæ Confraternitati servanda sanciebantur, recensetur « *Podium, Cœtum Musarum nuncupatum, seu doctorum virorum conventum in loco eminenti commode et decenter ornato celebrari, ac in eodem Podio varia poemata... tum carminibus latinis, quam etiam dicteriis gallico seu patrio sermone compositis in laudem Virginis et Sanctissimæ Conceptionis hujusmodi edita recitari et cantari, ac notulis chartis affigi, et ad ipsum Podium, propositis per loca publica edictis, ac etiam in sermonibus et prædicationibus publicis, seu alias, prout Magistro tunc præsidenti videretur, omnes docti et præclari viri invitari, ac eidem Podio omnes magistri et quicumque Confratres Confraternitatis hujusmodi per ipsum Magistrum tunc præsidentem requisiti, et ultra eos viri litterati cujuscumque scientiæ, præsertim Theologiam, Jura, Poesim, et Oratoriam profitentes, observaturi, ne quid in fide dubium aut sinistrum in Carminibus ac dicteriis et operibus hujusmodi commiscere contingat, judicaturique æquo judicio præstantiam et excellentiam carminum ac dicteriorum et operum hujusmodi, advocari et adhiberi; et ut præclara ingenia ad se se in latissimo laudum ejusdem Virginis campo ferventius exercendum magis accenderentur, cujus Rhithmi seu Dicterium, quod Cantus Regalis nuncupatur, fuisset excellentius judicatum, Victricis Palmæ præmio : qui autem præstantiora carmina latino sermone juxta normam a dicto Magistro publicatam composuisset, Corona laurea, aliorumque quoque operum tam latino quam gallico idiomate elegantiores scriptores, Lilio, annulo aureo, aliisque insignibus secundum Magi-*

strorum eorumdem decretum et discretionem pretio nummario reducendis, donari ac decorari, ac ipse magister pro tempore ad propagandas ubique et prædicandas laudes hujusmodi, reddendumque ipsum Conceptionis festum in dies magis celebre, illaque ex prædictis carminibus, Dicteriis, et operibus, quæ excellentiora fuerint judicata, in unam vel plures tabellas accurate et decenter conscriptas redigi, illasque in dicta Ecclesia affigi et collocare facere.... »

Confirmationem autem Apostolicæ Sedis spectasse ad hujus quoque Academiæ seu Podii institutionem, patet ex iis, quæ sic inferius ibi leguntur : « *Nobis fuit humiliter supplicatum, fundationem et institutionem Confraternitatis et Podii prædictorum ac Statutis prædictis pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ Confirmationis adjicere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur....* »

TAILLE DE CHANT ROYAL

Par les faulx cris d'une escouffle envieuse,
Nous mist Adam tous à la mort d'enfer ;
Mais par les biens d'une turte amoureuse,
Nous volu Dieu le meffait pardonner,
Et radrechier en perdurable vie :
La turtre entens pour la vierge Marie,
Qui vray confort de salut nous présente,
Et l'escouffle plaine de faulx entente
Prens pour Eve qui ne cessa de braire
Avant qu'Adam heust du fruict de l'ente
Mors le morsel qui tant nous fut contraire.

Ce fu pour nous viande merveilleuse,
Car ung chacun le covint comparer
Dedans enfer, en chartre ténébreuse,
Ou covint bons et maulvais aler;
Mais quant Dieu pleut qui tout a eu baillie,
Il ot pitié de l'umaine lignie;
Lors envoya la digne turte gente
Qui avola sans faire longue attente
En une Anne pour son digne nyt faire :

Saint Esperit fu à l'œuvre présente
Et Dieu le voult divinement parfaire.

Ceste œuvre fut divine et précieuse,
Car par avant Anne ne put porter;
Mais quant Dieu fit la turtre gracieuse
De Paradis en cette Anne avoler,
Au rever d'une fleur sy jolye
Que la sainte tourterelle prisie,
Y fu neuf mois sans partir de sa tente,
Puis en issi d'humanité parente,
Pure et sainte de si très-digne affaire
Que Dieu la fit estre tant excellente
Qu'il se volu en ses dignes flans traire.

Amer debuons la journée eureuse
Que d'Anne yssi la turtre sans amer,
Qui rappaisa l'invie haineuse
De l'escouffle qui nous fist tous dampner
Par le serpent qui l'ot mal conseillie.
Cette turtre dont Anne est acouchie,
Foy, vie, loy et gloire reprèsente
A tous ceulx que le faulx ennemy tempte,
Car par lui fu Diu si très-dèbonnaire
Qu'il en offri son digne corps en rente
Et à morir sur le mont de Calvaire.

Vierge roial, turtre délicieuse,
Nous debuons bien votre venue amer,
Car votre nativité glorieuse
Fist aux humains Paradis recouvrer.
De vous parla le prophete Ysaie,
David, Amos, Abias, Jheremie;
En affermant, sainte Vierge prudente,
Qu'Adam et sa compaignie dolente

Raroit par vous des cieulx le luminaire,
Ainsi que c'est vraie chose évidente,
Défendes nous du Sathan députaire.

Prince, prions à la sainte jouvente
Qui d'Anne issi de tous péchés exempte,
Qu'elle nous veuille à telz vertus attraire,
Que notre cueur la grace de Dieu sente,
Et en la fin es sains cieulx le repaire.

EXCERPTUM EX OFFICIO

CONCEPTIONIS VIRGINIS DEIPARÆ.

Legitur hoc Officium in libro membranaceo Parisiis an. 1495 impresso cum hac inscriptione : *Les présentes heures à l'usage de Rome furent acheuées le seiziesme jour d'octobre, l'an MCCCC. IIII. XX et XV. pour Simon vostre libraire demourant a Paris en la rue neuve nostre dame à l'enseigne sainct Iehan l'évangéliste.* Continentur autem in hoc libello non quidem Breviarium ex præscripto a Clericis recitandum, sed brevius illud Officium B. Virginis cum Sanctorum commemorationibus, Officio defunctorum, etc., quod etiamnum ad usum fidelium circumfertur. Cum vero opusculum dicatur concinnatum *à l'usage de Rome*, hinc quoque discere licet, quis sensus etiam fidelibus romanis inesset in Conceptione Deiparæ celebranda.

INCIPIT OFFICIUM

DE CONCEPTIONE B. MARIÆ VIRGINIS.

AD MATUTINAS.

HYMNUS.

Fletus longævi rex regum misertus, angelum mittit, gaudium pro luctu, ut dicat Annæ : tempore senili prolem habebis;

Æterni Verbi concipies matrem, Anna; tu gaude, quoniam nec talem esse, nec credas futuram : hanc dicent omnes beatam.

Ioachim magno gaudio repletur, vocem dum audit Angeli dicentis : Pariet tibi Anna Matrem Dei, grandem præ cunctis. Gloria Patri, genitæque proli, Flamini sancto, Virginique matri, quæ Dei Natum genuit hominem, sit laus perennis.

℣ Nec dum erant abyssi.
℟ Et ego iam concepta eram.

OREMUS.

Deus ineffabilis misericordiæ, qui primæ piacula mulieris per Virginem expianda sanxisti, da nobis, quæsumus, Conceptionis ejus memoriam digne venerari, quæ Unigenitum tuum Virgo concepit et Virgo peperit Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD PRIMAM.

HYMNUS.

Terminum noctis æternæ aurora reddidit mundo Mariam præmittens, gaudium mundi, stellam matutinam præviam solis.

In ortu lucis stellæ maris, pontus, terra lætatur : gaudeat peccator, nascitur[a] mater Iesu Redemptoris, Maria clemens.

[a] Hoc intelligendum esse non de nativitate proprie dicta, sed de exsistendi initio, docet luculenter versiculus qui subjicitur, ubi diserte *Conceptio* memoratur.

. Felici (*sic*) cives, reges terræ colunt : sterilis parit, miratur natura, stupet infernus videns sine labe Virginem nasci.

Gloria Patri, genitæque proli, Flamini Sancto, Virginique matri, quæ Dei Natum genuit hominem, sit laus perennis.

℣. Conceptionem Virginis Mariæ cum gaudio celebremus.
℟. Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, lux vera, quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum : da nobis ortum Genitricis tuæ digne celebrare, ut eius intercessione æternæ lucis præmia valeamus obtinere, qui vivis etc.[1].

Leguntur in eodem codice nonnullæ ad Virginem precationes : visum est autem pauca quædam ex iis decerpta heic subjicere, quibus pateat, haud inusitatas penes Latinos fuisse illas beatæ Virginis laudes, quæ in Græcorum precibus recurrunt.

EXCERPTUM EX PRECATIONE

QUÆ INSCRIBITUR

ORATIO DEVOTISSIMA DICENDA DIE SABBATI AD HONOREM INTEMERATÆ DEI GENITRICIS VIRGINIS MARIÆ.

Ave Maria, imperatrix reginarum, Dominus tecum : laus sanctarum animarum, Dominus tecum : vera salvatrix

[1] Reliqua prætermittimus, quæ spectant ad alia SS. Deiparæ mysteria.

earum..... : (*omittimus scilicet quod ad singula repetitur, Dominus tecum*) : excellentissima Regina cœlorum..... : veneranda Domina Angelorum.... : omnium plena virtutum..... : Flos florum..... : Lilium convallium..... : Mediatrix Dei et hominum..... : Indeficiens gaudium..... : Rosa sine spina..... : Stella matutina..... : Virgo Dei inviolata..... : Virgo innupta..... : Virgo intacta..... : Virgo incorrupta..... : Virgo Deo grata..... : Virgo ante partum..... : Virgo in partu..... : Virgo post partum..... : Splendor inextinguibilis..... : Virgo inæstimabilis..... : Virgo, immarcescibilis vitis..... : Uva germinans..... : Virgo incomparabilis..... : Virgo, cui non est nec erit similis..... : Virgo generosa..... : Virgo speciosa..... : Virgo pulchra..... : Fons mire cum omni copia..... : Virgo eximia..... : Virgo pia..... : Virgo mater sine ruga..... : Virgo dulcis Maria..... : Laus prophetica..... : Salomonis fabrica..... : Mater Dei et Virgo, unica Dei filia[a]..... : Laus habitationis gloriæ Dei..... : Hortus conclusus..... : Fons signatus..... : Aquæ vivæ puteus..... : Paradisus cum pomorum fructibus..... : Venter rore cœlesti rigatus..... : Æternitatis domus..... : Veteris et novi Testamenti armarium..... : Spiritus Sancti sacrarium.....: Decus mulierum..... : Via errantium..... : Arca Dei..... : Templum Domini..... : Reclinatorium Jesu Christi..... : Luminare cœli..... : Sponsa Dei..... : Prophetarum oraculum..... : Dei umbraculum..... : Pastoris tabernaculum..... Te deprecor ergo mitissimam, piissimam, misericordissimam, castissimam, speciosissimam Dei Genitricem Mariam, semper Virginum gemmam, ut in sancto, tremendo, ac terribili judicio in conspectu unigeniti filii tui,

[a] In alia precatione item legitur : *Obsecro te, Domina sancta Maria....., summi Regis filia,* etc.

cui Pater dedit omne judicium, me liberes et protegas a pœnis inferni, et participem me facias cœlestium gaudiorum, præstante eodem Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

EX SCHEDIS

R. P. JOHANNIS PETRI SECCHI S. J.

IN

S. AMBROSII HYMNUM

ADNOTATIONES

Jam inde cum de edendo S. Ambrosii hymno, quem sub initium hujus voluminis [a] produxi, cogitarem, iteratis litteris operam dederam, ut ejusdem exemplar e Beneventanæ quoque Ecclesiæ manuscriptis haberem. Perutile enim id videbatur tum ad genuinam noscendam lectionem, tum ad sciendum certe, an in pervetusto illo codice nomen Auctoris, de quo erat quæstio, legeretur. Verum quod incassum a Beneventana urbe tunc expetivi, nunc insperato obtulerunt schedæ Johannis Petri Secchi, viri e societate nostra doctissimi, quem nuper ingenti litterarum detrimento amisimus. Ejusmodi autem exemplar cum et varietate lectionis et criticis adnotationibus, quas vir clarissimus sua manu adscripsit, insigne sit, visum est schedam ipsam publici juris facere; eoque vel magis, quod ea, quæ de ejusdem hymni auctore superius ipse disputaveram, anticipato tanti viri suffragio confirmari videam.

[a] Vid. sup. pag. 26.

INNO ALCAICO[a]

IN LODE DELLA BEATA VERGINE.

Quest' inno leggesi nelle *Collectanea* del P. Ab. D. Costantino Gaetani Cassinese conservate nella biblioteca della Sapienza di Roma al protocollo X col titolo : *Hymnus Alcaicus dactylicus e vetusto ms. longobardico Ecclesiæ Beneventanæ, ritu in festo Assumptæ Virginis Deiparæ decantari solitus.* In margine di mano del Gaetani è notato : *A Paulo Diacono, ut asseritur, scriptus.* Trovasi peraltro non già nel solo codice beneventano, ma in molti altri di monasteri benedettini, e per confronto fattone in un innario farfense, e in un sublacense del secolo XI, e in due cassinesi, uno segnato col n° 420 in caratteri romani, e l' altro col n° 506 in caratteri longobardici, amendue giudicati del secolo X. Nel secondo cassinese è notato Hymnus S. Ambrosii, e il P. Federici, benedettino cassinese, che lo pubblicò nella sua difesa dell' Immacolato Concepimento di Maria Vergine, dedicata al cardinal Lelada, ne sostenne autore santo Ambrogio. L' opinione di lui fu combattuta dai giornalisti ecclesiastici di Roma nell' estratto che diedero del suo libro, e lo attribuirono a Paolo Diacono. Di fatto a Paolo Diacono pari-

[a] Italice exhibenda censui, quæ vir clariss. Italice in usum suum adnotaverat. Proinde si qua latine adnotata lector reperiat, hæc editoris esse noverit.

menti l' attribuirono il canonico Mari nelle note all' opuscolo di Pietro Diacono *De viris illustribus Cassinensibus*, parlando di Paolo Diacono a pag. 21, il Ceillier (*Histoire des Auteurs* etc., t. XVIII) nell' articolo di Paolo Diacono, citando il codice della Chiesa Beneventana, il Liruti nella vita di Paolo Diacono, e il P. Labe della Compagnia di Gesù, che insieme con altri due a Paolo Diacono pure attribuì quest' inno. Tutti, per quanto sembra, si fondarono solo sulla tradizione della Chiesa beneventana, accennata eziandio dal Gaetani; ma non vi ha codice che realmente l' intitoli di Paolo Diacono, ed io non so, se possa bastare la sola conformità dello stile, che io non ritrovo tra questo e l' inno di Paolo Diacono in onore di san Giovanni Battista, vantata dagli antagonisti. Certo è, che un altro inno detto *auctoris incerti* sopra la Beata Vergine, pubblicato da Giorgio Fabrizio nella sua raccolta *Poetarum veterum ecclesiasticorum*, ha molta somiglianza col nostro. Il Fabrizio però non dovea dirlo *auctoris incerti*, perchè quantunque Giorgio Cassandro l' abbia riportato anch' esso senza il nome dell' autore nella sua collezione degl' inni ecclesiastici, lo riportò tuttavia molto più lungo, e con due strofe di più, la seconda e la terza. E il dotto Maurino P. Noury, editore delle opere di S. Ambrogio, provò coll' autorità di santo Ildefonso [a], il quale cita la prima strofa attribuendolo a santo Ambrogio, esser questo uno dei dodici inni composti dal santo dottore. Io non credo, che ne abbia scritti soli dodici, e giudico francamente che la somiglianza di questo iambico con l' inno alcaico beneventano sia molto più rimarchevole che con gl' inni di Paolo. Or se l' inno iambico è certamente di santo Ambrogio, perchè

[a] Ita Maurinus editor Operum S. Ambrosii (*Admonit. ad hymnos S. Ambrosii*, vol. II, pag. 1218, edit. Paris. 1690) : *Duodecimi* (*hymni*) *cognitionem debemus S. Ildefonso, qui semel ac iterum in sermone de Partu-ritione et Purific. B. Mariæ Virginis primam ejusdem hymni stropham tamquam ab Ambrosio compositam citat.* Suspicor autem, P. Secchi hunc locum editoris Maurini non suis vidisse oculis; neque enim eruditissimus vir ignorabat, opusculum de *Parturitione* etc. non esse S. Ildefonsi, sed S. Paschasii Ratberti.

dovrà negarglisi l' inno alcaico intitolatogli dal codice cassinese? Egli è indubitabile, che questa opinione avrà sempre una prova di più, per me gravissima, cioè l' autorità d' un codice de Benedettini, che non l' avrebbero tolto al loro Paolo, se veramente fosse stato di Paolo Diacono.

L' inno iambico ha queste due strofe :

Fit porta Christi pervia
Referta plena gratiâ.
Transitque Rex, et permanet
Clausa, ut fuit per sæcula.

Genus superni luminis
Processit aulâ Virginis.
Sponsus, redemptor, conditor,
Suæ gigas Ecclesiæ.

L' inno alcaico in onore della stessa Vergine Beatissima ripete :

Hoc signat ædis janua non patens,
Quem celsa vatis visio prodidit,
Soli tremendo pervia principi,
Mansura nempe clausa perenniter.

Mi si dirà, che Paolo Diacono avrà potuto imitare santo Ambrogio; ed io ritorcerò l' argomento col riflettere che dunque la somiglianza dello stile non ha peso bastevole, e che bisogna attenersi all' autorità de' codici. Comunque sia, l' inno alcaico, che non si legge neppure nell' amplissima collezione del cardinal Tommasi, il quale tanti altri ne trasse da' codici vaticani, è degno di essere nuovamente pubblicato, perchè nel codice beneventano è più corretto che nei quattro codici benedettini, e la critica può aggiungervi importanti emendazioni. Eccolo adunque con le varianti degli altri codici.

Quis possit amplo flamine[a] præpotens
Digne profari[b] præmia[c] Virginis :
Per quam cruentæ[d] sub laqueo necis
Orbi perempto[e] reddita vita est?

Hæc Virga Jessæ, Virgo puerpera,
Hortus superno germine consitus,
Signatus alto munere fons sacer,
Mundum beavit viscere cœlibi.

Hausto[f] maligni primus ut occidit
Viro[g] chelydri[h] terrigenum parens,
Hinc lapsa pestis per genus, et repens[i]
Cunctum profundo vulnere perculit.

[a] *Flamine* legge il codice sublacense, gli altri *famine* da *famen*, e per questa lezione creduta la vera giudicarono i giornalisti di Roma che l' inno fosse di Paolo Diacono, il quale disse parimenti nell' inno di san Giovanni Battista, *Ne levi saltem maculare vitam Famine posses.* Qui *flamine* è per *afflatu*, e s' intende dello Spirito Santo.

[b] *Profari* ha il cod. beneventano, gli altri *fateri*, che non si addice a *præmio*.

[c] *Præmia* in tutti i codici, e per sinalefe sta per *præmia* da πρεσίμια, atticamente φρσίμια, e non già per *proœmia*, come pensarono i giornalisti; ed è bene, che i lessicografi latini lo distinguano da *præmium*.

[d] *Cruentæ* ha il cod. beneventano, *veterne* i due cassinesi per *veternæ*, all' opposto *æternæ* per errore il sublacense e il farfense. Forse *veternæ* è la vera lezione, ma non conosco esempi di questo addiettivo.

[e] *Perempto* ha il cod. beneventano, gli altri *retento*. La correzione *redempto* non ha fondamento.

[f] *Hausto* è lezione di tutti i codici dell' inno, e sta bene.

[g] *Viro* da *virus*, *veleno*, è di Lucrezio. I codici dell' inno hanno *virus* per errore che non si può difendere.

[h] *Draconis* ha il cod. beneventano, ma sembra glossa di *chelydri*. Chi vuole, ritenga *Draconis*, che sta bene.

[i] *Et repens* ha il cod. beneventano, gli altri *irrepens* con lezione contraria al metro. *Repens* sta benissimo per *repente*.

Rerum misertus sed Sator, inscia
Cernens piacli viscera Virginis,
His ferre mortis crimine languido
Mandat salutis gaudia sæculo.

Emissus astris Gabriel innubæ[a]
Æterna portat nuncia Virgini :
Verbo tumescit latior æthere
Alvus replentem[b] sæcula continens.

Intacta mater virgoque fit parens :
Orbis creator nascitur[c] innubâ[d] :
Hostis pavendi sceptra remota sunt :
Toto[e] refulsit lux nova sæculo.

Sic virginalis vincula permanent
Pudoris[f], exit dum thalamo potens :

[a] *Innubæ* ha il cod. beneventano col farfense ; gli altri *in nube* per errore contrario al metro. *Innubus* addiettivo simile a *pronubus* sta per *innuptus*, che Prudenzio adoperò più volte parlando di Maria, e così S. Agostino e S. Gregorio, senza negare che Maria fosse sposata a san Giuseppe. Il senso è chiaro.

[b] Il cod. beneventano ha *replente* senza *m* con gli altri codici; ma la correzione è facilissima e necessaria.

[c] Qui grosso errore contrario al metro prevalse ne' codici, i quali hanno *ortus in nube est*. La correzione è forte, ma necessaria ; ed è suggerita dal primo verso della strofa quinta. — Codices tamen cassinenses, quorum exemplaria debeo humanissimis curis R^mi P. D. Pappalettere, Monasterii ad S. Paulum extra muros Abbatis, non legunt *ortus in nube est*, sed *ortus in orbe est* (vid. sup. pag. 35) ; et hæc lectio satis prospicit rationi metricæ, prouti patet ex postremo versu primæ strophæ, qui est ejusmodi : *Orbi peremplo reddita vita est*.

[d] Vedi la nota *a*.

[e] *Toto* ha il cod. beneventano, *tota* gli altri per falsa correzione di *toto* invece di *toti* non creduto regolare dai grammatici.

[f] I codici *prodit pudoris*, turbando il senso. *Pudoris* dee necessariamente precedere, e non è contraria a questo metro la prima breve.

Mansere clausæ fortius [a] et [b] fores
Intrante Verbo [c], quas sera [d] vinxerat.

Hoc signat ædis janua non patens,
Quam celsa vatis visio prodidit,
Soli tremendo pervia principi,
Mansura nempe clausa perenniter.

Sit Trinitati [e] gloria, et [f] unicæ
Virtus [g], potestas summa potentiæ
Orbem replenti [h], quæ Deus unus est
Per cuncta semper sæcula sæculi.

Chiunque legga con attenzione quest' inno, s' accorgerà che egli è di tempi migliori che i tempi di Paolo Diacono, et vi riconoscerà di leggieri lo stile antiquato, manierato, e coturnato di santo Ambrogio, specialmente in un' ode alcaica sua propria. Paolo Diacono, quantunque abbreviatore di Festo, non avrebbe saputo il vero senso delle voci *veternus*, *chelydrus*, *innu us*, che Festo non ha.

Due parole su la strofa, in cui si trova chiaramente espresso l' Immacolato Concepimento di Maria. L' antitesi o contrapposizione dei due primi con gli altri due versi è prova invincibile, che l' autore fù persuaso di questa verità. Anzi l' immunità dalla

[a] I codici hanno *arctius* contro il metro.

[b] *Et* ha il cod. beneventano, *ut* gli altri confondendo il senso.

[c] *Verbo* ha il cod. beneventano, *Deo* male il farfense contro il metro, gli altri *demum* per falsa correzione di *Deo*.

[d] *Sera* per serratura, e non per *serra* sega. Le due voci si scambiano.

[e] *Trinitatis* ha il cod. beneventano, gli altri *Trinitati*.

[f] Manca l'*et* ne' codici, ma è richiesto dal metro e dal senso.

[g] Il cod. beneventano ha *Laus*, ma dopo questa voce dovrebbe allora aggiungersi *et*.

[h] Gli altri codici hanno *Regnum retentans :* il beneventano *Orbem complenti*, con *æterni* per *semper*.

colpa comune è data per rimedio, e l' immacolata carne della Vergine per acconcio istrumento di salute. Egli è dunque incontrovertibile, che l' autore dell' inno e le chiese che lo cantavano, riconoscevano questo singolar privilegio della Vergine immacolata.

DE CONSTITUTIONE

QUAM S. M.

BENEDICTUS XIV

PROMISIT AC PARARI JUSSIT

CIRCA

IMMACULATAM DEIPARÆ CONCEPTIONEM.

Quandonam, et cur adumbratum fuerit hoc Constitutionis seu Bullæ schema, idem ille, qui jubente Benedicto XIV ipsum descripsit, in prologo, ut videre est inferius, enarrat. Illud autem heic inserendi non una caussa fuit.

I. Quia cum in Commentario probandum mihi proposuerim, Romanis maxime Pontificibus deberi, quod fides Immaculatæ Conceptionis Deiparæ tam late per Ecclesiam diffusa sit, tamque alte fidelium insita mentibus inhæserit; opportunissimum contingit, ut plurimam ea de re supellectilem, quam brevitas ibidem congeri non sinit, heic lectori offerre possim.

II. Quia hinc satis apparet, quo loco apud Apostolicam Sedem hæc controversia habita sit. Quamquam enim, Deo in arcanis sapientiæ suæ consiliis ita disponente, res ad exitum perducta non fuerit; attamen quisnam Romanæ Ecclesiæ atque Apostolicæ Sedi sensus inesset, ex hisce manifesto liquet.

III. Quia palam hinc fit, quantum ponderis ad rei veritatem et evincendam et confirmandam insit superioribus Sedis Apolicæ Actis. Censuerat nempe Benedictus XIV, in edenda ejusmodi Constitutione non esse discedendum a consuetudine, Romanæ Ecclesiæ Præsulibus familiarissima, ut quoties de re gravis momenti statuendum sit, Decessores suos, ut ita dicam, interrogent atque appellent, eorumque vestigiis se insistere profiteantur. Quæ quidem œconomia efficit, ut dum Pontificem loquentem audimus, ita ad Prædecessores rapidissimo intuitu assurgamus, ut non consistamus demum nisi in iis qui, ut Tertullianus inquit [a], felici huic Ecclesiæ totam doctrinam cum sanguine suo profuderunt, atque, ut alibi idem habet [b], *Evangelium sanguine quoque suo signatum reliquerunt*. Quod itaque Benedictus XIV ad Acta Decessorum appellandum duxerit, abunde significavit, non modo ea, quæ constituere ipse vellet, ab eorum sensu non esse difformia, verum perspexisse se, in iisdem Actis velut in semine sat contineri, quo de eadem controversia expresse decerni quidpiam ulterius posset.

Prologum Constitutionis italice a P. Budrioli [c] exaratum, ne quid nativæ ejusdem simplicitati detractum videatur, italice dandum censui.

Siegue ora, che qui si spieghi quello, che nel sopraddetto mio biglietto del 16 Ottobre 1742 al Papa io accennai della Bolla che aveva promesso di fare per l' Immacolata Concezione : la quale ho detto, che ci darebbe l' argomento della seconda controversia.

[a] *De Præscript.* cap. XXXVI.

[b] *Adv. Marcion.* lib. IV, cap. V.

[c] P. Budrioli Soc. Jes. quinque spississimis voluminibus, quæ mss. servantur, plurima de immac. Deip. Conceptione collegit; quæ tamen ad tempora pertinent recentiora, cum hæc controversia jam exarserat. Inde hæc mutuatus sum.

Nel 1 Decembre del suo Pontificato, non avendomi egli peranche assegnato giorno fisso della settimana per andare da lui, e però potendo io scegliere il giorno, che volessi; andai a bella posta nel giorno dell' Immacolata. E dopo aver discorso di tutto quello, che occorreva : Padre Santo, dissi, la solennità di questo giorno mi suggerisce di ricordare a V. S. due cose. L' una è, che in tutta la Chiesa cattolica non vi è fedel cristiano, che abbia più bisogno d' essere aiutato, e protetto da questa gran Signora, che chi è capo di essa Chiesa, come è ora V. Santità. E questo, egli rispose, esser verissimo, per i continui, e gravi emergenti nel governo della Chiesa universale.

E l' altra (soggiunsi) è, che per meritarsene l' aiuto, e protezione, non dubito, che V. S. anderà facendo varie cose ad onor suo; e già mi ha detto, che pensa di rifare a S. Maria Maggiore nobilmente il portico, e la facciata, impiegandovi anco i ventimila scudi, che degli arretrati delle Chiese colà vacanti Le dà il Re di Portogallo : e voglio credere, che questa sarà la prima, ma non l' ultima spesa, che farà per abbellire quella sua primaria, e gran Basilica. Tutto va bene; ed ella tutto gradirà : ma non mai tanto, quanto, se V. S. pigli a favorirla in questo punto dell' Immacolata sua Concezione. Nella maniera, che una principessa novella, e non per anco trattata come tale, a cui taluno andasse mandando in regalo vezzi, gioielli, smaniglie, anelli, e pendenti per altro preziosissimi, non li gradirebbe mai tanto, quanto se nel mandarle non più che quattro pere nel soprascritto del biglietto le desse il titolo d' *Eccellenza*, contrastatole da qualcheduna delle più antiche principesse. Gli altri pregi della Madre di Dio stanno in pace; questo solo ancor ha qualche contrasto, benchè da pochi, anzi pochissimi, ed universalmente nella Chiesa così mal tollerati, che per ordine di Papa Gregorio XV, degno Predecessore e paesano ancora di V. S., sono costretti a non parlare, o parlando, a non dare alla Concezione di lei altro titolo, che d' Immacolata.

In questo contrasto incominciò gia Papa Sisto IV, ed hanno proseguito, chi più, e chi meno, i Successori suoi a favorirla : perciocchè *tutti i Sommi Pontefici* (disse il P. Vincenzo Giusti-

tiniano Autist dottissimo Teologo Domenicano), *che da Sisto IV in qua governarono la Chiesa, hanno favorito molto, e fatte molte grazie a coloro che tengono nostra Signora concetta senza peccato originale; ed al contrario non si troverà un Papa, che abbia fatto la minor cosa del mondo, in favore della contraria opinione.*

Ed Alessandro VII (che più di tutti l' ha favorita) mentre stava ordinando la celebre sua Bolla, fattosi porre sul tavolino tutte le Bolle, i Brevi, Decreti, e Rescritti de' suoi Predecessori; venendo poi sovente i contrarii per disturbarlo dall' impresa : Vedete voi (diceva) lì quel monte? Tutto questo hanno fatto a favore dell' Immacolata Concezione i miei Predecessori : ora volete voi, che sia il primo io a fare in disfavore? E con ciò levavaseli d' attorno.

Ma prima di lui si era Paolo V in altro modo dall' importuna loro vessazione liberato. Avendo il Cardinale Montalto fabbricata nel 1613 ai Minori Osservanti di Frascati una Chiesa in onore dell' Immacolata, e scritto a grandi lettere nella facciata : *Ave Virgo sine peccato originali Concepta;* piacque molto questa iscrizione a molti, ma particolarmente al Papa, che andando spesso a villeggiare colà, ogni volta che la vedeva, ne mostrava gusto, e divotamente la Madonna, come tale, chinando il capo, salutava. Altrettanto però dispiacque ad alcuni, che non potendola vedere, andarono a farne con S. Santità lamento, e istanza, perchè si rimovesse. Uditili pazientemente il Papa : vedete (disse loro sorridendo) siano i frati, o il Cardinale, che nella facciata di quel Tempio abbia così scritto; anche esso dirà come Pilato : *Quod scripsi, scripsi;* e forse ancor qui potrebbe dire S. Agostino : *Ideo ille, quod scripsit, scripsit, quia Dominus, quod dixit, dixit.* E non vorrà scrivere altrimenti; perchè pare, che non altrimenti della Concezione di sua Madre parli, e dica Iddio. Ma voi altri fate così, e rendete loro la pariglia. Trovate voi pure un Cardinale divoto, che di rimpetto a quello alzi alla Madonna vostra conceputa, come dite, in peccato originale, un altro Tempio; e scrivetegli in fronte a caratteri anco più grandi : *Ave Virgo cum peccato originali Concepta.* Non so però, se vi

sarà facile trovar chi spenda per farvi tal Chiesa, scrivendo il P. Giustiniani, poco fa gran Teologo dell' Ordine vostro nella Spagna, che « *in onor dell' Immacolata Concezione tutto il* « *mondo è* pieno di Tempii, ed Altari : laddove niuno insino « ad ora si muove a fabbricar, non dico un intero monastero, o « chiesa, ma neppure un' imagine in protestazione, che la Ma- « donna fosse Conceputa nel peccato *Originale*. » Pur fate diligenza, industriatevi, e vedete, se vi riuscisse d'indurre almeno il Cardinal vostro Protettore a farvi questa fabbrica. Intesero ben' essi, che questo era come un dire : *Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur;* perchè quando anche a proprie spese fabbricassero un tal Tempio; niente meno, che quello di Gerusalemme, a furia di popolo verrebbe subito distrutto; onde passarono ad altro, nè mai più parlarono di questo. E qui di ancora io presi occasione di addure a S. Santità qualche altro motivo prudenziale, che attesa la naturale sua propensione, a me ben nota, doveva in lui fare impressione.

Ma molto più è da credere, che in quel suo giorno dal cielo si aiutasse la Madona stessa (alla quale io pure nel salire le scale di palazzo ero andato raccomandando la sua causa) e toccasse il cuore al Papa ; perciocchè alzatosi da sedere battè colla mano sulla tavola, e disse queste precise parole : *Sì, lo vogliamo fare* : studiate quello, che si possa fare (senza però venire a formal difinizione), e proponetelo; che, se si avrà da fare per Breve o Bolla, vogliamo, che la stendiate voi.

Indi a qualche settimana interrogandomi egli poi se avessi finito di studiare su questo punto, io risposi di nò ; perchè anco la sola scelta di quello, che paresse più da proporsi in materia così grave, e contenziosa, richiederà non pure molto studio, ma gran consiglio ancora, e matura deliberazione.

Tornò dopo alcune settimane di suo proprio moto a fare istanza, che se fossi in grado di proporre, proponessi ; ma non cosa, che si avesse a decidere da credersi di fede. Io veramente avrei voluto piuttosto porgli sotto l' occhio questa proposizione in iscritto, e ben giustificata, acciò potesse considerarla meglio,

e risolver più accertamente. Ma perchè per una parte egli non mi dava tempo, e per l' altra io avevo già fermato dentro di me quello, che parevami da proporsi, informandolo brevemente in voce : io propongo, dissi, che a favore dell' Immacolata Concezione V. Santità per Bolla non faccia più, nè meno di quello che S. Pio V., Papa Domenicano, per essa fece, già ordinandone l' officio ; cioè, che siccome S. Pio prescrivendo a tutta la Chiesa, sì per la Concezione, che per la Natività della Madonna un istesso officio, con questa egualità venne per via di fatto a dichiarare, che non meno l' una, che l' altra, era da celebrarsi nella Chiesa : così V. S. per via di Bolla si degni di dichiarare, che siccome celebrandosi nella Chiesa universale la Natività di Lei, non può prudentemente dubitarsi, che nascesse santa ; così parimente celebrandosene nella Chiesa istessa la Concezione, non può altresì prudentemente dubitarsi, che santa fosse conceputa.

E soggiungo, che siccome dal celebrarsi nella Chiesa la Natività, e però dal non potersi della santità nel nascer suo prudentemente dubitare, che santa nondimeno ella nascesse, non è, nè sarà mai articolo di fede, insino a tanto che la Sede Apostolica, o un Concilio generale non proponga da credersi di fede : così dal celebrarsi ugualmente nella Chiesa la Concezione, e però dal non potersi altresì della santità nel suo concepirsi prudentemente dubitare, che santa nondimeno ed immacolata ella fosse conceputa, non è, nè sarà mai articolo di fede, finchè da credersi di fede non lo proponga la S. Sede, o un Concilio Ecumenico.

Con che V. S. ben vede, che non verrà a fare veruna definizione, o dichiarare alcun articolo di fede ; ma solo a torre dalla Chiesa una difformità, e incoerenza, che non par da tollerarsi, qual è questa, che non potendosi, come colla commune de' Dottori insegna puranche V. S., prudentemente dubitare della finale santità, non dirò di un santo solennemente canonizzato, ma beatificato solamente, *per æquipollens*, del quale non per precetto rigoroso, ma per mera permissione della Sede Apostolica si celebri, e non in tutta la Chiesa, ma in un angolo di essa, ne solamente con festa comandata, e sotto rito doppio con ottava,

ma pur anche solamente sotto rito semplice : si possa poi prudentemente dubitare della prima santità, o Concezione Immacolata della Madre di Dio, della quale, non per mera permissione, ma per precetto rigoroso della Sede Apostolica si celebra, e non in qualche parte, ma in tutta quanta è la Chiesa Universale, festa di precetto, e sotto rito doppio con ottava : e tutto questo poi dopo che la Sede Apostolica medesima colla penna d'Alessandro VII dichiarò, quella, che in tal giorno nella Chiesa si celebra, si onora, si festeggia, essere la prima santità della Madre di Dio preservata dal peccato originale in quel primo istante, che l' anima di Lei si unì al corpo. Che di questa, dico, sua prima santità si possa ora prudentemente dubitare, non pare, che sia più da tollerarsi, anco al parere del precitato maestro e gran Teologo Domenicano, il quale dice, che, « *siccome, benchè non* « *costi finora che il* B. S. Rocco sia stato mai solennemente ca- « nonizzato, con tutto questo però, per aver egli in quasi tutta « l'Europa chiese o cappelle, o immagini in vista de' Vescovi, « de' Cardinali, del Papa, niuno cerca, o aspetta, che solenne- « mente si canonizzi, per venerarlo : così sarà cosa d' ingegni « candidi, e cuori nobili, e volontà pie non aspettare determi- « nazione di concilio, o decreto di Papa, per seguir l'opinione « di cui parliamo, sapendo tutti i Prelati nella Chiesa, che in « onor di essa (Immacolata Concezione di Maria) è pieno il mondo « di Tempi, e di Altari in troppo maggior numero, che non sono « *quelli di S. Rocco.* »

È il Papa uno de' maggiori, ingegni che io abbia mai conosciuto in vita mia, sottile, chiaro, celere, comprensivo, e che ove non sia preoccupato da contrario affetto, in ogni genere di cose piglia subito, e afferra il punto. Onde nè pure tutto questo egli mi lasciò dire, nonchè aggiungere altro del molto, che mi rimanea da dirgli a fine di persuaderlo; ma da questo poco mostrandosi già pienamente persuaso, nel suo giardino, dove allora passeggiava (Deus scit, quod non mentior), *ci vengo* (mi rispose) *ci vengo;* anzi (aggiunse) *mi par poco;* e senz' altro mi ordinò di stendere la Bolla.

Nè io tardai punto a cominciarla, ma parte perchè S. Santità varie altre cose, secondo le occasioni, mi andava commettendo, parte perchè in questa io proposi, ed egli approvò, che nella parte procmiale della Bolla, non solo si accennasse, ma distintamente si esponesse quanto a favore dell' Immacolata Concezione sino a quell' ora disposto avevano tutti i Suoi Predecessori, affinchè apparisse con quanta ragione poi egli vi aggiungesse questa sua dichiarazione; e parte in fine, perchè, sebbene S. Santità non avea bisogno, che le si giustificasse questa Bolla, ne avrebbero però, e pur troppo, bisogno quelli, per le cui mani aveva da passare, acciò non si opponessero : io non potei avere tutto questo all' ordine, che sul principio di Giugno.

Nel qual tempo scrivendo ancora per altre cose al Papa in Castel Gandolfo, dove allora villeggiava, e fra l'altre dicendogli, che mi trovavo attualmente indisposto per vigilie, e per febrette, soggiunsi : « e perchè ho qualche, e più che qualche dubbio, « che queste disgrazie mi vengano per aver differito, e pos- « posto a tante altre faccende commessemi quella, che dovea « preferirsi, della Madonna ; ecco qui libero la fede datale, e in « non molti fogli presento a V. S. ristrette non piccole fatiche. « Ella farà poi quello che Iddio le ispirerà, o più veramente le « ispirò già, quando nel giorno istesso festivo dell' Immacolata « sua Concezione, compiacquesi ordinarmi, che studiassi per « essa, e digerita la materia, proponessi; e indi a non molto ap- « provando quello, che le proponevo, mi ordinò di stenderne la « Bolla, che le mando, e non comunque, ma (con quanta fatica, « e diligenza lo sa Iddio, e la Madonna) per ogni verso così ben « giustificata, che nè V. Santità, nè altri, che l' abbiano a vedere, « potranno, credo, richiedere di più. A me basterà di avere ub- « bidito, e fatto, che non istia per me, che questa gran Signora « non riceva dalla S. Sede quell' onore, che per giustizia gli si « deve, sicuro, che da lei avrò il premio delle mie *povere* « *fatiche.* »

Dubitando poi, se la S. Santità fosse per aver tempo di vedere, oltre alla Bolla tutta questa gran giustificazione, che insieme le mandavo, stimai bene di ridurgli a mente almeno quello per cui

mi parve, che principalmente si fosse mosso ad ordinare questa Bolla, col seguente memoriale.

BEATISSIMO PADRE

Insegnando V. Santità, nella degnissima opera sua *De Canoniz. SS. lib. I, c. 42* coll' autorità di molti e gravi Dottori, che quantunque la Santità nell' ultimo istante di uno beatificato dalla Sede Apostolica, anche solo *per æquipollens, v. g. per declarationem cultus immemorabilis*, non sia certa di fede; nulladimeno « certum est *a nota temeritatis* immunem eum non futurum, qui Summum Pontificem errasse contenderet in hoc aut illo casu, etc., *nec sine temeritatis* nota licitum est venerabili Romani Pontificis judicio refragari, *etiamsi tantum permittenti.* »

I devoti dell' Immacolata Concezione della Madre di Dio, che sono molti, ma particolarmente quelli che a V. S. già sono noti, se bene sull' autorità dei Dottori, e per qualità, e per numero ancora molto più riguardevoli, potrebbero pretendere canonizzata già da questa S. Sede la Santità nel primo istante, se non *formaliter et per definitionem*, almeno *æquipollenter*, e ciò non solo *per Missam et Officium toti Ecclesiæ præceptum*, nel qual modo insegna V. S. nel cap. 41, essere stati dalla S. Sede *canonisatione æquipollenti* canonizzati li SS. Romualdo, Norberto, Brunone, Pietro Nolasco, Raimondo Nonnato, Giovanni di Mata, Felice di Valois, Margherita di Scozia, Stefano d' Ungheria, Venceslao di Boemia e Gregorio VII; ma inoltre (dopo la Costituzione di Papa Clemente XI di glor. mem.) *per Festum in universa Ecclesia de præcepto.*

Si contentano nondimeno solamente di supplicare, che V. S. si degni almeno riporre la certezza della prima santità della Madonna, benchè non sia di fede, in quel grado di certezza, nel

quale a giudizio di V. S. stessa si ripone la finale Santità non de' Canonizzati, ma de' Beatificati solo dalla S. Sede non più, che *per æquipollens*, e dichiarare, che dopo un tal giudizio della S. Sede medesima, dependentemente da tanti esami, e riesami sopra ciò, non si possa prudentemente dubitare di essa santità, e molto meno negarla; *nec sine temeritatis nota licitum sit venerabili Romani Pontificis judicio refragari, non alicubi modo permittenti, verum etiam ubique per Ecclesiam præcipienti Missam et Officium, et Festum duplex cum octava* : nel modo che V. S. *suprad. cap.* 42, *et in Annot. ad Festum Assumpt. n.* 115, e con Lei tutti affatto i Santi, e Dottori, e Teologi della Chiesa concordemente insegnano, non essere definito, nè di Fede, che l'istessa Madre di Dio nascesse santa, o fosse nel Tempio presentata, o col corpo ancora fosse assunta in cielo; ma però, dopo istituite dalla S. Sede per tutta la Chiesa tali feste, tutti pure ad una voce aggiungono, che non può senza temerità veruno dubitarne.

Tutto questo, ed altro più ancora, vedrà V. S. nell' annessa giustificazione della Bolla (che d' ordine suo, e secundo la sua mente si è distesa, e quì Le si presenta) pienamente provato. E però degnisi avvertire, che non viene supplicata qui tanto di grazia quanto di giustizia : non celebrandosi dal primo dì dell' anno sino all' ultimo in tutta la Chiesa di Dio Festa di verun' altra cosa capace di Santità, come l' è la Concezione della Madre di Dio, niente meno, che lo sia la sua Natività (che però S. Pio V ne ordinò per amendue un istesso uffizio, che dice *Sanctam Nativitatem*, e parimenti *Sanctam Conceptionem*). la quale nel concetto comune de' Fedeli non sia almeno in tal grado certamente santa. Al qual paragone riflettendo un pio e dotto Teologo, si duole colla S. Chiesa di questa quasi poca coerenza con dire : *Sed nescio, quo jure, cum totam suam vim servet consuetudo cum Sanctis particularibus, non tueatur illam in causa SS. Mariæ Sanctæ Sanctorum. Jo. Euseb. Nieremberg. de Sanctit. Fest. Concept.* § 7.

E sperano gli Oratori, che siccome a Monsig. Ludovico Crespy Borgia, Ambasciadore di Spagna per l' Immacolata Concezione,

dicendo Alessandro VII nella prima udienza, che gli diede : *Nella Chiesa di Castel Gandolfo Noi la teniamo con questo titolo e facciamo ivi orazione con gran gusto nostro*, soggiunse l'Ambasciadore : E certo B. Padre, che l'orazione di V. B. alla purissima Concezione nell'immagine di *Castel Gandolfo* mira alla santità del primo istante; or questo appunto è quello, di che supplica il mio Re : ed ottenne poi colla bramata Bolla l'intento suo, secondo che nella vita di lui racconta Gio. Marciani nell'Istoria della Congregazione dell'Oratorio T. V, L. I, C. 22.

Così orando adesso con egual gusto V. S. innanzi all'immagine medesima in Castel Gandolfo, ben presto si troverà disposto per fare non meno ad essi oratori questa grazia, che all'istessa Madre di Dio questa giustizia : la quale anch'Essa però riceverà per grazia : e in ricompensa dal suo divino Figliuolo le otterrà un lungo e prospero Pontificato, siccome del Pontefice precitato potè con verità scrivere il suo Teologo : « Unum affirmo, SS. D. N. Alexandrum antea *incerta valde valetudine* usum, et sæpius per eam impeditum in suis functionibus, *ab* 8 *Decembris*, *quando Constitutioni in favorem Immaculatæ Conceptionis editæ subscripsit, hucusque constanter valuisse quam optime, omnesque functiones Pontificias obivisse.* » Quod Deus ejusque Mater etc.

SCHEMA CONSTITUTIONIS

DE

IMMACULATA DEIPARÆ CONCEPTIONE.

Mulierem pulchram, ut Luna, electam, ut sol, quin et sole ipso amictam, stellarumque duodecim serto coronatam, stellæne solummodo nocturnæ, ut puerum olim Joseph, adoraverint; an ut primum tanta in luce apparuit, laudaverint simul astra matutina, quod nempe suum veluti Tabernaculum sanctificans Altissimus mane diluculo, et non sero, eam adjuverit, quæ de hoc nostro quidem deserto ascendit, sed gratiæ deliciis affluens innixa super dilectum suum : Aurora consurgens primamne diei suæ lucem diviserit a tenebris, an ipsa quoque prodierit caligine, tanquam infantiæ pannis, obvoluta : Hortus, licet undique conclusus, antiquo nihilominus patuerit serpenti : Fons, tametsi signatus, veneno illius fuerit infectus; terraque, olim germinatura Salvatorem, divinæ prius maledictioni fuerit subjecta; cum illa, quæ spinas et tribulos datura erat, quando primus homo, pater orbis terrarum simul et eversor, a Deo factus est, necdum esset maledicta; ipsa vero inter mulieres dicatur benedicta, et benedictum etiam fructum allatura : Arca, ad humanum genus universum ab inundantis peccati diluvio eripiendum fabricata, num supernataverit, an ipsa etiam cum aliis fuerit misere submersa; et quæ non manna, non legis tabulas, non virgam Aaron, sed panem de cœlo vivum, ipsumque

legislatorem, et florem de radice Jesse sinu suo gestatura et editura erat, putrido fuerit ex ligno, et non ex tabulis Sethim imputribilibus compacta : Et qui deinde natus ex illa, non pullo, nisi super quem nemo adhuc hominum sederat, imponi, nec nisi syndone munda vel mortuus involvi, nec nisi novo in monumento, in quo nondum quisquam positus fuerat, sustinuit vel triduo jacere, nasciturus, in sinu, quem olim anguis tartareus fœdasset, non ægre tulerit novem mensibus morari : Et qui plusquam Salomon erat, lignum sibi, plumbeumque solium construxerit; cum sapiens ille sibi struxerit quale in universis regnis non fuit, candido ebore, atque auro præfulgido conspicuum : Ac sapientia ipsa sibi domum apud nos ædificans, in eaque columnas septem, quibus fulciretur, juxta septiformem Spiritus Sancti gratiam excidens, fundamenta ejus luteam super arenam, et non in montibus sanctis posita voluerit; cum tamen Domum Dei deceat in longitudinem dierum, atque adeo perpetua sanctitudo : An denique pro regina etiam sit, quæ pro omnibus est constituta lex paternæ labis contrahendæ; cum vere non inter, sed super omnes sit Regina; et quæ nec primam similem visa est, nec habere sequentem, sicut ceteri tamen hominum dicere debuerit : *In iniquitatibus concepta sum, et in peccatis concepit me mater mea;* longa profecto, et gravis in Ecclesia Dei quæstio fuit, magnis etiam animis, nec facile cedere paratis utrinque agitata, cum utrique obsequium se præstare Deo, ejusque Matri arbitrentur; ii præsertim, qui sine macula conceptam pie sentiunt : rati divinæ probari Sponsæ studiosam defensionem omnimodæ illius puritatis, qua sponso, qui pascitur inter lilia, una præ aliis placuerit; quippe cui, et aliæ, quibus abstersa labes fuerit, placent utique, sed minus; ut proinde mirum non sit, si uni præ aliis dicat : *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.* Et, *Sexaginta sunt reginæ, adolescentularum non est numerus; una est columba mea, perfecta mea,* macula nimirum carens, non quod lota sit, sed quod non habuerit unde lavaretur. Itaque illam existimant divitias, quibus una supergressa est universas, coronam, annulum, sceptrum, purpuram, et reliquum ornatum, quo adstat a dextris

sponsi sui Regina in vestitu deaurato circumdata varietate, facile daturam, ac fore ut malit non esse Angelorum Regina, quam vel puncto temporis mancipium Diaboli; non fuisse in thalamo nuptiali Virgo, quam in sinu matris vel uno momento minus pura; non esse Mater Dei, quam aliquando iræ filia : ceterorumque sibi a Deo gratis collatorum munerum, facere jacturam, quam primævæ Sanctitatis : quod præoptandum sit, plagam non accepisse, quam cicatricem ejus, vel acu phrygia pictam exornari, non habuisse maculam, quam ejus umbram vel gemmis et unionibus distinctam illustrari, ac numquam non fuisse amicam Deo, quam post inimicitiam quantumlibet brevem, redintegrata, et aucta etiam in immensum gratia cumulari; abituram denique, ac, prudentis negotiatoris instar, omnia, quæ habuerit, venditurum, ut emat pretiosam istam primæ ac perpetuæ gratiæ margaritam.

In qua quidem quæstione, sicut olim cum inter cognatos et vicinos ex una parte, et matre Elisabeth ex altera orta esset lis de nomine, quo recens natum Christi Præcursorem placeret appellari; quod illi quidem contenderent vocandum nomine patris sui Zachariam, ista vero nequaquam, sed Johannem seu donum gratiæ (cujus ille potius quam sterilis naturæ filius nasci videbatur), tametsi nemo erat in cognatione sua qui hoc vocaretur nomine, nuncupandum judicaret : ad mutum Patrem, simulque sacerdotem Zachariam appellatum est, qui cum eloqui non posset, postulato pugillari scripsit, Johannem esse nomen ejus : qua sententia statim illa omnis altercatio conquievit.

Ita cum de imponendo Conceptioni Virginis nomine inter Fideles numquam hactenus convenerit, quod quibusdam, usque a B. Bernardi tempore, hæc, utpote Adami filiæ Conceptio, nomine Patris sui maculata, aliis autem tanquam Dei Matris conceptio, immaculata et sancta, novo licet in Adami familia vocabulo, appellanda videretur : quos B. Doctor reprehendisse fertur, quod novi tunc Festi celebritatem, inconsulta Sede Apostolica, aris inferentes, illius quodammodo sententiam prævenirent; paratus tamen et ipse, si quid aliter saperet, ipsius judicio emendare : hinc sæpe ad Summum Ecclesiæ Sacerdotem

ac familiæ Christianæ Patrem, Romanum Pontificem recursum est, et controversiæ dirimendæ causa, ejus oraculum quæsitum.

Quem quidem Divina Providentia diu mutum tenuit, ne scilicet, probata cito sententia, communis Fidelium in Virginem Pietatis, dantis ei, quod poterat non dare, voluntarium, atque incoactum studium exstingueret. Donec tempore præordinato Romani Pontifices fel. re. Prædecessores Nostri pugillarem et ipsi postularunt ad scribendum. Nam dum tempus affuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, ignis magnus etiam in ipsorum cordibus accensus est : ut deinceps, prout, dempto quasi paulatim atque per partes velo, divinum se arcanum reserabat, gradatim et ipsi Pontificio calamo describerent Ecclesiæ.

Igitur Sixtus Papa IV sua perpetuo valitura, et juri canonico inserta jam Constitutione *Cum præexcelsa* dat. Romæ apud S. Petrum III Kal. Maii 1476, dignum, quin potius debitum reputans universos Christi fideles, ut omnipotenti Deo de immaculatæ Virginis mira Conceptione gratias, et laudes referrent, et instituta propterea in Dei Ecclesia Missas, et alia Divina Officia dicerent, et illis interessent, indulgentiis, et peccatorum remissionibus invitare, Festum ejus (quod ipse anno deinde 1480 cœpit Pontificali etiam, ut ex antiquis Diariis constat, Cappella celebrare) instituit cum Officio et Missa, cujus oratio erat : *Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem* etc., iisdemque cum Indulgentiis, quæ pro Festo Corporis Christi ejusque octavis a suis Prædecessoribus fuerant concessæ. Ac simili Constitutione *Grave nimis*, dat. ibid. prid. Non. Sept. 1483, cum S. Romana Ecclesia de Virginis Conceptione publice Festum celebraret, et speciale, ac proprium super hoc Officium ordinasset; assertiones affirmantium, omnes illos, qui tenerent et assererent, gloriosam et Immaculatam Dei Genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos, ejusdemque Immaculatæ Conceptionis Officium celebrantes, audientesque sermones illorum qui eam sine hujusmodi macula conceptam esse affirmabant, peccare graviter, utpote falsas, et erroneas, et a veritate penitus alienas, editos-

que libros id continentes, motu proprio reprobavit, et damnavit sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ : simili pœnæ subjiciens eos, qui ausi essent asserere, contrariam opinionem tenentes hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum id nondum esset a Romana Ecclesia, et Sede Apostolica decisum.

Innocentius Papa VIII Const. *Inter innumera*, dat. ibidem pridie Kal. Maii 1489, monasterium sub invocatione Conceptionis in civitate Toletana erigi mandavit cum proprio habitu, et Officio cum antiphonis, versiculis, capitulis, et orationibus de illa, et variis Indulgentiis aliisque privilegiis.

Alexander Papa VI Const. *Illius qui*, dat. ibidem 8 Kal. Martii 1502, ad removenda scandala non modica, Sixti IV decretalem *Grave nimis*, insertam, motu proprio confirmavit, ac donec per Sedem Apostolicam aliter decisum, et ordinatum foret, ejus observantiam prælatis omnibus curandam injunxit, pœnis in transgressores aggravatis, et invocato etiam ad hoc, si opus esset, auxilio brachii sæcularis.

Julius Papa II Constitut. *Dum præclara*, dat. ibidem sub annulo Piscatoris 10 Julii 1510, quasdam Indulgentias largitus est Christi fidelibus, in regno Castellæ constitutis, vere pœnitentibus, et confessis, qui imaginem Beatæ Mariæ, et Unigeniti ejus Filii, quam dilectæ in Christo filiæ moniales Ordinis Sanctæ Conceptionis Toletanæ in scapulario, et homines in pectore deferre consueverant, deferrent, et novies salutationem angelicam devote recitarent. Et Const. *Ad statum prosperum*, dat. ibid. 15 Kal. Oct. 1511, auctoritate Apostolica laudavit, approbavit, et confirmavit Ordinem Conceptionis a Beatrice de Silva institutum, in propria ejus regula monialibus præscribens, ut Dei Genitricis Immaculatam Conceptionem venerantes, hac formula voverent : *Ego soror N., ob amorem et servitium Domini nostri et Immaculatæ Conceptionis ejusdem Genitricis, voveo et promitto* etc. Atque ut gloriosæ Virginis piis in cordibus augeretur devotio purissimæ Conceptionis, eumdem voluit Cardinalem hujus, et Ordinis Minorum esse protectorem. Jussit eas omnibus festis simplicibus, et dominicis non primo ponendis, dicere

Officium Conceptionis, cum commemoratione dominicæ, juxta formam breviarii Ordinis ad hoc illis deputati, minus autem Officium Conceptionis dicere secundum quod sibi moris erat. Adjecitque facultatem, tempore interdicti auctoritate ordinaria appositi, in eodem monasterio Missas, et alia divina Officia, apertis januis in festo Conceptionis, excommunicatis dumtaxat exclusis, celebrandi.

Leo Papa X Const. *Supra gregem dominicum*, dat. ibidem sub annulo Piscatoris die 22 Maii 1517, cum festum Conceptionis in Hispania singulari in veneratione haberetur suprad. statutum, et ordinationem Sixti IV circa festum, cum Officio, et Missa, et Indulgentiis, auctoritate Apostolica extendit, et ampliavit, ad hoc ut, et pro tempore interdicti quavis auctoritate et quibusvis causis pro tempore appositi, in quibusvis Hispaniæ Ecclesiis et locis, a primis vesperis dicti festi Conceptionis usque ad illius totalem octavam inclusive, Missam, et alia divina Officia apertis januis, et pulsatis campanis, atque alta voce, excommunicatis dumtaxat, et nominatim interdictis exclusis, celebrari, et singuli Christi fideles non excommunicati, nec nominatim interdicti, ad Missas, et alia divina Officia audienda, ac Indulgentiam et remissionem hujusmodi peccatorum consequendam, sicut in festo et octava Corporis Christi, admitti libere et licite possent. Atque i lem Const *Sane Religionis*, dat. ibidem die 22 Martii 1521, concessit Congregationi Vallisoletanæ Ordinis S. Benedicti, et Const. *Pia Christi fidelium, et præsertim in Immaculatæ Conceptionis*, dat. ibidem sub annulo Piscatoris die 18 Februarii 1518, cum Rectores et Beneficiati parochialium Ecclesiarum oppidi Molinæ, Seguntinæ diœcesis, simul convenirent, et pia devotione ducti in nocte ante festum Conceptionis gloriosissimæ B. Mariæ Virginis horas matutinas, et laudes in parochiali Ecclesia S. Ægidii in cantu celebrarent, et populus Matutinis et Laudibus hujusmodi interesse attentiori animo satageret, perpetuo indulsit, ut ea nocte, post Laudes unam Missam in cantu cum presbytero, diacono et subdiacono, solemniter celebrare, libere et licite valerent, non obstantibus etc. Et Const. *Animas lucrifacere*, dat. ibid. 13 Kal. Julii

ejusdem an. 1518, ob singularem affectum quem ad Immaculatam Conceptionem gloriosissimæ Virginis Mariæ in oppido Lebrixa gerebant, monasterii sub eo titulo erectionem approbavit. Const. *Quia nuper*, dat. ibidem die 10 Februarii 1520, cum accepisset nonnulla in partibus Hispanarum monasteria monialium Ordinis Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ in regulari observantia diu noctuque Altissimo famulatum præstare; auctoritate Apostolica largitus est illis omnia et singula privilegia, concessiones, prærogativas, immunitates, exemptiones, favores, gratias, et indulta spiritualia et temporalia per Sedem Apostolicam fratribus tertii Ordinis S. Francisci quomodolibet concessa et concedenda. Et Const. *Ineffabilia gloriosæ*, dat. ibid. 9 Kal. Apr. 1520, cum festum Conceptionis, quod bo. me. Guilielmo olim Normannorum duce, dum viveret, instante, celebrari publice incepit, ab inde citra in civitate Rothomagensi, et tota Provincia Normanniæ, solemniter celebratum, et magna veneratione habitum fuerit, et per omnes Galliæ partes celebretur, supplicante Proprætore ac civibus, auctoritate Apostolica approbavit, confirmavitque fundationem, institutionem, ac statuta Confraternitatis sub invocatione Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ in Ecclesia Ord. B. Mariæ de Monte Carmelo Rothomagensi; atque inter cetera, quod quilibet ex Magistris et Confratribus, propriis sumptibus, annis singulis, unum cereum ceræ albæ in designationem puritatis ejusdem Conceptionis emeret, et pro tempore celebrandis Missis ardere faceret. Podium etiam, *Cœtum Musarum* nuncupatum, seu doctorum virorum conventum in loco eminenti, commodo, et decenter ornato celebrari, ac in eodem Podio varia poemata tam latinis carminibus, quam etiam rhythmicis dicteriis gallico seu patrio sermone compositis in laudem Virginis, et Sanctissimæ Conceptionis hujusmodi edita recitare et cantare, ac notulis chartis affigi, ac eidem Podio ultra Magistros et Confratres, viri litterati cujuscumque scientiæ, præsertim Theologiam, Jura, Poesim, et Oratoriam profitentes, judicaturi æquo judicio præstantiam, et excellentiam carminum, ac dicteriorum, et operum hujusmodi advocari et adhiberi; et ut præclara ingenia

ad sese in latissimo laudum ejusdem Virginis campo ferventius exercendum magis accenderentur, cujus rhythmi, seu dicterium, quod *Cantus Regalis* nuncupatur, fuisset excellentius judicatum, victricis palmæ præmio; qui autem præstantiora carmina latino sermone juxta normam, a d. Magistro publicatam composuisset, corona laurea; aliorum quoque operum tam latino, quam gallico idiomate, elegantiores scriptores lilio, et annulo aureo, aliisve insignibus, secundum Magistrorum eorumdem decretum, et discretionem, pretio nummario reducendis, donari, ac decorari : ac ipse Magister pro tempore ad propagandas ubique, et prædicandas laudes hujusmodi, reddendumque ipsum festum Conceptionis in dies magis celebre, illa ex prædictis carminibus, dicteriis, et operibus, quæ excellentiora fuerint judicata, in unam, vel plures tabellas accurate ac decenter conscripta redigi, illasque in dicta Ecclesia affigi et collocari facere; et cum aliquis ex Magistris ab humanis decederet, unum cereum cerae candidæ cum palma, et octo tædis coram funere deportare, et cereo ac palma hujusmodi super tumulo defuncti Magistri ad declarandum, defunctum ipsum perpetuo fidei lumine vestitum, sinceritatem Conceptionis hujusmodi usque ad mortem tenuisse ac defendisse, ac Palmam Virginalem in Cades exaltatam, quam contra omnem etiam originalis culpæ labem reportasse ipsam Virginem vivens contenderat, quasi ante summum Dei tribunal post obitum repræsentasse; et per aliquem, secundum ordinem, una funebris oratio de defuncti Magistri obitu ad laudem Conceptionis hujusmodi inter Missarum solemnia haberi : dictamque Confraternitatem ceteris aliis civitatis ac provinciæ Rothomagensis Confraternitatibus in omnibus etiam honoribus anteferri.

Adrianus Papa VI Const. *Romanus Pontifex*, dat. Tarracone die 31 Jul. 1522, Confraternitatem sub vocabulo Conceptionis gloriosissimæ Virginis Mariæ a cl. me. Francisco Cardinali Ximenez Archiepiscopo Toletano erectam Toleti, aliasque similes per Hispaniam et extra sub eodem vocabulo erectas vel erigendas approbavit, confirmavit, ac variis Indulgentiis et privilegiis ornavit, relaxato etiam pro Confratribus interdicti ubilibet ri-

gore, Statutisque prædicti Cardinalis confirmatis; quibus inter cetera præscribebatur ritus Sanctissimæ Conceptionis festum celebrandi, et jubebatur etiam celebrari festum S. Annæ, ut purissimæ Conceptionis ejus filiæ memoria haberetur.

Clemens Papa VII Const. *Cum sicut*, dat. apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 17 Octobris 1528, cum Reipublicæ Senensis populus ob singularem, quem erga Immaculatam Dei Genitricem gerebat devotionis affectum, festum Conceptionis ejus in civitate, et toto dominio suo ab omnibus celebrari summopere desideraret, nonnulli vero, suorum superiorum prohibitionem sub censuris obtendentes, recusarent : ut etiam permissione sua, festum hujusmodi ab universis, et singulis personis tam sæcularibus, quam ecclesiasticis, et cujusvis Ordinis regularibus in quibuscumque Ecclesiis, ac monasteriis, et domibus Senensis civitatis, et totius dominii ejus perpetuis futuris temporibus celebrari posset, auctoritate Apostolica concessit et indulsit : mandans Archiepiscopo pro tempore, vel in spiritualibus Vicario, ut cunctis Christi fidelibus dictæ civitatis, et dominii Pontificia auctoritate insinuaret, et indiceret, ac publice ab omnibus festum hujusmodi celebrari permitteret, etiam a quibusvis cujuscumque Ordinis et qualitatis exsisterent, ita quod quicumque festum hujusmodi celebraret, nullam excommunicationis sententiam, nec alias sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas incurreret, non obstantibus etc.

Paulus Papa III Const. *Breviarii divini Officii*, dat. ibid. sub annulo Piscatoris die 3 Julii 1536 Breviarium, a cl. me. Cardinali Guignonio elaboratum, in eoque Officium Conceptionis, cujus invitatorium Matutini erat : *Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus*, etc., auct. Apost. approbavit. Ac per vivæ vocis oraculum eidem Cardinali die 7 Januarii ejusdem anni datum, Confratribus utriusque sexus Confraternitatis Conceptionis B. Virginis in partibus Hispaniarum, qui vere contriti, et confessi, seu confitendi propositum habentes, in festo ejusdem Conceptionis, sive aliqua per octavam die, aliquam ejusdem B. Virginis Ecclesiam, aut si talis Ecclesia vel facultas eam visitandi deesset, ante aliquam ejus imaginem novies angelicam

Salutationem recitarent, concessit Indulgentias Stationum, et septem Urbis Ecclesiarum, cum facultate idoneum eligendi confessorem, qui posset eos absolvere ab omni excommunicatione, suspensione, interdicto (dummodo ipsi causam non dedissent) nec non a votis quibuscumque (solitis quatuor exceptis), confirmavitque gratias omnes et Indulgentias ipsis a Se Suisque Prædecessoribus concessas. Et Const. *Dum præcelsa*, dat. ibid. VII Idus Mart. 1537, cum in Ecclesia SS. Laurentii et Damasi de Urbe, et Cappella sub invocatione Conceptionis gloriosæ Virginis Mariæ dicata, ad Omnipotentis Dei laudem et gloriam, et ipsius Conceptionis honorem et reverentiam una notabilis utriusque sexus Christi fidelium Confraternitas sub eadem invocatione Conceptionis laudabiliter ac pie a pluribus annis instituta esset, ut Confratres eo ferventius in eorum devotione perseverare studerent, et alii ad ingrediendum eamdem Confraternitatem eo libentius inducerentur, quo se per hoc majori cœlestis gratiæ dono retici posse cognoscerent, eidem Confraternitati, ac illius Guardianis, et Confratribus præsentibus et futuris, etiam a Romana Curia pro tempore absentibus, ut omnibus et singulis privilegiis, auctoritatibus, conservatoriis facultatibus, indulgentiis, et peccatorum remissionibus, etiam plenariis, ac gratiis, favoribus, et indultis Confraternitati Charitatis de eadem Urbe quomodolibet concessis, pariformiter et æque principaliter uti, potiri et gaudere libere et licite possent, auctoritate Apostolica concessit, et indulsit, non obstantibus etc. Const. *Exponi nobis*, dat. ibidem sub annulo Piscatoris die 16 Jul. 1548, eadem auctoritate concessit, ut Pistorii Hospitale sub invocatione S. Mariæ Immaculate conceptæ, sive de Conceptione erigeretur. Et Const. *Cum sicut*, dat. ibid. die 16 Septembris 1549, secundum S. R. E. usum, noviter editum et per se approbatum dixit Missale Romanum cum oratione *Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem* etc. Ac tum Ipse, tum Prædecessores, tum Successores Ejus, præsertim sa. me. Pius V, quam plurima Monasteria, Cappellas, Altaria, Beneficia sub invocatione ejusdem Conceptionis erecta vel fundata, prædicta auctoritate confirmarunt.

Pius Papa IV Const. *Benedictus Deus*, dat. ibid. VII Kal. Febr. 1563, Sacrosanctum Concilium Tridentinum approbavit, in eoque clausulam illam qua declarat S. Synodus non esse suæ intentionis comprehendere in decreto, ubi de peccato originali agitur, Beatam et Immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem, sed observandas esse Constitutiones felicis rec. Sixti Papæ IV sub pœnis in eis contentis, quas innovat. Exstatque Missa quam in festo Conceptionis idem Concilium celebravit, ab eodem Sixto approbata, cum Oratione *Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem* etc.

S. Pius Papa V Const. *Ex omnibus*, dat. ibid. Kal. Oct. 1567, inter alias Michaelis Baii propositiones damnavit et hanc : *Nemo, præter Christum, est sine peccato originali; hinc B. Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut et aliorum Justorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis.* Eodemque anno vivæ vocis oraculo S. Carolo Borromæo, suo tunc Pœnitentiario, specialiter mandavit, ut Confraternitatis in Ecclesia monasterii Reginæ Angelorum Ord FF. Prædicatorum S. Dominici Hispalen. sub invocatione Conceptionis S. Mariæ Virginis fundatæ Statuta, per Johannem Baptistam Cassaneum Sedis Apostolicæ Nuntium in Hispaniis approbata et confirmata, Apostolico munimine roboraret, prout fecit die 17 Maii ejusdem anni 1567. Const. *Quod a nobis*, dat. ibid. 7 Idus Jul. 1568, ut diversitatem divinorum in Ecclesia Officiorum tolleret, et communionem illam uni Deo una et eadem formula preces et laudes adhibendi revocaret, novum approbavit et edidit Breviarium Romanum, in eoque Officium, in quo B. Virginis Conceptio ut *dignissima* et *sancta* celebratur. Et Const. *Super speculam*, dat. ibid. prid. Kal. Dec. 1570, Prædecessorum Suorum saluberrima decreta salva esse cupiens, illaque potissimum quæ a Tridentina Synodo confirmata erant, liberam facultatem reliquit hujus controversiæ quamlibet partem opinandi, prout quisque vel magis pium vel magis probabile esse judicaret : motu proprio vetuit, adjectis pœnis, quemquam de hac quæstione vulgari sermone scribere, aut dictare, vel etiam in popularibus concionibus disputare,

non autem in publicis Academiæ disputationibus : et quamdiu altera pars definita per Sedem Apostolicam non esset, servari jussit decreta Sixti IV, quæ duxit innovanda.

Gregorius Papa XIII Const. *Super gregem*, dat. V Idus Maii 1580, Confraternitatem sub invocatione Sanctissimæ Conceptionis in Ecclesia parochiali S. Johannis de la Palma Hispalensis diœcesis auctoritate Apostolica approbavit, et alias ibi quam plures.

Sixtus Papa V Const. *Expositum nobis*, dat. apud S. Petrum die 18 Octobris 1586, cum plurima Monialium monasteria Conceptionis B. Virginis Mariæ in orbe christiano ædificata reperirentur, Indulgentiam plenariam perpetuo concessit ipsis monialibus, et aliis earum Ecclesiam in festo ejusdem visitantibus. Et Const. *Ineffabilia*, dat. ibid. sub annulo Piscatoris die 30 Martii 1588, *cum omnes Ordinis Minorum utriusque sexus personæ ex ipsius Ordinis instituto purissimam Dei Genitricis Conceptionem devotissime celebrare, ac illam condignis laudibus et honoribus extollere, ac fidelibus prædicare et explanare, ipsiusque festum maxima reverentia venerari consueverint; tam pium et laudabile propositum fovere volens*, auctoritate Apostolica concessit, ut omnes dicti Ordinis fratres, et moniales Officium Conceptionis ejusdem B. Mariæ per totam octavam recitarent.

Clemens Papa VIII Const. *Gratæ devotionis*, dat. sub annulo Piscatoris die 9 Maii 1600, in Ecclesia S. Flaviani beneficium ecclesiasticum ad cappellam sub Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis invocatione auctoritate Apostolica instituit. Et simili Const. *Dignum*, dat. XI Kal. Februarii 1601, aliud simile beneficium ad altare Immaculatæ Conceptionis in Ecclesia S. Johannis de Mercato, Valentinæ diœcesis, ac decreto ex sacra Rituum Congregatione dato 19 Apr. 1605, monialibus S. Annæ Ordinis S. Benedicti in Urbe, ut Officium ejusdem Conceptionis, quod ab immemorabili recitare sabbatis non impeditis consueverant, aliquot per annos intermissum, auctoritate Apostolica repeterent, indulsit. Idem, et Ejus exemplo Gregorius XV, Urbanus VIII, Alexander VII, Clemens IX, X et XI, Innocen-

tius X et XI, Successores Ejus, B. Virginem sub hoc titulo Patronam adoptasse visi sunt, monetis cudi jussis cum Imagine, qualem B. Johannes in Apocalypsi descripsit, populusque christianus ad exprimendam ejus Immaculatam Conceptionem sibi elegit, mulieris amictæ sole, stellis coronatæ, ac lunam pedibus calcantis, adscripta epigraphe : *Sub tuum præsidium*, vel aliis ejusmodi.

Paulus Papa V Const. *Apostolicæ Sedis*, dat. V Idus Maii 1606, unam sub titulo Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ perpetuam cappellaniam in Ecclesia S. Petri, Somaldi nuncupati, Lucanæ diœcesis, auctoritate Apostolica instituit. Et Const. *Vitæ et morum*, dat. pridie Kal Sept. 1607, simplex beneficium sub invocatione Immaculatæ Conceptionis in parochiali Ecclesia loci de Reus, Tarraconensis diœcesis, et alias alibi cappellanias aliaque beneficia sub eodem titulo Immaculatæ Conceptionis. Die 19 Januarii 1609 vivæ vocis oraculo per cl. me. Pompeium Cardinalem Arigonium Ordinis Minorum Observantium protectorem excepto, subscriptoque, atque in regesta Congregationis sacrorum Rituum relato, propter eximiam devotionem, quam totus Ordo habet in Deiparæ Virginis Immaculatam Conceptionem, concessit, ut omnibus diebus sabbati non impeditis possent recitare Officium Immaculatæ Conceptionis, quod incipit, *Sicut lilium*, sub ritu semiduplice. Idemque de consilio Congregationis sacrorum Rituum die 30 Januarii 1612 concessit Ordini Minorum Conventualium, ac die 16 Julii ejusdem anni Ordini FF. Cappuccinorum. Const. *De Salute gregis*, dat. Kal. Maii 1614, auctoritate Apostolica approbavit, et Indulgentiis ornavit in Ecclesia Conceptionis loci de Caprilea, Fesulanæ diœcesis, piam Confraternitatem sub invocatione Immaculatæ Conceptionis ejusdem B. Mariæ Virginis. Ac simili Const. *De salute*, dat. ibidem (mense) Mart. 1617, aliam piam et devotam utriusque sexus Christi fidelium Confraternitatem sub invocatione, sive ad altare Sanctissimæ Conceptionis gloriosissimæ Virginis Mariæ in parochiali et matrice Ecclesia S. Leonis Terræ Saracenæ, Cassanensis diœcesis. Et simili Const. dat. 7 Kal. Octob. 1617, aliam piam et devotam utriusque sexus Christi fidelium Confra-

ternitatem sub invocatione Immaculatæ Conceptionis beatæ Mariæ Virginis in Ecclesia Hospitalis generalis Pampilonensis. Const. *Ad augendam*, dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 10 Jul. 1615, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui antiphonam et orationem Conceptionis approbatam recitarent, quo die id agerent, centum dies de injunctis eis, sive alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxavit. Const. *Regis pacifici*, dat ibid. 6 Jul. 1616, ad avertendas contentiones et rixas, non sine Dei offensa et scandalo plurimorum exortas, et nisi opportune provideretur graviores orituras, supradictas Sixti IV, ac Pii V Prædecessorum constitutiones motu proprio approbavit, confirmavitque, ac sub iisdem et gravioribus etiam pœnis inviolabiliter observari mandavit. Et Const. *Sanctissimus*, dat. in Generali Congregatione S. Inquisitionis die 31 Augusti 1617, provide considerans, quod quamvis in constitutionibus Sixti IV et Pii V relinquatur unicuique libera facultas tenendi et etiam asserendi utramque partem hujus controversiæ, dummodo tamen neutra velut erronea aut hæretica damnaretur; nihilominus ex occasione assertionis affirmativæ in publicis concionibus, lectionibus, et actibus publicis oriebantur in populo christiano, cum magna Dei offensa, scandala, jurgia et dissensiones : propterea donec articulus hujusmodi a Sede Apostolica foret definitus, vel aliter ab ea ordinatum, vetuit, sub pœnis alias propositis, affirmari, B. Virginem conceptam fuisse in peccato originali; negari autem publice permisit, sed ita, ut affirmativa non impugnaretur, nec ullo modo de illa ageretur : per hæc tamen non intendens eam reprobare, nec ullum ei prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eodem statu, et terminis, in quibus reperiebatur, præterquam quoad supra disposita.

Gregorius Papa XV, die 13 Aprilis 1621, ad preces comitis de Monterey, Regis Catholici Oratoris, centum annorum Indulgentiam concessit his qui pie dicerent : *Benedicta sit Purissima et Immaculata Conceptio B. V. Mariæ*. Const. *Sanctissimus*, dat. in congregatione generali S. Inquisitionis die 4 Jun. 1622, et iisdem, ut supra, causis evitandi scandala, dissensiones, atque

discordias in populo christiano, quæ pari ratione oriri poterant. et in aliquibus regionibus jam orta erant, ex sermonibus privatis, occasione assertionis affirmativæ. Pauli V decretum cum iisdem pœnis et cautionibus extendit, et ampliavit etiam ad privata colloquia, et scripta, mandans omnibus et singulis, ne de cetero, donec articulus hujusmodi a Sede Apostolica definitus, vel aliter ordinatum foret, neque etiam in sermonibus, et scriptis privatis auderent asserere, quod B. Virgo concepta esset cum peccato originali, nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere; exceptis tamen quibus a S. Sede Apostolica foret super hoc specialiter indultum; prout die 28 Julii sequentis indultum est Fratribus Ordinis Prædicatorum. Et insuper cum S. R. Ecclesia de beatissimæ et intemeratæ Virginis Conceptione festum solemniter, et Officium celebraret; ecclesiasticis omnibus tam sæcularibus, quam cujusvis Ordinis et Instituti regularibus, mandavit ac præcepit, ut in sacrosancto Missæ sacrificio, ac divino Officio celebrandis, tam publice quam privatim, non alio quam *Conceptionis* nomine uti deberent. Const. *Considerantes*, dat. sub annulo Piscatoris 2 Nonas Jul. 1622, auctoritate Apostolica instituit in Ecclesia monasterii monialium Limpidæ Conceptionis Mexican. unam piam et devotam utriusque sexus fidelium Confraternitatem. Et Const. *Vitæ armorum*, dat. IX Kal. Mart. 1623, perpetuum simplex Beneficium sub invocatione, sive ad altare Sanctissimæ Conceptionis B. Mariæ Virginis olim in collegiata Ecclesia loci Buxeti, Burgi S. Dominici diœcesis, fundatum, tunc vero ad Ecclesiam domus Ordinis Minorum Observantium translatum approbavit.

Urbanus Papa VIII Const. *Imperscrutabilis*, datum Romæ apud S. Petrum prid. Idus Febr. 1624, ad petitionem Ferdinandi Mantuæ, et Caroli Nivernensium Ducum, et Adolphi Comitis ab Althan, Militiam Christianam nuncupandam sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ, in qua omnium nationum, quæ christiano nomine censentur, nobiles et ingenue nati viri pro fide catholica, et adversus illius hostes certaturi reciperentur, auctoritate Apostolica perpetuo erexit, et instituit, cujus professionis votum erat: *Promitto obedientiam Superiori religionis*

Immaculatæ Conceptionis B. M. V. etc. Et Const. *Qua pietate*, dat. 20 Sept. 1625, Isabellæ Hispaniarum Reginæ Catholicæ munitum Apostolica benedictione misit habitum militiæ hujus Christianæ, quæ a Virginis Conceptione petiit equestris familiæ nomen et auspicium. Mox et similem huic Ordinem ad instantiam cl. me. Vladislai IV Regis instituit pro Polonia. Const. *Rationi congruit*, dat. 4 Idus Aug. 1624, Indulgentiam plenariam in festo Sanctissimæ Conceptionis concessit visitantibus Ecclesiam S. Catharinæ Squillacensis; et Const. *Illius vices*, dat. ibid. Novemb. 1624, pro festo Immaculatæ Conceptionis in Ecclesia Aversana. Inter Indulgentias crucibus, numismatis, coronis a monasterii B. V. in Monte Serrato Abbate benedici solitis collatas, atque a secretario Brevium die 18 Nov. 1625 subsciptas, hanc posuit primam : Quoties quis dixerit : *Benedicta sit purissima et Immaculata Conceptio B. V. Mariæ*, obtineat centum dierum Indulgentiam. Const. *Illius vices*, dat. Nonis April. 1625, approbavit Confraternitatem Sanctissimæ Conceptionis in Ecclesia Clarissarum Mexican. Const. *Laudabilia*, dat. xi Kal. Jul. 1626, perpetuam cappellaniam instituit ad altare, vel sub invocatione Sanctissimæ Conceptionis in sæculari et collegiata Ecclesia SS. Trinitatis loci de Sinalonga, Pientinæ diœcesis. Et alibi alia ejusmodi beneficia quam plurima. Const. *Ex commissi*, dat. Kal. Junii 1629, magnopere laudavit Annam Juliam Garagozziam, Baronissam et Dominam Feudi Novi, Cassanensis diœcesis, quod piæ devotionis zelo ducta, et ob eum, quem erga Sanctissimam Dei Genitricem gerebat devotionis affectum, ex bonis sibi a Deo bonorum omnium largitore concessis, Ecclesiam sub Conceptionis Immaculatissimæ ejusdem B. M. V. invocatione fundavit, construxitque. Eodemque anno indulgentiam plenariam concessit omnibus affuturis, dum Ipsemet die 4 Octobris primum jaceret lapidem in fundamenta Ecclesiæ fratrum Cappuccinorum, quam deinde ipso sedente, Faustus Polus Archiepiscopus Amasiensis in honorem Immaculatæ Conceptionis B. V. consecravit. Const. *In specula*, dat. Oct. 1645, monialibus Ordinis Prædicatorum in oppido de Lueches Toletanæ diœcesis præscripsit, ut singulis sabbatis non impeditis Officium Conce-

ptionis. prout in Ordine S. Francisci fieri consuevit, et singulis diebus in completorio antiphonam ejusdem Conceptionis cantarent, tenerenturque sub pœna excommunicationis gestare in scapulario scutum ejusdem Conceptionis opere phrygio expressum. Const. *Ex injuncto*, dat. prid. Kal. Maii 1631, Confraternitatem Sanctissimæ Conceptionis in Ecclesia domus Regularis fratrum Ordinis S. Francisci Castrimaris canonice erectam approbavit. Const. *Litterarum scientia*, dat. Idibus Novemb. 1631, Vespasiano Prænestino Rectori contulit parochialem Ecclesiam Sanctissimæ Conceptionis B. M. ruris Carroni, Nicoterensis diœcesis. Const. *Sanctæ et Immaculatæ*, dat. 26 Nov. ejusdem anni 1631, ut in Ecclesia S. Jacobi Nationis Hispanorum in Urbe festum Conceptionis B. V. etiam ipsa secunda dominica Adventus, cum in illam incideret, sub ritu duplici primæ classis, juxta rubricas missalis et breviarii Romani celebrare licite, et libere valerent, auctoritate Apostolica concessit. Const. *Vitæ ac morum*, dat. XIV Kal. Feb. 1632, Johanni Baptistæ Torsono contulit parochialem Ecclesiam Sanctissimæ Conceptionis B. M. V. Casalis Comparni, Militensis diœcesis. Const. *Debitum Pastoralis*, dat. VI Idus Maii 1632, ad instantiam nobilis viri Martii Pignatelli Carrafæ, ac Minerbinensis civitatis Domini, Vicario Archiepiscopi Tranensis, mandavit, ut fundatum ab ipsis monasterium monialium sub regula S. Claræ, et invocatione Immaculatæ Conceptionis B. M. cum Ecclesia et claustro erigeret, et institueret, illudque sub sedis Apostolicæ patrocinio auctoritate item Apostolica perpetuo reciperet. Const. *Vitæ ac morum*, dat. VIII Kal. Martii 1633, parochialem contulit Ecclesiam, Archipresbyteratum nuncupatum Sanctissimæ Conceptionis B. M. V., terræ seu loci Licentiæ, Tiburtinæ diœcesis. Decreto ex S. Rit. Congregatione dat. 11 Novembris 1641 indulsit Ordini Minorum, ut indultum a Paulo V Officium Conceptionis pro sabbatis non impeditis, vivæ vocis oraculorum revocatione non obstante, continuaret. Et Const. *Sacri Apostolatus*, dat. 14 Kal. Decembris 1643, Cajacensis Episcopi Vicario mandavit, ut Conservatorum Virginum Ecclesia a quodam Julio Hectore nobili Cajacensi erectum sub invocatione, seu denominatione Immaculatæ

Conceptionis B. M. V., reductum in monasterium monialium sub denominatione ejusdem Immaculatæ Conceptionis, et sub regula S. Francisci, cum dicta, sive alia de novo construenda Ecclesia, auctoritate Apostolica erigeret, et institueret.

Innocentius Papa X Const. *In his per quæ*, dat. Romæ apud S. Petrum die 10 Novembris 1644, ad instantiam cl. me. Philippi IV Regis Catholici permisit, ut festum Conceptionis Deiparæ Virginis in Regnis Hispaniarum esset inter festa de præcepto observanda.

Alexander Papa VII Const. *Sollicitudo omnium*, dat. Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris 8 Decembris 1661, cum vetus esset Christi fidelium erga Dei Matrem pietas sentientium, ejus animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei privilegio, intuitu meritorum ejusdem Filii Redemptoris nostri a macula peccati originalis præservatam immunem, atque in hoc sensu ejus festivitatem solemni ritu colentium, et celebrantium; crevisset autem horum numerus, et cultus hujusmodi post editas a Sixto IV in ejus commendationem Apostolicas constitutiones quas sacrum Concilium Tridentinum innovaverat, atque observari mandaverat; auctaque rursus, et propagata esset pietas hæc et cultus post erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, Religiosum Ordinem, et Confraternitates, ac concessas ab iis Indulgentias; ita ut accedentibus ad hanc sententiam celebrioribus Academiis, jam omnes fere Catholici eam complecterentur : dolens, pergere tamen aliquos contrariæ opinionis assertores, contra Pontificum prohibitiones tum privatim tum publice præfatam sententiam aut impugnare, aut vellicare, et favorem a Romanis Pontificibus cultui, et festo secundum illam præstito ita interpretari, ut frustrarentur, imo Ecclesiam Romanam huic sententiæ et cultui juxta illam B. Virgini exhibito favere negabant, pios Christi fideles e sua pacifica quasi possessione deturbare conando : ac volens laudabili huic pietati, ac devotioni, et festo, ac cultui secundum illam exhibito in Ecclesia Romana post ipsius cultus institutionem numquam immutato, Romanorum Pontificum Prædecessorum exemplo favere, nec non tueri

pietatem hanc, et devotionem colendi, et celebrandi beatissimam Virginem, præveniente scilicet Spiritus Sancti gratia, a peccato originali præservatam, cupiensque in Christi grege unitatem spiritus in vinculo pacis, sedatis offensionibus et jurgiis, amotisque scandalis, servare, Constitutiones et Decreta a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Suis, et præcipue a Sixto IV, Paulo V, et Gregorio XV edita in favorem piæ hujusmodi sententiæ ac festi et cultus secundum illam, ut præfertur, exhibiti, innovavit, et sub censuris ac pœnis inibi contentis observari mandavit : et insuper omnes et singulos, qui præfatas Constitutiones seu Decreta ita pergerent interpretari, ut favorem per illa dictæ sententiæ ac festo seu cultui secundum illam exhibito frustrarentur, vel qui hanc eandem sententiam, festum seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directe vel indirecte aut sub quovis prætextu seu occasione, scripto seu voce loqui, concionari, tractare, disputare, contra eam quicquam determinando aut asserendo, vel argumenta contra ea afferendo et insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo disserendo ausi fuissent, etiam concionandi, publice legendi seu docendi et interpretandi facultate, ac voce activa et passiva in quibuscumque electionibus, Pauli V et Gregorii XV decreta innovans, eo ipso privatos esse voluit : ac libros, in quibus præfata sententia, festum seu cultus secundum illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, et disputationes contra eamdem continentur, post Pauli V decretum editos, aut in posterum quomodolibet edendos prohibuit sub pœnis et censuris in indice librorum prohibitorum contentis, et ipso facto absque alia declaratione pro expresse prohibitis haberi voluit. Vetans tamen, Sixti IV Constitutionibus inhærendo, quempiam asserere, quod propter hoc contrarium opinantes hæresim aut peccatum mortale incurrerent, cum a Romana Ecclesia et Apostolica Sede nondum fuerit hoc decisum, prout ipse tunc minime decidere voluit aut intendit; quin potius contrariam illam opinionem hæresis aut impietatis aut peccati mortalis damnare audentes pœnis etiam supra expositis subjecit. Idem Alexander

Conceptæ Virginis Imaginem, Agnis Dei cereis insculptam, consecravit, hoc ex Canticis commate subscripto : *Et macula non est in te*. Ac decreto ex Congregatione sacrorum Rituum dat. die 2 Julii 1664 iteratis piisque precibus claræ mem. Philippi IV Regis Catholici benigne inclinatus, ut in omnibus regnis Hispaniarum et Indiarum, ejus imperio subjectis, Officium, et Missa Immaculatæ Conceptionis cum octava in posterum de præcepto recitaretur, indulsit; indultumque mox ad regna Neapolis, Siciliæ, Sardiniæ, ad Archiducatum Austriæ, Ducatus Mediolani, et Bavariæ, ad Belgium, et Burgundiam extendit.

Clemens Papa IX Const. *Augustissimæ*, dat. 27 Sept. 1667, ut in Societate Jesu Officium, et Missa Conceptionis cum octava de præcepto in posterum recitaretur, mandavit, præcepitque. Et Const. *Sincera*, dat. 21 Octob. ejusdem anni, mandatum et præceptum hoc extendit ad omnes S. Romanæ Ecclesiæ, mox et serenissimæ Reipublicæ Venetæ dominio subjectos, et Const. *Exigit* dat 31 Octobris ad universum Ordinem Eremitarum S. Augustini. Et decreto ex S. Congregatione Rituum dat. die 8 Febr. 1668 gratiam recitandi Officium cum octava Immaculatæ Conceptionis concessit Ecclesiæ ac Diœcesi Mutinensi.

Clemens Papa X Const. *Rationi congruit*, dat. 5 Idus Maii 1670, retulit, S. Petrum de Alcantara primum Reformationis suæ cœnobium angustissimum et pauperrimum sub Immaculatæ Conceptionis titulo apud Petrosum in Beturia construxisse. Idem decreto ex Congregatione sacrorum Rituum dat. die 1670 concessit, ut Officium Sanctissimæ Conceptionis cum octava recitaretur ab universo clero Portugalliæ. Et Const. *Eximia*, dat. die 8 Maii 1671 ad preces cl. me. Petri Principis, auctoritate Apostolica confirmavit decretum, quo S. R. Congregatio approbaverat electionem B. M. V. sub invocatione Sanctissimæ Conceptionis in particularem, unicam, et singularem Patronam et protectricem Regnorum Portugalliæ per cl. me. Regem Johannem IV in Comitiis generalibus regni, celebratis an. 1646 cum interventu omnium Statuum; et propterea declaraverat et concesserat, tuto fieri de ea posse omnia veris et legitimis Pa-

tronis particularibus, unicis, et singularibus Regnorum competentia.

Innocentius Papa XI Const. *Superioribus mensibus*, seu litteris ad cl. me. Leopoldum Imperatorem datis die 18 Decembris 1678 negavit, prohibitum esse Officium illud Immaculatæ Conceptionis, quod ab antiquissimo tempore S. Sedis permissu in Ecclesia recitatur. Const. *Creditæ nobis* dat. die Jun. 1680 inter statuta Congregationis Ecclesiasticorum in Bavaria, auctoritate Apostolica approbavit et hoc, ut clerici pueri, qui præ ætatis teneritudine Officium parvum B. V. necdum orarent, Officium Immaculatæ Conceptionis, a Sede Apostolica approbatum præcipue pro conservanda castitate, persolverent. Const. *In supremo* dat. die 20 Martii 1685 inter alia statuta Hospitalis S. Antonii Nationis Lusitanæ in urbe, eadem auctoritate approbavit et hoc, ut die 8 Dec. celebretur Missa cantata de Immaculata Conceptione B. M. V. Patronæ Regni Portugalliæ. Et Const. *Exponi* dat. die 18 Septembris 1685 pro Minorum Ordine inter cetera decreta et hoc auctoritate eadem approbavit, ut in die Conceptionis Purissimæ V. M. res divina fiat cum concione : cum justissimum sit, illam laudibus extollere, quam pro ipsis apud Filium advocatam agnoscunt, et ejus illibatæ Conceptionis in primo suæ creationis instanti a primævis Ordinis sui fundamentis præcipui cultores et defensores speciali Dei gratia instituti sunt. Et Const. *Cum sicut*, atque alia *Omnium saluti* dat. una eademque die 22 Septembre 1668, auctoritate Apostolica approbavit duas societates sub denominatione Jejunii perpetui in honorem Immaculatæ Conceptionis B. M. V.

Innocentius Papa XII Const. *Cum sicut accepimus*, dat. die 6 Decembris 1692, Confraternitati sub titulo seu denominatione Jejunii perpetui in honorem Immaculatæ Conceptionis B. M. V., erectæ in Ecclesia Conventus Ord. Min. Observantium Salmanticæ, varias largitus est Indulgentias præsertim die festo ejusdem Immaculatæ Conceptionis.

Idem Innocentius Papa XII Const. *Ad ea per quæ*, dat. die 24 Dec. 1692, multas item concessit Indulgentias Confratribus

et Censoribus quarumlibet Confraternitatum et societatum, sive sub Immaculatæ Conceptionis B. M. V., sive sub alio quovis titulo seu invocatione, tam hactenus in fratrum et monialium Ordinis Minorum de Observantia Ecclesiis canonice erectarum, quam in posterum canonice erigendarum. Et Constit. *In excelsa*, dat. die 15 Maii 1695, pro singulari sua in B. Virginem devotione, et piis etiam precibus cl. me. Caroli II Regis Hispaniarum Catholici benigne inclinatus, ut Officium et Missa Conceptionis cum octava, quod jam pridem ex diversis Sedis Apostolicæ indultis seu decretis in plerisque christiani orbis provinciis et regnis recitari consueverat, ubique terrarum de præcepto recitaretur, auctoritate Apostolica mandavit et decrevit. Et Const. *Cœlestium*, dat. die 4 Octobris 1696, auctoritate Apostolica concessit, erigi Confraternitates decem beneplacitorum seu virtutum B. M. V. sub titulo Sanctissimi Sacramenti, vel Sanctissimi Sepulchri, vel Immaculatæ Conceptionis.

Clemens Papa XI decreto ex sacra Rituum Congregatione dato die 10 Martii 1708 Confraternitati Tertii Ordinis S. Francisci Cadicensis indulsit, ut infra octavam Sanctissimæ Conceptionis, diebus etiam festo duplici impeditis, Missam de illa votivam solemnem celebraret. Et decreto ex S. Congregatione Indulgentiarum dato..... nobilium feminarum Confraternitati Immaculatæ Conceptionis Ulysippone, præter Indulgentias Confraternitatibus concedi solitas, concessit Indulgentias septem annorum semel in mense. Constit. *Commissi nobis*, dat. Romæ apud S. Petrum die 6 Decemb. 1708, sincera erga augustissimam cœli Reginam patronam suam devotione incitatus, festum Conceptionis ipsius B. M. Virginis Immaculatæ, ubique terrarum in posterum sicut alia festa de præcepto observationis festorum comprehendi auctoritate Apostolica decrevit, præcepit, et mandavit. Cumque in sac. Congregatione Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum postea quæreretur, an in posterum titulus Immaculatæ Conceptionis esset permittendus, cum in postrema hac Constitutione Pontificia, non Conceptioni, sed Virgini adderetur, die 25 Maii 1712 responsum est, esse per-

mittendum. Quod ipsum et antea sub aliis Romanis Pontificibus decretum fuerat, et postmodum etiam sub fel. rec. Clemente XII die 19 Jan. 1734, ac 22 Jan. 1738 est confirmatum. Const. *Cœlestium munerum* dat. ibidem die 12 Maii 1710 laudabilem Christi fidelium erga mysterium ejusdem Conceptionis devotionem magis magisque augeri et propagari cupiens, scapularia ejus parva cærulei coloris a clericis Regularibus Theatinis distribui solita variis ornavit Indulgentiis; et decreto ex Congregatione sacrorum Rituum dato die 10 Martii 1714 electionem B. M. V. sub mysterio Sanctissimæ Conceptionis in Patronam principalem fratrum Ordinis Minorum Cappuccinorum, servatis servandis rite factam, approbavit et confirmavit, eidemque Immaculatæ Conceptioni sic in Patronam electæ prærogativas omnes patronis principalibus competentes cum Officio duplici primæ classis et octava attribuit et concessit. Ac decreto ex sacra Congregatione Indulgentiarum dat. die 28 Maii 1714 iisdem Cappuccinis in festo Conceptionis B. V., quam sub hoc titulo Patronam elegissent, plenariam pro suis Ecclesiis Indulgentiam postulantibus benigne annuit. Et Const. *Ex injuncti* dat. 6 Maii 1720 auctoritate Apostolica confirmavit et approbavit decretum Definitorii generalis Ordinis Minorum Conventualium Beatissimam Virginem sibi sub titulo Immaculatæ Conceptionis in Patronam principalem assumendi, quod firmissimam ex eo spem conciperet, fore ut in Ordine suo erga illam, ejusdemque Immaculatæ Conceptionis mysterium pietas et religio fervesceret et augeretur.

Innocentius Papa XIII Const. *Cum sicut* dat. die 26 Martii 1722 Constitutiones Congregationis sub titulo Immaculatæ Conceptionis, et S. Ivonis pauperum advocati apud Clericos Regulares S. Pauli, olim ad Columnam Romæ, nunc autem ad Ecclesiam S. Caroli ad catenarios, Apostolica auctoritate confirmavit. Decreto ex Congregatione sacrorum Rituum dat. die 3 Julii 1723 ad satisfaciendum maximæ devotioni totius Ordinis S. Johannis de Deo erga Sanctissimam B.ᵃᵐ M. V. Conceptionem, ei benigne indulsit Missam et Officium de illa sub ritu semiduplici singulis sabbatis, extra tamen adventum, quadragesi-

mam, quatuor anni tempora et vigilias, recitare. Et Const. *In supremo* dat. die 3 Sept. 1725 auctoritate Apostolica confirmavit et approbavit Statuta Patrum Marianorum Ordinis B. M. V. sub titulo Immaculatæ Conceptionis, defunctis et Parochis in animarum cura suffragantium, Congregationis Poloniæ : in quibus inter cetera præscribitur, ut Officium divinum juxta ritum Ordinis Minorum, et in specie Officium Immaculatæ Conceptionis recitetur : ut renovatio votorum fiat quolibet anno in festo Immaculatæ Conceptionis : ut præpositus in singulis domibus assignet promotores Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis, iique adlaborent, ut quam plurimos clientes et cultores Immaculatæ Conceptionis B. M. V. pariant.

Benedictus Papa XIII decreto ex sac. Congregatione Indulgentiarum dat. 5 Sept. 1725 indulsit, ut in omnibus Ecclesiis Ordinis Minorum Conventualium in Germania, Hispaniis, et Galliis (ubi tamen Episcopi non essent refractarii) acquiri posset Indulgentia plenaria pro festo Immaculatæ Conceptionis B. M., non obstante universali suspensione Indulgentiarum anno Jubilæi; ac die 28 Sept. ejusdem anni indultum hoc extendit ad omnes Ecclesias Ministro Generali Ordinis Minorum subjectas. Decreto ex sac. Rituum Congregatione dat. 3 Augusti 1726 B. Virginem sub titulo Immaculatæ Conceptionis Patronam principalem Burgi Crucis, Derahonensis diœcesis, electam confirmavit. Decreto ex eadem Congregatione dat. die 15 Dec. 1727 ad preces sacræ Cæsareæ Majestatis, Officium, ut supra, hebdomadarium Immaculatæ Conceptionis sub ritu duplici concessit universo clero sæculari et regulari ejus ditioni extra Italiam subjecto; ac die 10 Aprilis 1728 ad universum Ordinem Minorum S. Francisci de Paula sub ritu semiduplici extendit. Const. *Ex quo sedes*, dat. apud S. Petrum Kal. Apr. 1727, ejusdem Conceptionis cultum et venerationem augere cupiens, Ministro Generali Ordinis Minorum Observantium indulsit, ut in Ecclesia S. Maria de Aracœli in Urbe auctoritate Apostolica erigeret Archiconfraternitatem, et in quibusvis aliis Ecclesiis aut Oratoriis sub ejus directione aut regimine positis Confraternitates sub invocatione seu denominatione Conceptionis, iisque pri-

vilegia et Indulgentias omnes similium Archiconfraternitatum, et alias etiam concessit. Et Const. *Piis Orthodoxorum* dat. die 21 Martii 1729 ad preces Catholicorum Philippi V Regis et Elisabethæ Reginæ Hispaniarum auctoritate Apostolica approbavit confirmavitque summarium Indulgentiarum crucibus, numismatibus, rosariis et coronis a pro tempore abbate monasterii Montiserrati Congregationis Vallis Soletanæ Ordinis S. Benedicti in Catalaunia benedictis concessarum, de mandato Congregationis Cardinalium, Indulgentiis et sacris Reliquiis præpositorum, per sex consultores ad id specialiter deputatos confectum, et ab eadem Congregatione Cardinalium recognitum, et approbatum, ubi hæc inter cetera indulgentur : *Qui solitus fuerit dicere semel aut pluries in die : Benedicta sit purissima, et Immaculata Conceptio B. V. M., lucretur Indulgentiam dierum quadraginta. Quisquis rosarium, aut coronam dixerit in honorem purissimæ ipsius et Immaculatæ Conceptionis, ut sibi ab ipsius Filio impetret vivere ac mori sine mortali peccato, consequatur Indulgentiam septem annorum.* Quisquis infirmitate aut aliter legitime impeditus, non poterit audire vel dicere Missam, aut recitare Officium divinum vel B. V., aut alia obire virtutum exercitia ad consequendas supradictas Indulgentias præscripta, eas nihilominus consequetur, si peracta confessione et communione, vel saltem contritus de peccatis cum proposito ea confitendi, dictorum operum loco dicat *ter Pater, et Ave,* semel vero *Salve Regina;* et post hæc addat : *Benedicta sit Sanctissima Trinitas, et laudetur Sanctissimum Sacramentum, et purissima Conceptio SSmæ Virginis Mariæ conceptæ sine peccato originali.* Decreto ex sacra R. Congregatione dat. die 20 Aug. 1729 Provinciæ S. Didaci Excalceatorum Ord. Min. in Regno Mexicano indulsit, ut singulis sabbatis, exceptis solemnioribus primæ et secundæ classis, Missa votiva Sanctissimæ Conceptionis, dummodo non omittatur Missa conventualis, celebrari posset. Et Const. *Ad augenda* dat. 12 Dec. anni ejusdem omnibus qui aliquam ex Ecclesiis tam fratrum Min. Observantium et Reformatorum, quam monialium ejusdem Ordinis ubicumque exsistentium die festo Conceptionis visitaverint, In-

dulgentiam plenariam, ante ad septennium dari solitam, in perpetuum concessit.

Clemens Papa XII decreto ex S. Rituum Congregatione dat. die 26 Octobris 1730 universo Ordini Servorum B. M. V. benigne indulsit, ut Officium proprium cum Missa Immaculatæ Conceptionis in festo ejus, et per totam octavam, ac semel in mense, prout in Ordine Minorum, recitaret. Decreto ex sac. Congregatione Indulgentiarum dat. die 4 Octob. 1731 missionariis Apostolicis in fine Regni Mexicani exponentibus, tantum in festo Conceptionis esse fidelium concursum, ut ob exiguum sacerdotum numerum ne octidui quidem spatio satisfieri omnibus posset, itaque petentibus Indulgentiam per illud octiduum plenariam, septem autem annorum in reliquis B. V. festis, rescripsit *affirmative*. Decreto ex Congregatione sacrorum Rituum dat. die 17 Maii 1732 ad preces serenissimi Augusti II Regis Poloniæ, universo ejus regno et provinciis ipsi adnexis Officium et Missam Immaculatæ Conceptionis pro singulis sabbatis, ut supra, non impeditis indulsit. Mox et ad alias regiones et civitates, etiam in Indis, sub ritu semiduplici ampliavit. Const. *Ex injuncto nobis*, dat. die 31 Augusti 1732, auctoritate Apostolica confirmavit et approbavit, ut hospitium pro mulieribus pauperculis, alias ex defectu habitationis noctu per urbem vagantibus, apertum esset ac sit sub titulo Immaculatæ Conceptionis et S. Aloisii Gonzagæ. Et Constit. *Datum arcano*, dat. die 15 Jul. 1739, Apostolica auctoritate confirmavit approbavitque, inter cetera per Ven. Fratrem Ludovicum titulo S. Praxedis presbyterum Cardinalem Bellugam pie disposita, ut in cappella B. V. ab eo in civitate Motril, Granatensis diœcesis, erecta et dotata, Missa cantetur in festo Immaculatæ Conceptionis.

Cum autem, quemadmodum ex his, aliisque Summorum Pontificum responsis, constitutionibus, decretis, præceptis, mandatis, approbationibus, confirmationibus, concessionibus, gratiis et privilegiis, indultis liquido constat, Sedes Apostolica re diu ac sæpius, ac multo quam in alia ulla ejusmodi controversia diligentius ad examen revocata, justumque ad pondus

sanctuarii librata, B. Virginem Urbium, Provinciarum, Regnorum Patronam principalem sub titulo Immaculatæ Conceptionis ejus electam confirmaverit : Confraternitates, Congregationes, Societates, Religiones in ejus honorem rite fundatas approbaverit : Xenodochia, Conventus, Monasteria, Ecclesias, Altaria, Cappellas in iisque cappellanias, ecclesiasticaque beneficia sub illius invocatione passim erecta comprobaverit : festum ejus solemne in universa Ecclesia non instituerit modo, verum etiam indixerit servandum, ab operibus servilibus ubique abstinendo, ac multis in locis interdictum ecclesiasticum et alia impedimenta, si quæ forent, removendo; imo ad illud celebrandum propositis Indulgentiarum præmiis, etiam anno Jubilæi, non obstante generali earum suspensione, populum christianum invitando : Officium ejus cum octava pro universa pariter Ecclesia ordinaverit, cum iisdem, quæ pro solemnitate Corporis Christi proponuntur, Indulgentiis : cum facultate alicubi præcedente Conceptionis festum nocte post matutinum et laudes Missam, ut in Natali Domini, solemniter cantandi; alibi Missam diebus infra octavam etiam impeditis similiter canendi : quam plurimis demum in locis Missam et Officium ejusdem sabbatis non impeditis recitandi : faventem Immaculatæ Conceptioni sententiam piam dixerit, sinatque prædicari super tecta : contrariam vero ita hactenus permiserit, ut sileri tamen vel in cubiculis voluerit : eos, qui piam hujusmodi sententiam tenerent, peccati aut hæresis insimulantium assertiones, tanquam falsas et erroneas atque a veritate penitus alienas, una cum libris ejusmodi, damnaverit, pœnis in transgressores non semel aggravatis : partim in his, partim aliis litteris Apostolicis, quas recensere longum esset, semper vel Conceptionem ipsam Immaculatam et Sanctam appellaverit, vel talia de illa dixerit, propter quæ merito Immaculata et Sancta censeretur : denique veterem esse fidelium erga Matrem Dei pietatem sentientium ejus animam, non in secundo aut alio posteriore, sed in primo instanti creationis atque infusionis in corpus, fuisse speciali, sed Matri Dei futuræ non indebito ac incongruo, privilegio a macula originali præservatam, atque in hoc, et non in alio

sensu Conceptionis ejus festivitatem solemni ritu colentium, et quidem cultu in Romana Ecclesia post ipsius institutionem nunquam immutato declaraverit.

Quibus Romanorum Pontificum favorabilibus judiciis, et indultis veluti enutrita et roborata communis hæc fidelium de Virginis præservatione, non minus pia, quam antiqua, et fortis persuasio visa est, et videtur continuis ita semper adolescere incrementis, et quo validius oppugnatur, eo ardentius invalescere ac latius propagari, ut jam inde ab ævo prælaudat. mem. Alexandri Papæ VII, accedentibus quoque ad hanc sententiam celebrioribus studiorum universitatibus (maxime vero nostra Bononiensi, quæ pluribus jam abhinc sæculis se illi ab antiquo addictam gloriari, et quotannis die 8 Decembris, musicis cum instrumentis, apparatuque sumptuoso ad S. Francisci Ecclesiam longo ordine procedere, atque in cappella Immaculatæ ipsi Conceptioni sacra festum ejus magna religione celebrasse, et nunc etiam anniversaria in ejus laudem Academia litteraria celebrare perhibetur) omnes fere Catholici, tot nimirum celebres Magistros boni velut discipuli sequentes, eam sententiam miro consensu amplecterentur : ut plane appareat, consilium hoc non ex hominibus esse, sed ex Deo, atque adeo nunquam dissolvendum.

Post tot Prædecessores, et Nos ipsi tandem, postulato pugillari, ut si quid etiam Humilitati Nostræ ostendere ad laudem et gloriam Matris suæ non dedignaretur Deus, eorum exemplo, scriberemus; attenta consideratione nobiscum reputantes, primum, quid Matri suæ Deum dare, atque illam ab eo accipere decuerit, deinde vero, quot et quanta Romani Pontifices prædecessores nostri fecerint, decreverint, concesserint, indulserint, ut donum innocentiæ originalis a Deo accepisse illam pii crederent fideles, et quantum hi vicissim laboraverint, ut hoc ipsum credere divina fide juberentur; etsi nondum quoad hoc auribus nostris insonat vox Domini condensa revelantis, ut in templo ejus omnes hanc etiam ipsius Matri dicant gloriam, cum tamen ex una parte certum sit, neque Petri successores, Deiparam Virginem, quo primum momento cœpit esse, sanctam et cultu

sacro ac veneratione dignam proponendo, et Ecclesiam ad cultum hunc et pietatem tot modis, ut præfertur, invitando, neque Ecclesiam ipsam eos hactenus sequendo falli potuisse, cum pro Petro Dominus rogaverit, ut non deficiat fides ejus, et Ecclesia sit columna et firmamentum veritatis, imo nec etiam humanitus contingat vel contigerit, ut unus omnes, aut omnes unum fefellisse unquam glorientur : ex altera vero præmem. inter successores sanctissimæ mem. Pius Papa V pro festo Conceptionis B. V. Officium et Missam Nativitatis ejus, mutato dumtaxat nomine, toti Ecclesiæ præscribendo, Conceptionem ipsam Nativitati parem fecerit, et æque voluerit, utramque velut *dignissimam* et *Sanctam* in Ecclesia celebrari, æquum autem non sit, ut cum utraque nunc ejusdem Sedis Apostolicæ auctoritate, pari cultu præceptoque, quin et eodem Officio et ritu indiscriminatim catholica in Ecclesia celebretur, de unius quidem non liceat, de alterius vero liceat sanctitate dubitare; hinc re prius Deo, ut daret nobis sedium suarum assistricem sapientiam, et Spiritum Sanctum suum de altissimis mitteret ad nos, ut sciremus sensum ejus, nostris, aliorumque precibus enixe ac diu commendata; tanti Prædecessoris vestigiis inhærendo, et quod ille facto potius quam verbo explicando docuit, hac nostra perpetuo valitura Constitutione declaramus, non licere in posterum, quemadmodum de Nativitatis, ita neque de Conceptionis Reginæ Angelorum (quæ tamen ipsis tanto melior Angelis effecta est, quanto præ illis differentius nomen Matris Dei hereditavit) Sanctitate in primo illo instanti, quo felix ejus anima creata est, et corpori infusa, prout communis fidelium pietas tenuit ac tenet, dubitare : cum utriusque, hoc est tam Nativitatis quam Conceptionis Sanctitas, vel ex hoc ipso, quod utraque Sedis Apostolicæ auctoritate instituto festo, et quidem de præcepto, Catholica in Ecclesia celebratur, æque certa sit et esse debeat, tametsi neutrius adhuc sanctitas definitivo ejusdem Sedis oraculo tanquam certitudine fidei certa deque fide credenda proponatur, atque adeo sicuti Nativitatem, ita et Conceptionem ipsam Matris Dei tuto posse, imo et debere Sanctam et Immaculatam teneri, dici, scribi, nuncupari; ut idipsum

sentiamus, id ipsum dicamus omnes, et non sint in nobis schismata; sed unanimes uno ore honorificemus non Patrem modo, sed et Matrem Domini Nostri Jesu Christi. Quin tamen ii peccasse putandi vel dicendi sint, qui hactenus aliter sensere: cum et bonis, ut putabant, auctoribus (qui tamen si nunc viverent, et quid hac de re Ecclesia faciat et dicat, viderent, audirentque, et ipsi aliter facturi fuisse, dicturique merito creduntur) ita senserint; ac re necdum satis declarata, ut ita hactenus sentirent, Sedes Apostolica permiserit: eamque hactenus id illis permisisse Deus disposuerit, ut ex longo conflictu oppugnata veritas magis elucesceret, et propugnantium pietas magis exardesceret, et cœli terræque Regina ultroneo tot clientum suorum tributo diutius gloriaretur. Non obstantibus etc.

INDEX.

Pag.

Editor parisensis Lectori erudito. 1

I. — Præfatio Auctoris. v

II. — Dissertatio, in qua quæstio definitur, an S. Hildefonsus, Episcopus Toletanus, Deiparæ Conceptæ festum in Hispaniis sæculo VII instituerit. Nonnulla subduntur de S. Tarasii homilia in Præsentationem Deiparæ. IX

III. — Monitum de Charta donationis Ugonis de Summo, qua antiquitas cultus Immaculatæ Conceptionis Deiparæ comprobatur. 459

Charta Donationis factæ Canonicis et Ecclesiæ S. Mariæ Matris ab Ugone de Summo presbytero de Cardine ejusdem S. Mariæ Matris. 11

Tropus canendus in Conceptione sancta et Immaculata Beatæ Mariæ Virginis Matris Dei. 25

IV. — Disquisitio critica de Auctore veteris hymni, Pauli-ne Diaconi sit, an potius S. Ambrosii. 26

Hymnus. 35

V. — De Sermone Johannis Eubœensis in Conceptionem Deiparæ monitum. 36

Johannis Eubœensis sermo in Conceptionem Sanctæ Deiparæ Græc. Lat. 47

Pag.

VI. — Historica disquisitio de Petro Argorum episcopo, Homiliæ in Conceptionem Deiparæ auctore. 105

Petri Argorum Episcopi Oratio in Conceptionem S. Annæ quando concepit sanctam Dei Genitricem, Græc. Lat. 121

VII. — De fragmento quartæ Georgii Nicomediensis Orationis in Conceptionem Deiparæ. 147

Georgii Nicomediensis fragmentum, Lat. tantum. 152

VIII. — De Jacobo Monacho, deque ejusdem Oratione in Conceptionem Deiparæ. 156

Jacobi Monachi in Conceptionem Sanctissimæ Deiparæ Oratio, Græc. Lat. 165

IX. — In Orationes Isidori Thessalonicensis præfatio. 198

Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis in Nativitatem purissimæ Dei Genitricis Sermo, Græc. Lat. 208

X. — De Auct. homiliarum in Virginem Deiparam, quæ sub Germani nomine circumferuntur, disquisitio critica. 249

Germani Archiepiscopi Constantinopolitani in Ingressum SS. Deiparæ Sermo Græc. Lat. 287

XI. — In S. Tarasii orationem præfatio. 528

Tarasii Archiepiscopi Constantinopolitani in SS. Dei Matrem in templum deductam Oratio, Græc. Lat. 545

XII. — De Jacobi Monachi Oratione in Præsentationem Deiparæ monitum. 574

Jacobi Monachi Oratio in illud : *Facta est puella annorum trium* etc., Græc. Lat. 575

XIII. — Monitum de homilia Isidori Thessalonicensis in Deiparæ Præsentationem. 425

Isidori Thessalonicensis Oratio in B. Virginis Præsentationem, Græc. Lat. 427

XIV. — In Festivitatem Conceptionis Sanctissimæ Deiparæ vetus hymnus, Græc. Lat. 470

XV. — In duos Photii Canones monitum. 478

Photii monachi hymnus paracleticus in Sanctissimam Deiparam, Græc Lat. 480

Pag.

Ejusdem Photii hymnus eucharisticus in Sanctissimam Deiparam, Græc. Lat. 489

XVI. — S. Theodori Studitæ in Deiparæ Annuntiationem sermo catecheticus, Græc. Lat. 499

XVII. — Ejusdem S. Theodori Studitæ sermo alter in Deiparæ Annuntiationem, Græc. Lat. 505

XVIII. — Monitum de veteri Gallico cantico. 509

Gallicum vetus canticum in Deiparæ Nativitatem. 513

XIX. — Excerptum e veteri Officio de Conceptione Virginis Deiparæ. 516

XX. — Excerptum ex veteri precatione ad beatissimam Virginem Mariam. 519

XXI. — De sancti Ambrosii hymno animadversiones R. P. Johannis Petri Secchi, S. J. 521

XXII. — De Constitutione seu Bulla, quam Benedictus XIV parari jussit circa Immaculatam Deiparæ Conceptionem Prologus. 529

Ejusdem Constitutionis schema. 540

ERRATA.

Pag.	16,	Lin.	55,	*Pro :*	nupto.	*Lege :*	nupta.
—	50	—	1	—	addidiscent.	—	addidissent.
—	57	—	28	—	et.	—	at.
—	45	—	29	—	proponi	—	proponit.
—	61	—	26	—	deciderunt.	—	decideren t.
—	75	—	17	—	per ipsa vero evadunt.	—	per ipsam vero terrem evadunt.
—	79	—	20	—	Judæ..	—	Judææ.
—	96	—	25	—	obvolata.	—	obvoluta.
—	101	—	10	—	marito.	—	merito.
—	102	—	25	—	cum.	—	cum.
—	115	—	21	—	utrimque.	—	utrinque.
—	191	—	18	—	laboriosa.	—	laboriosæ.
—	202	—	10	—	ullum.	—	illum.
—	209	—	30	—	quos	—	quas.
—	261	—	14	—	ὠμόφορον.	—	ὠμόσφοροϛ.
—	280	—	19	—	et.	—	est.
—	301	—	27	—	infusus.	—	infusis.
—	335	—	14	—	sic.	—	si.
—	345	—	23	—	exscribendum. . . .	—	exscribendam.
—	348	—	23	—	dicenti.	—	dicendi.
—	*Id.*	—	26	—	immaculatu Vserbit halamus.	—	immaculatus Verbi thalamus.
—	359	—	20	—	insignata.	—	insignita.
—	371	—	19	—	habuistis.	—	non habuistis.
—	387	—	24	—	ac.	—	at.
—	471	—	8	—	προτεδρεύθων. . . .	—	προτεδρεύων.
—	508	—	27	—	puri integrique. . .	—	puros integrosque.
—	522	—	15	—	Lelada.	—	Zelada.
—	535	—	15	—	E qui di.	—	E di qui.

233.82
B212

866

BALLERINI Antonio
AUTHOR Sylloge monumentorum ad mysterium conceptionis ....
TITLE [redacted]
(Vol. I)
Vol. I

DATE LOANED	BORROWER'S NAME	ROOM NUMBER
	STORAGE - CBPL	

866